



Tricassi
Dilucidationes
in
Chiromantiam
Coclytis









COCLES

Collegij Soc.tis Jesu Antuerp. D. p.






TRICASSI CERASA riensis Mantuani, Super Chyromantiam Coclytis Dillucidationes Præclarissimæ. Ad Illustrissimũ Dominum D. Fœdericum Gonzagha. Mantuæ Marchionem.

M.D.XXV.



Cum Gratia.





¶ AD ILLVSRISSIMVM. D. DOMINVM FOEDERICVM GONZAGA MANTVAE MARCHIONEM. PATRICIVS TRICASSVS CERASARIENSIS MANTVANVS. SALVTEM. Q. P.



Vxta phylosophi sententiam primo cœli, & mundi. Illustrißime Domine. Principium est plusq̃ dimidium. Quæquidem doctrina non solum in speculatiua cognitione primatum retinet, uerum etiam & in ipsa operum executione. Quapropter cum multorum præcibus ac rogatu, libellum siue opusculum quoddam Chyromantiæ artis in lucem prodierim, & quod penes me singulare fuerat omnibus effectum esset commune, conspiciensq; quorundam uesania, huiusce operi uerbulis insanis maledici, eorum ignorantiam admiratus animo proposui, ut si quo modo, tandem, ueritatis ianuam omnibus aperire ualerem. Hæcq; mihi cogitanti⁹, fuere aliqui, qui me plurimum subrogarunt, ut eis peculiari gratia Coclitem Bononiensem uulgariter exponerem. Quorum præcibus (non inuidiæ zelo fessus, magis autẽ uirtutis ac scientiæ huius amore promotus) q̃libentißime annui, arbitrans illos non proprio aut naturali instinctu sed afflatu diuino adductos fore. ut opinioni meæ ac desiderio commodius satisffacerẽ. Quo excepto, expositionis meæ modum plurimum admirati, arbitrabantur me eorum amicitia ac rogatu prægrauari, ne scilicet

si Coclitis Doctrina accresceret Chyromantiæ meæ depreßio
ne prægrauarer. Mea autem intentione percepta, admodum læ
ti, quæ cœperant summo cum desiderio perficere conabantur,
nempe gloriam meam non quæro, magis autem huius Doctri
ne excellentiam prosequor ostentandam. Modus itaq; proce-
dendi, Illustrissime Domine talis est, ut primo quidem ipsius
Coclytis textus premittam, sigillatimq; post unumquemq;
capitulum mea sequitur declaratio, siue Dillucidatio ẽm uni-
uscuiusq; capituli exigentiam aut necessitatem. Si nempe ip-
sius Chyromantiæ principia singulari opere perficere uoluis-
sem (sicuti & primo practicam perægi,) & adhuc omnis
Chyromantiæ doctrina in maxima confusione persisteret, cũ
ipse Cocles inter omnes Chyromanticos (apud insontes & fa
tuos) præcipuus habeatur. Opposita autem iuxta se posita ma
gis eluxissent, Enimuero non ipsum Coclytem me exponere, aut
directe impugnare confiteor, sed tantummodo huius scientiæ
ac artis ueridicam Doctrinam declarare. Audeo tamen dice-
re ipsum Coclitem, nõ huius doctrinæ (aut scientiæ) ignarum
inexpertum ue. Destructorem autem magis. Omnia namq; ob
ruit, omnia insimul mixta confundit Philosophorum, ac hu-
iuscemodi artis doctorum sententias in contrarium sensum ex
torquet, ac deprauat. Omnibus quoq; cuiuscunq; sexus condi-
tionis ue, ac status, detrahit maledicitq; Doctos pariter & in
doctos prosequitur, tantummodoq; maledicis uerbis, ac tur-
piloquiis maledica illa lingua oblectatur. Quantum autem
hec uera sint, eius doctrinam perscrutantibus (illis in uolumi-
nibus primo impressis) considerandum permittitur. Suis ue-
ro maledictionibus abiectis, & in partem relictis, ea tantum-
modo quæ necessaria sunt accipiens ẽm Chyromanticam do-
ctrinam exposui ac declaraui. Attamen, quoniam hanc prouin

eiam assumpsi, ut scilicet Coclytem ipsu; exponerẽ, idcirco & ipsius procedendi modum prosecutus sum, ne (si qui sunt æmuli) dicant talem doctrinam Coclytis non existere. Nam plurima sunt, & pene infinita, quæ per optime abici possent, ut diligenter perscrutãti patenter apparet. Quanti autem laboris in huiusce expositionibus affectus fuerim, unusquisq; singulari consideratione percipere ualet. Incœpi autem primo tres ipsius physonomiæ libros exponere, necdum perfœci (horum trium solicitudinem præpeditus) perficiam autem fauẽte Deo optimo. Cum autem huiuscemodi doctrinam quilibet sapiens appetat nõ propter finẽ alium, ac excellentiã proprii autem desiderii intentionem, ut assequatur magis, huiusmodiq; scientiæ placidæ sint, ac nobilissimæ, & non nisi a nobilibus, ac dominis adipiscendæ, qui non tantum magistratus exercent, uerum etiam & ipsarum scientiarum altissimarum gaudent disciplina. Idcirco Illustrissime dominationi tuæ, huiusce operis gloriam, ac memoriam, perpetuo famulaturus offerre decreui. Vtpote qui militari disciplina, reiq; publicæ magisterio exercitus, igenii etiam speculatione illustraris, eo delectabilius post plurimos labores, & scientiarum præludiis ualeas occupari. Accipias autem Illustrissime domine, huius mei laboris fructus ueluti e uiridario ingenioli mei Tuæ Dominationi Illustrissime collatum in perpetuæ seruitutis obsequium memorabile. Et quidem non Munusculi consideratione lœteris, magis autẽ tanti seruuli affectione, ac desiderio. Nec equidem ignarus sum eaipsa tantæ oblationis indigna persistere. Tuæ tamen illustrissimæ dominationis innata humanitate lœtanter excipias. Quam dominus omnipotens in utroq; homine adaugeat perpetuo. Vale Teruisii. M.D.XXIII. XIX. Octobris.

¶ Chyromantia al lettor benigno,

Priua d'ogni speranza, e ogni conforto
D'ogni salute uacua & extinta
Era dal Coele sol depulsa e spinta
Qual sol mia barcha restringea in porto
E mentre che meschina il supporto
Con sue parole & suo color dipinta.
In grande obscurita restricta & uincta
Hor dal Tricasso mia gloria riporto
Et non marauigliar se del Tricasso
L'ingenio excelso uede tanto humile
Che occuparsi in me non si desdegna
Vn ingegno diuin non mai incasso
Vna prouincia assume tanto uile
Che occulta excellentia in lei non regna
Donq; per esser degna.
Appresso de sapienti esser laudata
Da lui cognosco sol esser'exaltata

¶INCIPIT LIBER PRIMVS CHIROMANtiæ Bartholomei Coclitis Bononien̄.Cū Dilucidationibus Tricaßi Cerasariensis Mantuani. Ad Illustrissimum Dominum. D.Fœdericum Gonzaga Mantuæ Marchionem.

¶Prohemium Coclitis.



Ribus in libris nostræ Anastasis locuti sumus de physionomia quantum putauimus ad eam attinere, & quantum s̄m imbecillitatem ingenii nostri pro uiribus inuenire potuimus ab antiquis uariis scriptoribus annotatu;, scientiāq; huiusmodi deo adiutore nō parum ampliauimus. Nunc uero intentio nostra est in hoc libro & in duobus aliis sequētibus ad huius artis professorum utilitatem de Chyromātia ample admodum & copiose discerere. Sciant autem omnes chyromantiam physonomiæ subiici & ab ea quodāmodo tanq̄ mēbrum a corpore depēdere, ut tenet in problematibus Conciliator. Hinc est ꝙ Albertus in lib.I.de aīalibus uocat chyromāticos physonomos. Ego dico etiam ꝙ physionomia nō solum uersatur circa homines, sed etiā circa cætera animalia, chyromantia autē solum est in hoībus & in manibus tātum, physionomia uero ad uniuersa membra totius corporis extēditur. Stolidi uero sunt illi qui existimāt Chyromāticū sine physionomia, & physionomum sine chyromātia perfectū esse. Vnde dici potest ꝙ physionomia est firma radix, chyromantia uero est tanq̄ ramus. Quēadmodū enim geometria ab astronomia ꝑpter diuersim

modum cōſiderandi circa idem ſubiectum (quoniam primus cōſiderat cœlum, prout eſt quātitas, nō habendo reſpectum ad motum, ſecūdus uero, prout in tali uel tanto tempore quelibet ſphera mouetur) tamē altera ab altera depēdet. Nō ſecus etiā dicēdum erit de Chyromātia & phyſonomia, quæ circa idem quoq; ſubiectum uerſantur. ſ. corpus humanum. ¶ In iſto igitur libro introducetur diſcipulus meus Auguſtinus, igenio quidem ac fide præclarus, qui mei amātiſſimus ac integerrimus extitit cum diuerſis enigmatibus & queſitis, & erit tanq̄ cōmētum ſecūdi libri, hic etiam cōuincemus falſa principia, & quaſdam inanes multorum opiniones refellemus, & maxime Antiochi Ceſennatis, ne recētiores in arte in eis erroribus ſubmergātur. Hac autem de cauſa opus iſtud peregi, quoniam hō cōſiderans (ut inquit Auerroys in prologo phyſicorum) paruitatem uitæ ſuæ ad reſpectum & comparationem temporis ſempiterni, debet eſſe audax ex neceſſitate, & ut ſciētiā acquirat debet deponere propriam uitā, cū mediāte ſciētia ſpeculatiua hō fœlicitetur, & noſtra fœlicitas, ac perfectio eſſe nō poteſt, niſi hō inſudet in libris phyloſophorum. et eorum dicta recipiat, & memoriæ mādet, ac detineat, & eorum cōcordātias ſimul componat. Vnde acquirēdo tales habitus & componendo, immortalis fœlicitatur. Nam ex parte ſciētę immortalitatem acquirit, & diis ipſis ſimilimus efficitur, Fœlicitatem autem adipiſcitur, quoniam aīa ſua dum tales habitus acquirēdo diſponit, efficitur fœlicior, ac beatior. Quo circa oportet hominem qui ſe uirum præſtare uult, ſcientiis oībus inſudare. Et ex dictis Auctorum, qui naturaliter locuti ſunt libros componere, nec huiuſmodi ſint, ut multi ſunt loquaces, ac nebulones, qui nō ſolum, nec ſciūt, nec ualēt componere, ſed componētium ſciētias ob earum craſſitudinem, tanq̄ faſtidiētes, minime in-

telligere ualent. Cum enim incœpi me istis facultatibus peni-tus totum tradere, ferme oẽs me deridebãt. Si quid in uigilando adeptus sim, posteritas iudicabit. Imitatusq; sum illud laudabile carmẽ. Multa tulit fecitq; puer sudauit & alsit. Multum laboris, plurimum incõmodi lachrymãs/ac sudãs passus, ut hãc cœleberrimam sciẽtiam penitusq; sepultam, e carceribus obscurissimis in clarissimam lucem educerẽ. Nocuit mihi paterna radix, quæ si aduimẽto fuisset, melius de me sperandum erat. Dicit enim Iuuenalis, & dictum est uerissimum & expertum. Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat. res angusta domi. Memini me multa scripsisse, quæ cum dictis diuersorum auctorũ cõcordarunt, quos (ita me deus adiuuet) nunquam antea uideram, & nõ mihi ascribẽdum puto, sed potius cœlestibus influxibus, qui ad hoc me iclinarũt. Vt in mea natali figura Astronomica, licet aliqui negẽt iudicialem astrologiam, qui dum multum se intelligere, uolunt uulgo ostẽdere, nihil penitus intelligũt/ac seipsos ignorãt. Multum in me quidem ualuit cõiunctio mercurii & capitis draconis in quarta domo, cum aliorum planetarum mixtione. Et si quis diligẽs uoluerit hoc perscrutari, hic annus est mẽsis et dies et hora meæ natalicíæ. Cocles enim natus est. 1467. Die. 19. Martii. Hora 3. noctis ad Bononiæ meridianum.

¶ Tricassius Mantuanus.

PRo clariori notitia huius sciẽtiæ. Sciẽdum ꝙ iste liber primus cõueniẽtius post secundum librum sequẽtem, & sequẽs poneretur loco huius, & quicũq; uult hunc librum primum intelligere, post secũdum librum sequẽtem conuenienter relegat & hunc primum. ¶ Secundo, sciendum ꝙ intentio mea nõ est principaliter Coclitem impugnare, nec cõc

liatorem, aut aliorum quẽpiam doctorum, nec ecõtrario eorũ quẽpiam defendere, sed solũmodo ipsam ueritatem oibus aperire, & uiam huius sciẽtiæ ueridicam ostẽdere, si qui fuerint qui eam agnoscere uelint. Si quis autem clarius intẽtionem meam scire uelit Epistolam meam prohemialem legat Ad Illustr. D. Dominum Fœdericum Gonzaga Marchionem Mãtuanum.

¶ Tertio sciẽdum est ꝙ forsitan quis admirari possit, huiusmodi causæ ignarus, qua. s. de causa ita uidear in oibus Coclitem impugnare, & eo magis mirari, ꝙ nõ solum rationibus ipsum arguam, uerum etiam & cõuitiis maledicam. Sciat autem quicũq; huiusmodi cõtradictionis causam quærit, ex sola ipsius lingua maledica me prouocatum. Vidẽs namq; ipsum tot iniustissimis increpationibus, ac maledictionibus in tot eximios, ac præclarissimos uiros sceuire, ac ueluti aial immũdum in turpiloquiis uolutari, seq; met ad usq; sydera tolli, zelo uirtutis astrictus in tãtorum iustificationẽ uirorum, me obicẽ obtuli, ne marcidus stipes, ueluti diuinũ cœlesteq; numẽ hẽretur.

¶ Siquis autem Natale meum (ut ipse de se exponit) scire desiderat. Natus sũ in patria mea, Anno Domini. 1491. Die. 17. Septembris, Noctẽ. s. præcedẽte post quintam horam & citra dimidiã Huiusceq; natiuitatis noticia habita ab omni admiratione desistet.

¶ Quæsitum primum Augu. Disci. ad eũdem Coclitem.



E collocatione planetarum in chyromãtia, o magister mi, insurgunt mihi multe dubitationes, quas in quodam libello cuiusdam Chyromãtis noui & inexperti (ut arbitror) uidi. Inquit eni policis tuberculum Marti dedico, nam oibus robore & fortitudine præstat, quemadmodum Mars cæteris planetis est fortior.

¶Responsio magistri ad discipulum.



Alsum est quod tuberbulū policis marti decidetur nec cæteris est fortior. Ratio, quoniā (ut inquit philosophus. 3. topicorum) robur existit ī neruis & ossibus. Cū ergo ita sit quod digitus pollex si cōpositus ex duabus iūcturis tantū, nec adhereat ossi pectinis, & cæteri alii digiti sint ex tribus iūcturis cōpositi, & annexi & cōtigui quattuor ossibus pectinis fortissimis ligamētis, quæ ossa sunt in uola manus (sicuti uidetur in anothomia) igitur in cæteris plura erūt ossa & plures nerui q̄ in Police, in police aūt cū nō cōtinuetur (imo separetur ab osse rascette) et cū cōponatur ex duabus iuncturis tātum erūt pauciora ossa & pauciores nerui. ¶Arguatur igitur sic Vbi pauciores sūt nerui, & pauciora ossa, minor est fortitudo, in police sic est. Ergo in eo minor erit fortitudo q̄ in cæteris, Videtur ergo debilior locus totius manus. ¶Secūda rō. In illa pte minor est fortitudo q̄ situatur ex obliquo q̄ in aliis ptibus quæ situātur figura diametraliter recta. Sed ita est. quod policis situs & positio est per obliquū, & aliorū digitorū situs & positio est per rectā figurā, Ergo in eis maior erit fortitudo, & i police minor. Fundamentū maioris propositionis sumitur ex quadam experientia quam uidemus in mæchanicis hominibus, sicut sunt Carpentarii & alii cum enim uolunt pondus aliquod magnum eleuare situant ligando cordas per lineam rectam, & tunc facilius eleuant aut mouent. ¶Tertio confirmatur. Pars illa naturaliter uidetur fortior. quæ laborem melius tollerat, & illa debilior quæ laborem minus tolerat. Sed pollex minus & alii magis tollerant laborem. Ergo pollex cæteris debilior erit assumptum patet, quia cum labore oē membrum resoluatur, & suum humidū substantificū quod ipsum

humectat consumitur, quod patet ex eo, quia calefit per laborem. Minor probatur sic. Membrum quod diu fatigatur indiget restauratione sui humidi substãtifici, quod fit mediante sanguine trãsmisso ab epate per uenas magnas et paruas, hæc autem trãsmissio facilius fit per uenas rectas q̃ obliquas, sed a police ueniunt uenæ per obliquum, ad alios uero digitos per rectum, ergo facilius nutrimẽtum datur aliis, q̃ polici. Igitur polex minus tolerat laborem. Preterea illud membrum est debilius, quod citius fatigatur cæteris paribus & debilitatur q̃ cæteri, Polex est debilior. Cõfirmatur a signo, quia laborantes & mechanici in ferẽdo põdera eo minus utuntur aliis, immo aliis & nõ illo. Igitur polex aliis debilior est & non fortior. ¶ Vel dicimus (respõdendo ad Antiochum,) ut dicit phylosophus. 12. de aĩalibus. Vigor policis est equalis quattuor digitorum, & hoc quo ad seruitium ipsorum, quoniam polex digitis oĩbus famulatur. Melius ergo esset dicẽdum, ꝙ si ex fortitudine loci Mars collocatur, magis cõgrue collocaretur in principio mẽsalis quæ est cõtigua mõti auricularis, nam clausis digitis fit percussio uehemẽtissima, & tamẽ cum propter istud nõ attribuatur Marti, ergo ex fortitudine percussionis nõ debet locus attribui Marti. ¶ Ex parte uero similitudinis ubi dicit Martem cæteris planetis fortiorem, falsa est talis similitudo, quoniam quod ab alio planeta fortitudinem recipit non est cæteris fortior, sed Mars a Sole recipit fortitudinem, ergo nõ est cæteris fortior, ꝙ enim fortitudinẽ recipiat patet, quoniam aliam uim habet quãdo Sol est occiduus, & aliam quãdo matutine oritur, queẽadmodum cæteri habẽt, unde si ex parte fortitudinis policis tuberculum alicui planetarum tribuendum esset Soli, et nõ Marti esset, ex quo omnes uim uirtutemq́ꝫ ac lumẽ a Sole recipiũt, quo mediãte agũt in istis inferioribus.

¶Tricassus Mantuanus.


N hoc prio quesito unusquisq; p semetipsum cõprehẽdere ualet, cuius momẽti ac utilitatis uniuscuiusq; partis sint rõnes. Miororq; ad qd Cocles ipse i utili sermone uerba pmulget, & demũ intẽtio principalis ipsius Quesiti isoluta persistat. Rationes quoq; aductas, nec phylosophicas, nec physonomicas, nec chyromãticas dicere possumus sed uerba in uanũ plata, et si adhuc alicuius ualoris essent, nil aliud, & hoc est nisi incõueniẽtia multiplicare, & dubitata nõ soluere. Quapropter oĩbus suis fabulis in partẽ relictis, ipsãq; tãtummodo ueritatem amplexus, situm/ac collocationem Planetarum huiusceq; causam (sm Chyromãticam ueritatem) propalare decreui, Enimuero ego ipse & Cocles (in huiusmodi locationibus) cõformes sumus (ut uidebitis) sed tamẽ in principiis Chyromãticis nec minimam declarationem ostẽdit, immo & aberrat, quãuis in hoc cõtradicere Antiocho uideatur. In huiusmodi autem principiorum declarationẽ pro notitia clariori aliquãtulum diutius immorabor, et sicuti ipse in hoc primo Libro capitula sua distinxit per modum quesiti, et per modum quesiti & interrogationis, in hoc unico quesito pcedam. ¶Primo igitur scire uellem (ab ipso Cocle & aliis, qui sm perfectionem/aut imperfectionem partiũ manus planetas deponunt) quid per huiusmodi Planetis intelligere uelint, Fortassis/ne/Planetæ isti fuerũt aĩalia, sicuti & nos hoĩes mortales? Et ad hoc (uerum respõsuri) dicẽt nõ esse hoĩes mortales, nec fuisse, sed Sydera quædam, dicta Erratica, habẽtia unũquodq; suum cœlum particulare, Hisq; syderibus imposita sunt noĩa ista particularia. s. Iupiter, Saturnus, Mars, Mercurius, &c. quæ fuerũt noĩa quorũdam hominum præclarissimorum unusquisq; sm operationes suas particulares. ¶Adhuc autem et

ſcire uellem, qua de cauſa iſta noīa particularia fuere ſibi im-
poſita? Et interrogationi huic dicēt (ſi uerum fateri uolūt) ꝙ
cum tales homines (huiuſmodi nominibus nuncupati) fuerint
eximii/ac/præclariſſimi gubernatores/ac/moderatores mul-
torum populorum, eorum quoq; noīa ob eorū immortalem ſem
piternamq; gloriam huiuſmodi ſyderibus impoſita fuiſſe/ue
luti ipſimet inter immortales deos trāſlati perſcriptiq; ſint.
¶ Quequidem reſpōſio ꝗuis ueridica probari ualeat, attamē
intētioni noſtræ ſatiſfactoria nō eſt, Quapropter adhuc ſcire
uellem, qua de cauſa eorum noīa huiuſmodi ſyderibus impoſue
rint, ut uel ſic ipſarum operationum memoria haberetur eter
na? Et tādem in hoc eorum reſpōſio deueniet. Quod cū fuerint
hoies præclari & ingenioſiſſimi, ac quodāmodo diuini, noua-
rum rerum ac operationum inuētores, legumq; ac populorum
moderatores, poſt eorum mortem etiam ſuper iſta inferiora in
ter deos (ſm uariam uulgi opinionem) collocati ſunt, & ſicu
ti cum adhuc uiuerēt, populis diuerſis, ac nationibus domina-
ti ſunt, ita et ſyderibus præditi, nūc quoq; moderētur. ¶ Qui
bus pro maiori reſolutione dicam. Quare ex ipſorum operatio
nibus quas operati ſunt adhuc mortales, uelint nunc illos eſſe
qui in nos mortales influāt inclinationem in eorum ſimiles ope
rationibus, cum mortales extiterint? Et reuera dicēt primam
reſpōſionem ueridicam eſſe, cæteras autem, opiniones/fabulas
& deliramēta. Ex hoc autem talium noium impoſitio proue-
niſſe, ꝙ.ſ.experimēto habuerūt, & ſic inuētum eſt, ꝙ ſm do-
minationem & exaltationem talium planetarum, eorūq; aſpe
ctus, in inferioribus iſtis, uarii effectus operationeſq; diuer-
ſæ cauſantur. Cum autem Iupiter, Saturnus, Mars, Mercu-
rius, Luna, Venus, et Phœbus, huiuſmodi diuerſarum operatio
num fuerint inuentores (ut dicitur) ac præcipui operatores ex

eorum nominibus prædicta sydera nuncuparũt, ſm q ex eorũ influxu operationes exequi uidebantur. ¶ Vltimo autẽ ut principalis quæſiti ſolutiones habeamus, ſcire uellẽ Ad quid in ipſorum nominum impoſitione ac Planetarum in cœlis collocatiõe huiuſmodi ſydera, nomine uno magis q̃ alio duxerint nũcupanda? Fortaſis ne hac de cauſa actum eſt, q. ſ. repererint qualitatem aliquam aut accidens aliquod uni cœlorum ineſſe quod nõ in altero. Ita q huiuſmodi paſſionibus ducti, primum cœlum Lunæ atribuerint. 2. Mercurio. 3. Veneri. 4. Soli ſiue Phœbo. 5. Marti, 6. Ioui. 7. Saturno? Sed hoc falſiſſimum eſſet. ¶ Neq; hoc dicere ualent ſibi accidiſſe, ut. ſ. ſm eorũ proprietatẽ & excellentiam, ita collocandi eſſent. Nam (ut dicitur) Iupiter Saturnum patrem, e Regno expulit (licet in hoc uariæ ſint opiniões) ſibiq; proprietas, ac uirtus Dominandi conceditur, & tamen in collocatione Planetarum ĩferior eſt ipſi Saturnoq̃. Alia quoq; multa adducere poſſem quæ breuitatis cauſa obmitto. Et ideo dicere neceſſe eſt, q in illiuſmodi ordine, ac ſituatione poſiti ſunt, non aliquo quouis accidẽte, ac uirtute intrinſeca, aut ordine ſed ſolum ex longeua Aſtrologorum experientia, qui experimento habuerũt, & pbarũt, q ſcilicet quãdocũq; Sydus illud quod in. 2. cœlo locatur in ſua exaltatione & dominatione inuenitur: etiam inueniũtur tũc homines in tali excellentia nati, influxu ipſius ſyderis. Ingenio ac Sagacitate. calliditateq; maxime uigere, ſimulq; eloquẽtiæ ac ſtudio operam dare. Vnde & illud Mercuriũ appellarũt quoniam Mercurius dicitur fuiſſe ingenioſiſſimus, elloquẽs, aſtutus, & ſagax. Et ex hoc ẽt dicitur fuiſſe Deorum nuncius. ¶ Et quando Sydus illud quod in. 6, cœlo poſitũ eſt, in exaltatione ſua ac dominio habetur Homines etiam dediti ſunt honoribus ac dignitatibus. Et qui eius ſunt domino nati ad Honores & dignitates perueniunt. Vnde

& illud Iouem appellarũt, quoniam ipse Iupiter fuit maxime fortunatus in sua dominatione ac principatu, & honaratus ac amatus, a populis. Et hoc idẽ unicuiq; Siderum nomina atributa sunt, ẽm uniuscuiusq; proprietatem ac influentiam uel uirtutẽ. Et hec est uera & ultima resolutio. ¶ Si igitur in ipsorũ propria ac scientia particulari, ipsa Sydera his de causis talẽ ordinẽ ac nomina sortita sunt, & non propter aliqua accidẽtia intrinseca, aut nobilitatẽ materie, magis autem ex effectuum experientia, ex eorum dominio alternatisq; aspectibus. Similiter etiã collocandi sunt Planetæ, eorumq; Dominium situãdum in hac Chyroma...æ sciẽtia, non ẽm qualitatem aut accidentia aliqua ipsarum partium manus sed (prout continua experientia, docet) per signa in huiusmodi partibus inuẽta cognosci, effectusq; particulares (put ad præsentis difficultatis attinet speculationem) ẽm ipsorum Planetarũ naturam indicare. ¶ Hæc autem est ueridica sententia locationis Planetarum. Et omnia quesita sequentia, cum ad istiusmodi difficultatẽ incurrerint in hoc resoluũtur, prout successiue patebit.

¶ Secundum quæsitum Augu. Disci.



Ctiones etiam Marti subiectæ quemadmodu; sunt ille que ferro & ui fiunt, per hunc potissime digitum exercent, est enim ars totius manus.

¶ Secũda responsio Magistri ad eũdẽ discipulũ.



Ico ꝙ hoc Quæsitum ostendit auctorem illum nec esse chyromantichum, nec astronomum, nullus enim chyromanticus indicat unico mediante signo, sicuti nec per montem unum nec per lineam unam, sed attenta proportione multorum adinuicem, considerando qđ efficatius sit. Et ita faciunt astronomi. geomantici & physonomi. Oẽs enim isti considerãt in genituris septem

erraticos planetas, & .12. signa cum suis proportionibus amicitie & inimicitie seu in magistriis seu in reliquiis. īquit enim Albubater in cap. de magisterio nati. Quādo mars & saturnus in aliquo angulorū maxime ī medio cœli ac in signo igneo fuerit. natus erit faber, & si sol aspexerit, enses, & loricas de lācearū ferra fabricabit. Si iupiter eo aspexerit. natus erit faber speculorū, &c. Si ergo tuū dictū est uerū talis mons attribuitur chyrurgicis restauratoribus facture & dislocationis ossiū, & tamē suū magisteriū nō requirit fortitudinē, sed potius indiget ingenio. Et cū hoc etiā isti incēdūt. cauterizāt. cōburūt, & incidēdo extrahūt testiculos &c. Inquit Albubater in cap. de medicis chirurgicis. Quādo mars & uenus iuncti fuerint, & se aliquo aspectu aspexerint aut ꝙ sint recedentes. talis natus erit medicus Et quādo mars & mercuris in domo ueneris fuerint aut unus illorū. natus talis erit medicus, & nigromāticus. ac experimētis suis hoīes decipiet, & ait Almansor in suis propositionibus. Perfectos medicus erit cui mars & Venus fuerit in sexta.

¶ Tricassus Mantuanus.



Eminem cuiusuis facultatis Auctorē deterius in uanū uerba proferre cognoui. Et miror quo modo quispiā queat seipsum (e) risu ꝓhibere, cū sibi occurrerit legere presens. Quæsitū. ac respōsionem Coclitis applicare tali Quæsito Ipse enim Antiochus opinionem suā inceptam (in quæsito præcedenti) prosequēdo sic inquit Amplius autem & Artifices ac Mœchanici omnes actiones subiectas Marti (quēadmodum sunt ille quæ ferro, aut & ui proprie fiunt) per hunc potissime digitū exercēt. Ipse. n. Polex Digitus est ars totius manus. idest ipse polex est ille qui omnes huius operationes dirigit ac gubernat. Cocles autem nostere respondet. ꝙ in arte Chyromā

richa nō indicatur quispiā ex solo signo, aut linea, uel loco, sed pluribus locis & signis ꝓportionatis & cōformibus. Et ideo Anthiocus ostendit se nec esse Chyromantichum, nec Astronomum. ❡ Ego autem dico ꝙ Cocles, (siue ipse qui librum hūc scriptitatuit nomine ipsius Coclytis) ignorauit quid Anthiochus ex hoc inferre uellet, imo nec ipse sciebat quid ex sua responsione cōcludebatur. Et ideo ostendit se nec Chyromātiam, aut Grāmaticam scire, nec ingenium aut rationis discursum habere. ❡ Responsio autem huius quæsiti cōtribuere possumus quæsito sequenti, & ibi directe uadit cōtra opinionem Anthioci. Cesennatis. ❡ Ego autem addo hoc, & dico ꝙ illud quæsitum falsum est. Nam & aliis in locis signa significatiua offensionem ferri reperiuntur, & etiam aliquando offensionem ignis, aut rei ignite. Vnde & plærunq; percussiones, aut etiam suffocationes ignis demonstratur implicite, sicuti libro sexto capitulo, 307. Nam ẜm ueram scientiam Chyromātic, non magis dicuntur suffocationes procedere ex una causa q̄ ex alia. Et ideo propositio illa merito dicitur falsa; esse. ❡ Amplius autem, dico ꝙ proprius effectus uniuscuiuscunq; Planetæ, est illud ad quod (ẜm propriam naturam) operandum inclinat (sicuti etiā ipse Cocles innuit quæsito. 7. Not. 2. uel talis doctor, a quo ipse sn̄iam illā assumpsit.) nō aūt ad patiēdū, offensionē aliquam, q̄uis aliquibus aspectibus, aliquando offensionē minari cōtingat. Vnde euidēter apparet illā ꝓpositionem huius quæsiti nullius esse ualoris, similiter nec rationes per Coclytem in contrarium adductas, nihil enim cōcludit, sed omnia confusa reliquit, ut clare patet intuenti.



❡ Quesitum tertium. Augustini Discipuli.

IN hoc etiam Tuberculo chyromantici obseruaue re. si qui igne comburēdi ustulādi ue sint, uel aliā

Quis actionem per ignem effecturi quæ omnia martis natu-ram sapiunt.


¶ Tertia responsio Magistri ad eundem Discipu.


Diximus supra ꝙ boni chyromantici nō debent iudicare per unam simplicē lineā, nec etiam boni euētus aut mali ipsius nati attribuūtur uni soli Planete. Albubater in cap. de cōbustione nati inquit. Quando luna septime domina fuerit, & mars ac sol ipsam ex septima & decima domo aspexerint natus comburetur. Ergo simpliciter non est uerum.


¶ Quæsitum quartum Augustini Discipuli.

Ars insuper ipsi superponitur soli orbæ cōtigno, hic lineę uitæ coniungitur quæ soli uite data est.

¶ Quarta respōsio. Magistri ad eūdē Discipu.


Quod Sol sit dator uitæ duobus modis intelligitur. Vno modo quia gubernat fœtum in utero a primis mensibus usq; ad partum uniuersaliter. ex quo uniuersaliter oībus planetis & stellis lumen influit Alio modo quia est hylec nati. Q uō-cunq; intelligas falsum est. Et ex ētpte situs Dicitur.n. sol quasi solus ī operatiōibus, quia astronomi regulāt se ad inueniēdū motum aliorum planetarum erraticorum per motum solis.

¶ Et ēt dicūt aliqui astronomi & philosophi, ꝙ oēs alii planetæ recipiūt lumē et uirtutē a Sole, et iō Haly amberagel appellat ipsum cādelā mūdi, alii lucem mūdi, alii lucernā totius orbis. Et deus sublimis, & creator omnium situauit ipsum solem in medio aliorum planetarum, Sicut cor in medio totius corporis hominis sicut autem. Cor in medio hominis existit, ut melius & equalius influat uirtutem suam aliis membris. Et ita sol in medio existit. ut distribuat diuersas proprie-

tates aliis Planetis lumine mediante. ¶ Si autem tu intelligis primo modo cōtra. Inquit Albertus in libro de secretis mulierū. Ab ultimo.n.orbe qui motu diurno oēs spheras inferiores rapit, influūtur materie prīcipaliter & radicaliter uirtutes essendi & mouēdi, & ab orbe stellarū fixarū foetus recipit uirtutē ac distinguitur in esse ꝫm diuersas figurationes & accidētia, & illud cōuenit ei in quātū forma & etiam contrahit uirtutem ab hoc orbe que dat esse, & ꝫm diuersas naturas huius orbis post sphærā stellatā ponitur spæra saturni ꝫm astronomos, & ab illa influuntur aīe uirtutes discernendi & ratiocinandi, & post est spæra iouis. & ab illa influitur anime magnaminitas &c. Et magis inferis inquit. Nunc uero ex parte corporis consimiliter notandum est. Et primo de creatione uel formatione corporis quod est ex embrione, creatur enim & formatur per effectus & operatiōes stellarum, quæ planete dicuntur, Planeta autem dicitur a planos idest quasi error eo ꝙ a cursu suo aberrant & ad inuicem in montibus & effectibus Primo enim materia embrionis uel hominis generandi compressa & coangulata per frigiditatem & siccitatem saturni disponitur, & huic scilicet materiæ a Ioue uirtus influitur uegetatiua, & motus naturalis ascribitur. Et tunc patet in tali materia operatio aliqualiter debita, & ideo medici dicunt ꝙ post lapsum spermatis in matrice, ꝙ primus mensis in generatione & temporis successione (ꝫm exigentiam nature ac seminis) Saturno ascribitur scilicet primus mensis conceptionis, secundus uero mensis Ioui, tertius mensis Marti. quartus Soli, quintus Veneri, sextus Mercurio, septimus Lune, octauus iterum, Saturno, & nonus Ioui. Et hinc est astronomi & philosophi, & precipue Alexander problematæ 163. Inquit ꝙ qui nascitur mense octauo non uiuit quia Saturnus sua frigiditate

constringit & comprimit comprehensione forti, & ideo inter ficit fœtum. Et idem testatur Ptholomeus & Halyamberage. ¶ Et si tu diceres, ꝙ sol sit dator uitæ. secundo modo quia sit hylec. Hoc uidetur esse contrarium astronomis. Nam Ptholomeus & almansor in suo centilquio dicunt. Vita omnium animantium est ſm gradum Solis & Lune, & hoc ab altissimo datum ſm Astapham. Item inquit Albumater. Et scias ꝙ sapientes extrahunt ylegia ex quinq; locis. primo a sole. secundo a Luna, tertio a gradu ascendentis, quarto a parte fortune quinto a gradu coniunctionis. uel præuentionis natiuitatem præcedentis. Cum ergo natiuitas diurna fuerit a sole nocturna a Luna &c. (sicut ante diximus(non simpliciter uni planete attribuẽdum est. Manifeste enim & aperte uides ꝙ concurrunt eximiæ differẽtiæ ſm diuersa tempora, & horas, & ita est de lineis itelligẽdũ. Et per hæc appet ꝙ sol solus nõ est dator uitæ.

Tricassus Mantuanus.

Ex hac responsione Coclitis. manifeste patere potest, & ipsum Coclitem, propriam uocem ac intentionem ignorare. Obmissis autem quæ ab eo dicuntur in expositione huius nominis(Sol)suiq; met manifesta contradictione, proprie intentiones. Conclusionemq; ac similitudinem in fine aductã, si ipsum quæsitum scrutabimur, nihil ad propositam inueniemus, immo nec ſm scientiam Chyromantiæ dictum Vnde quæstio hæc in hoc non fundatur scilicet ꝙ Sol sit dator uitæ, aut nõ sit dator, sed precipue fundatur in hoc ꝙ cum Mars sit immediate super Solẽ, ita ꝙ hi duo Planetæ in spæris suis sint contigui conuenienter quoq; & mars in monte Policis locabitur, quia ipse Mons policis immediate unitur lineæ uitæ. ita ꝙ sibi superior est & contiguus. Hancq; conclusionem hoc modo probat. Sol est da-

tor uitæ, Mars & Sol in suis sphæris contigui sunt, & Mars est superior. Igitur Mars in locandus est in Monte Policis, qui est superior & contiguus ipsi lineæ Vitali. ¶ Pro dilucidatione huius quæsiti sciendum est q̃ quamuis, Sol tantum non sit dator uitæ, tamen dicitur esse principalis, eo q̃ lumen cæteris planetis tribuat. Vnde & Philosophus dicit a Sole & homine cætera propagari. Et ipse Cocles in principio suæ responsionis dicit q̃ Sol in medio Planetarum positus est, ut unicuiq; suas tribuat proprietates, proprio lumine concurrente. Attamen nihil ad propositum hæc conferunt, neq; hoc ab auctore intelligitur, pro principali proposito, sed tantummodo locationem planetarum perquirit. Et ideo aduertendum est q̃ unum falsissimum præsupponitur in hoc quæsito, siue accipitur ab ipso Antiocho (ut ex uerbis ipsius conicere possumus). s. q̃ linea uitalis sit ipsi Soli deditata, & in hoc fundat rationem ponitq; fundamentum suum uolens q̃ Marti mons Policis dedicetur, quia (ut dixi) Mars est superior contiguusq; ipsi Soli. Et ideo huic falsæ opinioni, ac præsupposito, ex dilucidatiõe primi quæsiti facillima responsio patet. Quoniam situs, ac locatio Planetarum, siue ipsorum nominum attributio non aliquo ordine, sed sola experientia effectuum terminum seruant. Et hoc idem seruatur in Manus positione, ex experientia per linearum cognitionem eorum effectus, ac operationes significantium ẽm uniuscuiusq; Planetæ naturam. Vnde non ualet consequentia. Mars est superior & contiguus. Soli, ergo similiter in manus collocatione ponendus est superior & contiguus Soli (ut dicitur infra in dilucidatione decimi quæsiti, circa quarto, Not.) quamuis (ut dixi) suppositum illud falsum sit, scilicet q̃ Vitalis linea sit Soli tributa. Et hec est uera expositio & solutio quæsiti ẽm ueridicam scientiã Chyromantiæ, ut clare patet̃ ituẽti.



¶Quæsitum quintum Augustini Discipuli.

Eprehensum est, quod illi qui Martem genitu re dominatorem habent, quasdã in hoc tuber culo expressas & cauatas lineas gerunt.

¶Quinta responsio Magistri.



Vm sit ꝙ considerando dicta aliquorum antiquorũ & modernorũ in theorica & pratica reperiantur qui dicant ꝙ illi qui habent martem dominatorẽ in sua genitura habeãt linea; talẽ qualẽ dicis esse in tuberculo pollicis, ideo tuũ assumptũ nego, & ĩfra in alio loco mẽtionẽ faciemus de martis collocatiõe ꝫm uerã & rectam opinionẽ. ¶Tricassus Mantuanus



i noster Cocles animaduertisset expositionem quarundã linearũ in cap.109.lib.3.& cap.103.non tã facile huius quesiti asumptũ denegasset. Vnde sciẽdũ est.ꝙ quãdo Auctor ille dicit, deprehẽsum esse ꝙ qui Martem geniture Dominatorem habent, expressas & cauatas lineas in montem Policis gerunt, non intendit propter hoc.ꝙ quicũ ꝗ sunt nature Martis huiusmodi lineas habeãt sed intendit hoc.ꝙ multi reperiuntur qui sunt nature Martis, & habent huiusmodi lineas, que significant actus & operationes ipsi Marti atributas, aut naturæ ipsius.s.Crudelitatem. Ingratitudinem, & forte, prædones, & Siccarios quando scilicet habent Martem infortunatum. Et in huiusmodi lineis multos cognoui, qui & adhuc habẽt Angulũ supremũ disiunctũ, aut alios angulos male formatos. quæ oĩa naturã martialẽ significant, sed infortunatam ac miserã. Vnde asumptũ huius quæsiti uerum est, & sua propria responsio ac solutio, est illa ratio qua; adducit in principio responsionis, 2.quæsiti diligẽtius ꝗ pscrutari põt in sequẽti responsione.6.quæsiti in principio.

& sua propria responsio/ac solutio est illa rō quam adducit in principio respōsionis secūdi Quæsiti, diligētiusq; perscrutari potest in sequenti respōsione sexti Quæsiti, in principio.

¶ Quæsitum sextum Augu. Discipuli.


On igitur in ifima cauea collocādus est Mars, sed Mercurius. nam minutulus digitus mini- me ei cōgruit, sed Veneri potius, cum eo in loco chyromātici quot uxores, quæq; cum mulieri- bus fortuna sit habēda inspiciāt. Nullus enim in tota palma debilior, aut effœminatior locus est, qui Veneri magis conueniat.

¶ Sexta responsio Magistri.


Onceditur ꝙ minimus tuberculus est locus effœ- minatus, nec tamen ex hoc sequitur ꝙ sit locus Veneris. Optimus enim chyromanticus, theori- cus, & praticus rationalis nō debet simpliciter exprimere aliquem cōceptum, nec de cōsorte, nec de cōcubitu, propter lineas existētes in aliquo uno simplici Mōte sine eminē tia illarum linearū, & colore, aut situ, aut forma, lænitate, aut rigiditate antedicti tuberculi, & sine cōuenientia & ꝓportio ne Mōtis policis. Item simile iudicium de cōsorte explicatur per montem Veneris. i. policis similem, Monte minimi. ¶ In- quit Albertus & Cōciliator, Si Mōs policis sit decenter mun dus & lænis bene coloratus bonam complexionem ostēdit, & hoīem diligentem mulieres/ac pulchra indumenta, & dicunt quidam ꝙ si quædam lineæ extēsæ fuerint a radice policis per mōtem ipsius, tot amicos ostendit, in manu uero mulieri tot cō cubinos, & si istæ lineæ extensæ & pulchræ, cum istis mulieri bus uel uiris significant copulationem. Et si quædam stella re- periatur, uel quid simile, risum & lætitiam notat, & intentio

cocubitus, propter qđ nilipensio accidit. ¶ Et ego dico ꝙ ali qui Moderni senserunt bene, ꝙ quādo iste mons est eleuatus & bene fortunatus, significātur musici & phylocapti, ꝙ mu lto tiens probaui, & inueni ueritatem. ¶ Item inquit Albertus & Conciliator, Quædam linea notabilis multum rubra & scin dens fortiter digitum policis, cōcubitum cū cōsanguineis ostē dit. Et aiunt in Cap. de digito policis. ¶ Quædam lineæ existē tes infra primam & ultimam iuncturam huius digiti parē telam magnam & paruam ꝭm multitudinem linearum. Et si in dorso policis iuxta unguem fuerit stella, erit luxuriosus ual de. Et si figura ueluti crux cuius ramus sit adintra talis ma trem aut sororem corrūpet, Et multæ aliæ rationes possent ad duci, (quæ breuitatis causa omittātur) ad indicādū ꝙ iste lo cus sit effœminatus, sicuti de linea sorore lineæ uitæ, quæ demō strat luxuriam nephādissimam, et puerilem cōcubitum, & in isto mōte ostēduntur cynœdi, et illi qui pollutionem ꝑpriis ma nibus patiuntur, & illi qui dicūtur pati alluminati. Isti enim sunt hoīes qui nō possunt actiue coire nisi patiātur. Et propria causa allegatur ab Auicēna in Cap, proprio. lib. iii. ut dicitur in primo libro physonomiæ Cap. 41. Cōsideratis antiquis et mo dernis chyromāticis oēs cōueniunt in unū, ista attribuēda sunt loco Veneris, & etiā in digito ꝓ truo collocāt Mercurium, licet locus antedictus sit aliqualiter effœminatus. Cā hæc est, quia ut dicūt poetæ, Mercurius est nuncius Deorū, & Astronomi di cūt, Mercurius est scriba planetarū et cōuertibilis, & dicit Al bertus Magnus in de secretis mulierum, ꝙ Mercurius agit in fœtu uirtutem gaudēdi & delectādi. Et quidam cōmentator super libro ipsius Alberti, inquit, Mercurius quasi mercato rum chyrios, idest, dominus, sicut enim mercator dicitur esse gaudiosus & affabilis, sic & ille planeta est beniuolus, gau

dium & delectationem infundens. Dicit Isidorus septimo ethimologiarum. capitulo undecimo. Mercurius sermo interpretatur. Nam ideo Mercurius/quasi medius currens dicitur appellatus quod sermo currat inter homines medius. Ideo et Hermes græce, quod est sermo uel interpretatio, quæ ad sermonem utique pertinet hermenia dicitur. Ideo & mercibus præesse, quia inter uendentes & ementes sermo fit medius. ¶ Aliqui dicunt Mercurium esse hærmafroditum. Nam cum bono planeta existens cum bonum facit, & cum malo malum, cum sit conuertibilis ad utrunque sexum. Ideo dicitur planeta neuter. Vnde Mercurius habet congruum locum in minimo monte, & ipse ostendit rem esse, & nedum inclinat, immo incitat. ¶ Inquit Albertus & Conciliator. Si in digito minimo reperiantur lineæ pulchræ & claræ, erunt loquaces & musicalia scientes, pictores & sermocinatores, ingeniosi arismetici, geometrici, augures, rectores optimi, & ualde cupiunt laudem & memoriam suorum laborum, factores, & speculatores profundorum secretorum, & quid habeant tales in corde nullus potest cognoscere, & tales lineas ego uidi in pluribus secretariis & scribis principum cum proportione montis anularis. ¶ Linea cordis & media naturalis si habet montem Iouis optimum facit excelsos platonicos & peripateticos et famosos phylosophos quando habent talem proportionem et talia liniamenta. ¶ Et similiter istud idem reperitur in multis scholaribus artistis. Legistæ uero habent montem Iouis cum minori proportione, quoniam indigent sola memoria ad allegandum paragraphos solummodo. ¶ Cum autem uiderim paucissimos homines habere triangulum secundum tuam extraneam sententiam, o Antioche pauci reperientur homines ingeniosi, quod falsissimum est, sicut experientia docet, quæ contraria est tuæ falsæ at obliquæ chyromantiæ.

¶Tricassus Mantuanus.



Oc in loco primum admirari cœpi huius Coclitis doctrinamq; percœpi ipsum nexibus ignorantiæ maximæ inuolutum fore, aut maxima stultitia imbutum. Promittit namq; se uiam ueritatis ostẽdere, huiusq; scientiæ principia manifestare, uerũq; modum huius scientiæ declarare. Insuperq; in responsione primi Quæsiti Antiochum reprehendit, eo q uelit in monte policis Martem locare ex fortitudine ipsius policis, nunc autem in collocatione Veneris & Mercurii, differentiam ponit inter unum & alium locum. s. ut magis effœminatus, & ut minus effœminatus. ¶Amplius autem & anteq̃ ostenderit quid sit triãgulus, et quid digitus auricularis, aut alia quælibet pars manus, uel quid sint lineæ, incipit ostendere ipsas partes manus, & loca planetarum, immo & ipsas lineas particulares. ¶Attamẽ ut huius quæsiti clariorem noticiam habeatis (nam hæc sunt principia & fundamenta huius sciẽtiæ) oẽs dubitationes persoluam, q̃uis & in. 3. lib. adhuc declarentur. ¶Sciendum igitur est, q hoc nomen quo in hoc quæsito utitur (. s. effœminatus, siue effœminatior) non assumitur hic sm suum proprium significatum (prout in. 3. lib. cap. 200.) immo hoc in loco effœminatus idem significat q luxuriosus, ita q cum dicit locus effœminatior, intelligitur esse locus in quo magis ostenduntur operationes luxuriosæ q̃ in alio loco ipsius manus. Si autem aliter locus iste, siue nomen exponeretur ipse Cocles (ut dixi,) sibimet contradictionem apponeret. ¶Quantum autem ad hoc, quod ex Alberti, ac Conciliatoris auctoritate dicit / sciendum esse, q talis Linea per ipsum Digitum inuenitur extensa Radice / principium trahens.

¶ Alias autem lineas in prima & secunda iunctura positas per transuersum, accipiatis uersus dorsum. Videatis in secundo libro. capitulo nono tertiæ partis. signo decimo sexto. ¶ Et similiter quãdo iterum (auctoritate eorundem) dicit, lineas in Auriculari digito repertas &c. in lõgum ipsius digiti accipiuntur. ¶ Et quãdo dicit, Quum linea uitæ & naturalis habẽt mõtem Iouis, fortunatum significãt, &c. intelligẽdum est hoc modo. s. ꝙ cum linea uitæ & naturalis uniuntur in Angulo supremo in opposito spatio inter Indicem et Medium uersus mõtem Indicis, significat &c. ¶ Cum autem dicit ꝙ Legistæ nõ tenent istam positionem, sed habẽt minorem proportionem ipsius Anguli, Dico ꝙ hoc est falsum, Immo & multi legistæ hãc positionem habent, & aliquãdo melior inuenitur in legista q̃ in Artista, unde & multi ipsorum sunt ingeniosissimi, & qui dicunt ꝙ in legistis nõ ita exquiritur ingenii excellentia sicuti in Artistis, hi ingenio, ac ratione carent. Nam & in ipsis requiruntur, ut optimam collationem habeãt, ac discursum, ne pars aduersa methodis suis cõtraire ualeat. Vnde talis positio, siue situs linearum, est regula uniuersalis ad oẽm excellentiam ingenii cuiuslibet sciẽtiæ & artis. ¶ Notãdum est autem ꝙ nõ quilibet Angulus coniunctus (in loco supradicto, uel circa) nõ significat optimam ingenii perfectionem, sed adhuc requiritur ꝙ talis angulus nõ sit acutus, & angulus sinister debet esse rectus, uel quasi rectus. Multi autem dubitãt, quid Cocles intelligat, cum dicit se paucos inuenisse qui triãgulum habeãt ẽm positionem Antiochi, ¶ Vnde sciendum est ꝙ huius dubitationis solutionem, cõsiderãda sunt uerba huius Quæsiti. s. textus ipsius Antiochi, et responsio ipsius Coclitis, & sic intelligẽtiam huius dicti comprehendetur. Sensus namq; ipsius Quæsiti, ẽm Antiochum est, ꝙ Mercurius collocãdus sit in

(Margin notes: Not. 2 beside "piuntur. ¶ Et quãdo dicit"; Not. 3 beside "lentiam ingenii cuiuslibet")

Triangulo & non in auriculari, immo Venus ibidem locatur. Nam semper chyromãtici hoc in monte lineas obseruãt/ac concubitus coniugatorum (uel similium) & in tota manu nõ est locus effœminatior. Veneri ipso auriculari. s. cum mõte suo, Cocles autem dicit, q etiam est alius eo effœminatior. s. polex cum suo monte. Deinde subiungit contra aliam partem Quæsiti. Amplius autem & Mercurius facit hoies summo ingenio/ac sciẽtia præditos, lineæq; hoc ostẽdentes inueniũtur in digito auriculari (ut iterum auctoritate Alberti, et Cõciliatoris probatur) & non in triangulo, sed requiritur, q adhuc angulus ille supremus (qui & ipse bonitatem ingenii indicat) habeat montem Iouis fortunatum. Igitur si sm positionem tuã Mercurius collocaretur in triangulo, nullus pene reperiretur/qui ingenio/ac scientia præditus esset, cum pauci sint qui habeant triangulum perfectum cum oibus suis requisitis. Igitur falsum est q Venus in Auriculari/& Mars in triangulo collocẽtur. ¶ Quicunq; autem diligenter considerare uoluerit istorum uerba (illius quidem in Quæsito, alterius autem in responsione) de necessitate expositionem meam affirmabit, non solum in hoc Quæsito, sed etiam in primo, scilicet/in collocatione planetarum, quamuis (ut superius dixi) multotiens aberret noster Cocles.

¶ Quæsitum septimum Augustini Discipuli,



Cum sensu diiudicatur Mons policis maior cæteris, & locus ille magis musculosus cæteris locis repertis in manu, & mœchanici semper eo utantur in suis operibus, his duabus de causis recte iudicatur fortior cæteris montibus.

¶ Septima responsio Magistri.


Eritas est quod quantum membrum est maius in eo necessario musculi sunt maiores. Quoniam musculus non est aliud quam locus carnosus in quo contexuntur uilli neruei, in principio cuius musculi nerui contexuntur, & initiant cordas, & ratio est, Rasis in primo ad Almansorem, inquit. Neruus enim si per grandi membro coniungeretur/uel nullo modo/uel debiliter, ipse neruus anteque ad membrum perueniat/quod per ipsum moueri debeat, diuiditur. Et subtiles & minime partes carnis & ligamenti in ipsis diuisionibus cõtexuntur, & quod ex toto prouenit musculus uocatur. ¶ Et in. ii. Cap. de rasceta inquit. Rascete quoque ossa sunt octo, & ossa pectinis sunt quattuor, & quattuordecim sunt digitorum quinque. Os autem policis primum superioribus furculis extremitati cõtinuatur in loco iuncturæ amplæ & laxæ. Quod ideo factũ est, quia magno indiguit motu, ut reliquis quattuor digitis coniungi posset. ¶ Igitur fuit necessarium ibi esset magnus musculus duabus de causis, una ut seruiat magno membro (ut dixi) quale membrũ est polex. Alia de causa, ut bene coniungeretur aliis quattuor digitis & eos substẽtaret, quoniam si non fuisset magnus, aut fuisset frustratorie factum uel disbocatum in sui officio ad quod est ordinatum a natura. Ideo aliqui phylosophi & chyromãtici appellant ipsum digitum policem, clauem digitorum. Causa est quoniam ipse seruit aliis, & circumuoluitur secundum oẽm positionem a dextris & a sinistris, superius & iferius, ut cooperaretur et iuuet ad capiẽdum in oĩ oportunitate, tam res magnas quam paruas. Ideo natura regitiua corporis fecit ipsum magnum, tam secundum os quam secundum musculum, cum magna distãtia inter ipsum indicem, ut melius possit dilatari & cõstringi. Nam si aliter esset

& aliam haberent figuram fuisset inconuenienter factum ad finem consequendum. ¶ Ait etiam Antiochus capi. 3. q; quattuor elementis respondere dicuntur quattuor digiti. Index igni Medius aeri, medicus aquæ, Auricularis autē terræ. Policem uero cui attribuet, nisi essentiæ quintæ attribuat. ¶ Non nulli uero opinionem Alchindi profitētes. Policem Saturno adhibent. Eui indicem. Impudicum, seu infamem, uel medium marti, medicum Soli, auricularem Veneri, trigonum mercurio, percussionem lunæ. Ab hoc quidē Saturno polex attributus est, quia ipse inter cæteros digitos tardissimus, ē motu, quemadmodum Saturnus in suo cursu & operationibus. Et etiam propter situm eidem Saturno ab eo attributus est, quia ipse polex in manu tā q̄ superior existit in ordine. Impudicum uero marti dedicarunt, cum & mars impudicitiæ, ac infortunii pater existat. quoniam per lineas in hoc digito infortunia iudicantur, ut per lineam præcipue capitalem, quæ uulnera capitis demonstrat. prædictæ autem opinioni contradicitur. Nam si quis stellarū posituras uniuscuiusq; genesis anotauerit, tales manus tuberculos insigniores lineas obtinere conspiciet, quales planetas in horoscopo, aut cœli medio, aut alibi fortiores obtinuerint. Cui obseruationi permaxime antiqua experientia, ac moderna consonare in dies uisa est. ¶ In hoc loco uidetur mihi respondendum falsæ opinioni quorundam, qui dixerunt lineas in manibus reperiri per constrictionē eius in pugnū, quod quantū ueritati inimicum sit, patet, Nam in omnibus si sic lineæ orirentur simi les essent. Sed cum in oībus maxima sit dissimilitudo, ideo lineæ tales propter constrictionem manus causari non possunt, sed diuersimode a natura generantur. ¶ Et ad confirmationē huius rei uidemus etiam in pedibus quasdam apparentes lineas, qui pede minime constringi possunt, nec in eis illā quam No. 2.

dicunt neruorum crispationem fieri potest.

℄ Tricassus Mantuanus.



Ciendum est ꝙ quæsitum istud uerum est, & hoc idem Cocles confirmat in responsione. Attamen nihil ad propositum ualet, sed solum folium implet, pro ut est consuetudo ipsius Coclitis, & hoc contrariatur omnibus suis rationibus, quas in primo quæsito adduxit. ℄ Similiter opiniones Antiochi et Alchindi quas adducit non sunt ad propositum huius quæsiti, licet in chyromantia aliquid conferre uideantur. ℄ Secundo sciēdum est ꝙ opinio Alchindi falsa est, & reprobatur ea ratione, qua et opinio Antiochi in primo quæsito, & maxime in mea dilucidatione. ℄ Quantum autem ad id quod dicit s. martem impudicitiæ patrem esse, & infortunii, hoc etiam falsum est. Vnde sciendum est ꝙ impudicitia deriuatur ab impudico, quod idē significat ꝙ uitiosus, inhonestus, siue luxuriosus. Quas tamē operationes nullo modo marti attribuendæ sunt, immo omnes opirationes suæ in militaribus ac bellicis consistunt, ostendunt q; audaciam, præsumptionem, & fortitudinem, & hominem proprii capitis, prout magis & minus fortunatus habetur. Posset autem quispiam adducere, ex hoc s. martem impudicū eum appellasse, eo ꝙ uirginem illā uiolasset (ut dicitur) quæ tamen ratio pro nullo haberetur, quia ad hoc operationes marti dicatas non appropriantur. Veneri autem magis, nisi forte simul iuncti. Attamen aliud est iudicare ẜm chyromātiam et Astrologiam. ℄ Quantum etiam ad quod dicit martem in fortunii patrem esse, similiter et hoc falsum est. Nō enim mars infortunium uotat. nisi cū infortunatus habetur, illas autem dicimus proprias operationes alicuius planetæ (ut ad quæsi-

tum secundum

tum secundum dictum fuit) ad quas dum fortunatus habe-
tur inducit. Vnde Mars inconuenienter dicitur infortunii pa-
ter. ¶Dubitari autem a plerisq; solet qua de causa medius di
gitus infamis siue impudicus appelletur, cum sit ꝙ nullo pa-
cto Saturnus tali denominatione perscribi possit, ita ꝙ hac
ratione uideatur (iuxta opinionem Alchindi) Mars in hoc lo-
co collocari debere, & non Saturnus. ¶Vnde sciendum est ꝙ
hoc nomen infamis, siue impudicus medio digito attribuitur,
non propter aliquam proprietatem siue operationem, aut signi
ficationem in hac scientiæ habitam, magis autem propter ope
rationem siue exercitium alterius negocii. Non est autem præ
sentis speculationis, huiusmodi pertractare, ne mea disciplina
hæc ignorantes adiscant. Ego autem quosdam semetipsos in
hoc redarguentes cognoui, sicq; illa didici. Siquis autem Oui-
dium in Ibin perlegerit, & hæc & alia absq; declaratione in-
telliget. ¶Hoc etiam in loco unusquisq; percipere ualet, & Co
clitem & Antiochum & Alchindum, & alium quẽq; Chyro
manticum de necessitate concedere collocationem planetarum,
ſm linearum significationem quæ in locis eisdem reperiuntur
& non alia de causa. Vnde ipse Cocles narrans opinionem Al-
chindi, sic inquit. Impudicum Marti dicarunt, & infra quan
do per lineas in hoc digito infortunia indicantur, hæc illæ, q̃-
uis (ut dixi) hæc positio falsa sit. ¶Quoniam autem dicit,
maxime hoc in loco lineam capitalem notari. Sciendum est ꝙ
hæc linea capitalis dupliciter accipi potest. Primo per lineam
capitalem accipiendo illam quæ proprie dicitur linea capitis
s. Media naturalis, & hoc modo q̃uis per ipsam offensionem
capitis etiam percipere ualeamus (ut in tertio libro sequenti.
Capitulo quadragesimo habetur,) attamen hic non accipit
lineam capitalem hoc modo dictam. Secundo autem modo po-

test accipi linea capitalis, quædam alia linea quæ ascendit in/
ter indicem & Medium ab angulo supremo, uel circa, & ali/
quando est ramus uel quasi ramus ipsius mensalis, & signi/
ficat uulnera in capite (ut habetur libro.3.capitulo quadrage
simo. & decimo Quæsito. Not. tertio. & Not. secundo) & sic
accipit lineam capitalem hoc modo dictam, quæ tamen non
est proprie in digito medio, nec eius in monte, immo aliquando
(& sepius) inuenitur uersus montem indicis. ¶ Quarto au/
tem aduertendum est circa id quod dicit de obseruantia astro
No.2. nomica, siue conformitate astrologorum, quod, scilicet, quotiēs
cunq; alicui quispiam planetarum fauorabilis inuenitur, fauo
rabiliores quoq; lineas suis in locis ostendunt. Vnde sciendum
est ꝙ hac de causa in principio huius dilucidationis dixi, ꝙ
eo in loco proprie quilibet planeta locari dicitur ubi sunt lineæ
significantes operationes ſm suæ naturæ influxum attributas
quis ſm se & propriam suam operationem malæ sint, ut Ve/
nus in Lasciuia, & Mercurius in latrociniis, & animi mali/
gnitate, qui tamen & adhuc alias operationes habent, quæ de
se non sunt malæ, ut Mercurius in scientia / ac speculatione &
astucia. Venus autem in iocis / ac canticis & affabilitate, quā
do autem aliquid contrarium futurum est, sunt quoq; signa
huiusmodi mala, planetas & alios similiter infortunatos esse
significatiua, utpote quando tales lineæ sunt intersecatæ, aut
discontinuæ. & similia, & econtrario, quando tales lineæ
sunt in aliqua multiplicitate, eo magis sunt perfectiores, et ex
hoc ueritas maxima patet. s. Martem patrem non esse infortu
nii, ut diximus superius, ¶ Et quando dicit, igitur falsum est
lineas in manu causari ex constrictione, & non a natura & in
fluxu cœlorum, & confirmando adducit ꝙ pedes huiusmodi
plicaturas non habent, sunt tamen lineati, fortassis & melius

frontis exemplum ac lineas adduxisset.

¶ Quæsitum octauum Augustini Discipuli.


Liqui chyromantici dicunt & persuadent ut in manu sinistra inspiciatur, ibiq; aiunt geniti horoscopum inueniri suis argumẽtationibus. Hoc quod aiunt, si formam inuenies, ut est maleus, ille talis erit faber ingeniosus.

¶ Octaua responsio Magistri.


Riuola & inanis ratio est, ut horoscopus natorũ considerare seu cognoscere uelis. in qua re astronomi multum laborant supputando numeros, ut gradum diuersitates inueniant. Omne enim signum in se cõtinet triginta gradus, preterea omne signum in tres diuiditur facies, & quælibet facies decem habet gradus. Quælibet etiam facies suum habet dominatorem, ut apparet apud Alchindum libro de signorum faciebus, & Ptholomeus & Haly, & alii, utputa, mihi decimus tertius scorpionis gradus ascẽdit, eius dominator est Sol in forma corporali, et mihi producit uarios effectus a dominio primæ faciei, ita in omnibus, sicut in corporalibus habitudinibus, impossibile est Chyromanticum possẽ diuisibiliter comprehendere, ergo falsissimum & erroneum est, & hoc dico de qualitatibus signorum per physonomiam, ut putant aliqui. ¶ Cum dicis, eos qui maleum habeat &c. dico ꝙ fabri dicuntur etiam hii qui ferramentum equorum, Asinorum, Mulorum, & etiam bouum ꝑ eorum pedibus conficiunt, & etiam carpentarii maleo utuntur etiam librarii, & qui calceos suunt, & multi alii mechanici homines eodem maleo utuntur, peto te qua uia omnia supra notata discernes, quod cum impossibile sit, ideo falsissimum est.

¶ Tricassus Mantuanus.


Ac ratione ac regula uniuersali fallaciæ ac dely-
ramenta quorundam agnoscuntur qui se chyro-
manticos fantur & oĩa iudicia sua & effectuum
cognitionem per chyromantiam habitam, dicunt
prouenire ex aspectibus planetarum, aut exaltationem eorum,
quando sunt fautores & fortunatos aut infortunatos. Ex li-
neis autem nihil in iudiciis suis exponunt. Nominãt autem hu
iusmodi planetas & signa (ẜm sapientum senttentiam) ut a
uulgo ignaro ac rudi attollantur. Hi namq; (qui chyroman-
tiam non profitentur, nec chyromantiæ principia habent) pro
nosticationes eorum considerantes, audientesq; tales effectus
ab eisdem planetis deriuari, stupent & mirantur, eorumq; di
cta Euangelium credunt, In hac societate ac secta est quidam,
fama quidem magnus, nuncupatus. M. Alexãder, & alter qui
dam dictus. P. Franciscus. V. qui dicit se scientiam hanc ha-
buisse quodam Reueren. Domino, qui multis iam annis elapsis
Romæ ex hac luce migrauit, quorum scientia ac doctrina om-
nes sunt fabulæ. ¶ Enimuero si quispia; bonus Astrologus aut
aliqualiter expers Astrologiæ ac Astronomiæ, chyromantiam
quoq; profiteretur, posset ex planetarum cognitione, siue eo-
rum natura, etiam in Chyromantia quoq; multa per lineas co
gnoscere, non ex aliqua regula habita in chyromantia, sed so-
lum proprio ingenio ac speculatione, & in hoc aliqualiter ex-
pertus, simplici iudicio multa cognoui, sed maxima cum, dif-
ficultate & physonomia concurrente. Attamen cum his omni-
bus impossibile est, ita in particulari, Mensem diemq; præui-
dere, sicuti isti boni uiri non erubescunt uelle determinate iudi-
care. Vnde & multa mendacia ab ipsis audiui, mutato tamen
noĩe ab eis agnoscerer. ¶ Sunt etiam alii qui cum suis Sortile

giis, Magicisq; aut auguriis multa futura prædicunt, & ne eorum malignitas detegatur, autumnãt se chyromãticos esse, manumq́; apertam suscipiunt, lineasq; se fingunt aspicere, sicq; sua Sortilegia aut auguria proferunt. ℂ Multa tamen essent declaranda circa id quod dicit de illis Lineis in modum malci, quoniam Fabri siue Fabri, non solum intelliguntur illi tantum qui opera ferrea faciunt (ut ipse Cocles exponit) sed etiam quicunq; artifex qui malco utitur, aut aliquo simile. At tamen quoniam opinio illa falsa est, ad reliqua transeamus.

ℂ Quæsitum nonum Augustini Discipuli.



Ntiochus posuit lineam quam ipse appellat cingulum Veneris. & uiam combustam, et uiam lacteam scire cupio, quomodo de ipsis sentias. Vnde inquit, Via lactea ea uocatur quæ est ppe discriminalem, uel ab ipsa discriminali exoriens per confinia tuberculi ad ueniẽtem, idest, a minimo digito usq; ad tuberculum proficiscitur, quam ideo lacteam appellamus, quoniam homines lacteæ & delicatæ naturæ esse demonstrat. Ea si capitali connectitur, bonam cerebri complexionem, & mentis agilitatem significat. Si eam intra uel infra triangulum dimiserit, mentis stupiditatem sine deliberatione. & hæc Antiochus.

ℂ Tricassus Mantuanus.



Ropter intricationem textus huius Quæsiti necesse est expõnem ipsius aggredi antq̃ ad declarationem responsionis progrediamur. ℂ Vnde primo sciendum est ꝙ Antiochus digitum auricularem Veneri tribuit. ℂ Secundo sciendum ꝙ quando in expositione uiæ lacteæ, glosat sententiam propriam, dicens, idest, a minimo digi

to usq; ad tuberculum proficiscitur. Ista expositio mala est et falsa, sicq; debet exponi. i. ad tuberculum digiti minimi proficiscitur aliter namq; ois processus in ruinam abiret. ¶ Quantum autem ad situationem quam ipsæ lineæ lacteæ attribuit. sciendum est ꝙ talis situs, siue locatio falsa est. Immo ascendit a Rascetta uersus partem inferiorem, & transit per mōtē manus, & maxima differentia est inter utranq;, & multi in hoc decipiuntur, sicuti etiam dixi in quadragesima septima figura tertiæ partis meæ Chyromantiæ. ¶ In hoc autem ꝙ dicit Viam lacteam, siue lineam illam ideo lacteam appellari eo ꝙ significet illos homines esse naturæ delicatæ. Hoc quoq;, falsum est, immo significat homines lasciuos / ac uoluptuosos, oisq; laboris / ac exercitii inimicissimos. ¶ Tertio quoq; sciēdum est ꝙ quando inuenitur illa linea quam describit Antiochus ſm suam positionem. s. ꝙ talis linea ascendat a rascetta uersus Auricularem, talis linea ea ipsa significata retinet quæ sibi per eundem Antiochum attribuuntur, sicuti & in dilucidatione sequentis responsionis declarabo.

¶ Responsio eiusdem Magistri.



Mirandum est ꝙ iste homo præsumat collocare naturas ostensiuas Planetarum retrogrado modo. Iam in præhabitis probatum est sua fundamenta esse uaniloqua & deformia, & nullius substantiæ. nam accipit Lineam Cerebri pro Linea Epathica. Non est dubium ꝙ ipsa epatica in paucis reperitur. Sed Linea quam nos appellamus mediam naturalem, omnes semper habere testor, nisi sit maximum præsagium. Ab Epate oriuntur spiritus naturales, a Corde, Vitales, a Cerebro, animales. Detur ꝙ sit magna quæstio inter Phylosophos & Medicos, ut præallegatum fuit. Libro secundo Physonomiæ. quæsito quin

quagesimo tertio, tamen ingenium & speculatio non causa-tur, nisi sit proportio inter Cor & Cerebrum cum debito organo, ut supra tactum fuit, & etiam debita distantia inter Cerebrum, & Cor, & ipsi spiritus Vitales conuertuntur in animales spiritus, Et Cor est fons & origo spirituum. Ita etiā in Manibus hominum natura ligauit, & situauit Lineam mediam naturalem, seu Cerebri in principio Lineæ cardiacæ, seu Cordis. Et ita intus post primam pelliculam in uola manus, quando pellicula excoriatur in apostematibus uolæ, uidi Lineas principales latentes in profundo ad terminationem suarum uenarum. Et si corpus est bene organizatum, idem in suo loco reperitur Linea iecturalis. Concludendum est igitur ꝙ ex parte rationis superius dictæ, aut Anothomica experientia, & uetusta antiquitate, & ab effectu, debemus imitari principia uera, ut dicetur infra in secundo Libro, Linea Epatis (quam ipse appellat cerebri,) non ita est necessaria, quia non accidit proportio ita immediata inter Iecur & Cerebrum, quia Cor est medium inter ipsos, & est primum in nascendo, & ultimum in deficiendo. Ideo indicamus a conditione cardiacæ & cerebri uitia, & uirtutes uniuersaliter in indiuiduorum natura, & ꝰm rationem suam in paucis uersaretur ēt suum iudicium, (ut in secundo & tertio Libro intuemur,) ideo sententia sua a me reprobatur qua attribuitur natura dictæ Lineæ per falsam appositionem Veneri. ¶ Alii dicunt, ꝙ talis Linea, (scilicet, quam ipse appellat lacteam,) significat uulnera, aut periclitationes in negociis de natura Martis, præcipue, quando porrexerit se ad minimi montem. Vnde Conciliator & Albertus Magnus dicunt, Quando Linea oriatur a prædicta Linea Vitæ, & extendat se usq; ad Digitum, aut Opio Mod.

riculdrem, uel prope, & ſit quaſi flexa uulnerabitur, uel periclitabit, & ita ego teneo, Quādo dicitur de uia Solis, bene dicit, & hoc in libro ſecundo. capitulo uigeſimo quarto ſecundæ partis declarabitur. Et ita de cingulo Veneris & uia combuſta. De quibus in ſuis locis dicendum eſt.

¶ Tricaſſus Manuanus.



Atio Coclitis quam aduerſus Antiochum in hoc quæſito ſuſtinet, hæc eſt, ſcilicet, ꝙ ipſe Antiochus accipit lineam capitis pro linea epatica. ¶ Et ego dico, accipiat Antiochus lineam illam ſub qualicunq; ſibi denominatione habita. Vnum eſt, ꝙ hoc quod dico linea capitalis unuſquiſq; accipit ipſam lineam eſſe, quam nos mediam naturalem ſiue capitalem appellamus, & ſicuti ego dixi in declaratione textus huius Quæſiti, quando inuenitur aliqua linea iuxta deſcriptionem ipſius Antiochi, ac cipiēdo proprie lineam capitalem ẜm ueram ſignificationem, ſcilicet pro ipſa linea media naturali, retinet illoſmet effectus quos Antiochus ſibi attribuit, ut etiam infra habebitis, et ipſe Cocles primo capitulo huius ultimi libri adducit, ſigno duodecimo. ¶ Quantum autem ad id quod dicit ẜm opinionem modernam ex auctoritate Alberti, ac Conciliatoris, ſciendum ꝙ Cocles in hoc, & prædictam auctoritatem Antiochiq; intentionem ſe ignoraſſe oſtendit, ſimiliter & modernorum opinionem. Nam ipſe Cocles ſub nomine tantum iſtius lineæ lacteæ tres perſtringit, quæ tamen in forma, ac ſitu perſcriptioneq; multum differunt, ſimiliter & in effectibus. ¶ Harum autem
No.I. prima eſt illa quæ ꝓprie dicitur lactea, quæq; nullo pacto unq̃ unitur ipſi lineæ uitali, ſed ſolum cum ſaturnina quādoq; inuenitur, & tunc ſuæ malignitatis diminutionem oſtēdit. ¶ Se-

cunda est illa, quā Antiochus describit (accipiēdo lineā naturalē s̄m suā uerā significationē (ut dixi) & hoc quādoq; unitur cū saturnina aut cū uitali. Et quādo unitur cū uitali semper unitur circa Angulum dextrū, i. ubi locari debet. ℭ. 3. est illa quā describit Albertus & Conciliator, & hæc semper aut unitur Vitali, aut apparet ab ipsa oriri in concauo. Et hoc est quod ipse affert ex opinione quorundam. ℭ Quoniam autem obicere quispiam posset. non rectæ me uoluisse Anthiocum sustinere. cū ipse Auctor dicat ad mentem ipsius Antihioci illam quam nos appellamus Lineam Epathicam. Lineam Capitis seu Cerebri esse Idcirco dico me nunq̄ Anthiocum in propria sua Chyromantia perlustrasse Attamen accipiendo dictum ipsius prout ab ipso Coclite naratur. necesse est etiam eius dictum iuxta expositionem meam interpretari. Dicit namq; sic (Ea si capitali cōnectitur boną cerebri complexionem & mentis aggilitatem significat si eam (s. capitalem) intra uel infra triangulum dimiserit, mentis stupiditatem, & sine deliberatione ostendit. Not. 2
Si igitur ista est Positio Anthioci. Quomodo potest talis connexio fieri: nisi aut per mutuam intersecationem ipsarum linearum, aut per mutuam discontinuitatem? Accipiendo, scilicet lineam capitalem pro Epathica. ut ipse dicit ad mentem Authioci. Omnes autem Chiromantiæ Auctores in hoc conueniunt, ꝙ quandocunq; aliqua linea alicuius membri principalis scilicet Cordis, aut Capitis, Aut Cerebri fracta est aut discontinua, significat imperfectionem. & malam complexionem talis membri cuius est linea. Cum autem (ut ipse narat) Anthiocus dicat ꝙ quando talis linea connectitur ipsi Capitali significat bona Cerebri, complexionem. Igitur falsum est ꝙ talis linea connectatur cum illa quam nos appellamus lineam Epatis, ut Cocles exponit. ℭ Amplius autem: quomodo potest

talis linea Capitalem intra uel infra Triangulum dimittere si usq; ad Auricularis Tuberculum dicitur ascēdere? igitur ipse Cocles falso exponit, intentionem ipsius Anthioci. ℂ Notandu; quoq; est, ꝙ ista in linea, & ipse Anthiocus deceptus est. Vnde sciendum ꝙ ultra illam triplicem diuisionem huius lineæ siue triplice; modum, quo aliquādo inuenitur aut summi potest (ut dixi in primo. Not.) est adhuc ipsa linea Epathica quæ proprie circa eadem confinia situatur Itaꝙ in numero sunt lineæ quæ uersus eundem locum ab Auctoribus concluduntur inueniri, sed sub nomine duarum illas comprehendunt. s. Via lactea siue Linea lactea, & Linea Epathica. quæ tamen (ut dixi) sunt maxime differentes Harum autem linearum duæ sunt quæ in eodem loco possunt reperiri. s. illa linea quam secundo loco adduxi, & linea. Epathica. Raro autem aut nunquam, simul inueniūtur, & una gerit uitem alxius. s. illa quam Anthiochus lacteā appellant, prout Cocles narat. Epathica autem raro suplet uices alterius, quia lineam Capitalem. siue naturalē non transit. omnis autem sententententia est, ꝙ quando talis linea (quā nos lineam Epathicam appellamus) non unitur Capitali in angulo Sinistro significat stultitiam, & fatuitatem naturalem, similiter quando non unitur in Angulo Dextro. Itaꝙ per hanc maxime cognoscimus fatuitatem & dementiam hominum, & quotiens non formaт angulum Sinistrum, & Angulus supremus est separatus fatuum iudicamus. Et fortasis hac ratione motus est Anthiocus lineam hanc appellare lineam Cerebri, ignorans hoc nomen, Cerebrum, uocabulum esse commune, nec proprium esse alicui organo, huiusq; membri debilitatem offuscationemq;. ex Epatis in dispositione ac mala cōplexione, ac in digestione prouenire, propter fumositatum frigiditatem ac uiscositatem, meatus spirituales obturantium. Vnde & conue

nientius dicitur linea Epatis q̃ Linea Cerebri. licet etiam alia de causa fatuitas puenire possit, scilicet ꝙ quis dicatur (aut sit) fatuus ut etiam in hoc tertio libro sequenti clarius ac diffusius habebitur, scilicet cap, 154. Et ꝙ hæc sit ad mẽt ẽ ipsius Anthioci, patet ex hoc, ꝙ dicit, ꝙ quando talis linea unitur capitali, scilicet Medie naturali (scilicet itaꝙ causetur angulus sinister cum ipsa naturali) significat bonam Cerebri complexionem, Si autem eam intra uel infra Triangulum dimisserit (scilicet ꝙ angulus sinister non sit coniunctus sed separatus) significat mentis stupiditatem. Et ideo interpretandus est Anthiocus ſm expositionem meam. Et non ſm ꝙ istæ præuaricator totius ueritatis exposuit. ¶ Non est autem mirum si Cocles. in hoc, sensum auctoris non percepit. quia propiam uocem (& aliorum etiam Doctorum sententiam) sepius ignorauit. ut clare patere potest.

¶ Quæsitum decimum Augustini Discipuli.

DE linea mensali multi confuse loquuntur, unde te peto ut declares mihi quantum hæc linea potest ſm te.

¶ Responsio decima Magistri.

LInea mensalis moralem aliqui appellant, quia per ipsam mores indicantur. Aliqui uesicalem dicunt seu renalem quia ostendit egritudines circa renes & uesicam. Alii generatiuum. eo ꝙ generandi potentia per ipsam exprimantur. Aliqui recẽtiores chyromãtiæ ipsam epidimialẽ seu pestiferã uocãt, quia natũ tali morbo seu apostemate moriturũ ostẽdit, qd' etiã manifestat, ut sunt bubones pestiferi. antraces, et istis similia. ¶ Aliqui chyromãtici inter quos est Anthiocus noster ipsam totalem appellant. Alii uero martialem, quia quando est crassa & rubea scindens indicis

tuberculum, facit natum crudelem, proditorem, interfectorem inuidum, fraudulẽtum, & auidũ, & circa excelsa occupatum imperia, & scieciẽtẽ qua de causa erit insidiator & interfector duplici se induens ueste Ideo a copulatione eorum est cauendu;. Et ratio est (ut ait doctor gallicus) quoniam talis elongatio prouenit ex calore nõ naturali dominãte super humidũ, cui humiditas nõ potest resistere, & tunc causatur magna dispropor tio, & magna desiccatio cerebri. Et significat hominem superbum. uolentẽ in hominibus dominationem, & uitæ hominum insidiantem, & uocãt martialẽ lineam quia sub martis imperio collocetur, qui dicitur deus belli, & iracũdie, & prælii. ¶ Sed alii dixerũt ꝙ si linea talis uadat se elõgãdo inter indicem & medium intrans & recte diuidẽs significat idẽ propter dictã
Not. I causam allegatam. ¶ Respondit gallicus doctor & dicit ꝙ quãdo linea mensalis intrat inter tales digitos significat percussionem in capite de qua morietur. Et allegat rationem quoniam cacumina digitorum demonstrant caput hominis tanq̃ partem magis altam corporis, & hoc intelligitur de his qui, sunt in ascensu manus datis ad dignitatem & honorem, ut puta de Indice. Nam cũ & percussio manus sit indescensu ibi quæruntur inimici qui quærũtur in linea mẽsali. Signũ est. n. ꝙ inimici nostri sunt in descẽsu, ſm mentẽ nostrã. nec uelimus eos nobis præponere secundum cursum naturæ. ¶ Inde est ꝙ talis inimicus dominatur cum sit in descensu & ignoratur. & fit fortis, quia linea illa in qua quæritur inimicitia ascẽdendo a descẽsu uidetur exaltare inimicum super caput habẽtis tale signum & super honorẽ. Et quoniã ut supradiximus. Quando aliqua linea montẽ sic diuidit super abundantia cholere significat, & humoris non naturalis cui humiditas non potest resistere &c. Per montẽ diuisum intelligimus recisum caput qđ per mõtem

indicis significatur, & dicit magister Franciscus q̄ uiderat hominem cui dixit, q̄d nullo pacto bellū cum inimicis faceret quia tale signum habebat, & noluit credere ex quo uictus est ab inimico & mortuus. Inquit etiam gallicus auctor. Ego ui-di plures habentes huiusmodi signum de quibus indicaui, qui mortui fuerunt in factionibus priuatis. ¶ Inquit Cocles. Ego credo q̄ sit ita q̄ significat hominem crudelem per superabū dantiam cholere & inordinationem cōplexionis, sed talis ho-mo mala morte peribit. ¶ Nota quū linea mēsalis fuerit recta & lata cum decenti forma, ita q̄ non transeat saturninum lo-cum, & sit cum colore non intenso signum est bone uirtutis & etiam bonæ dispositionis & uitam diuturnā significat, & hoc si lineæ correspondent. Et huius rei ratio est, quia talis linea su-mitur a toto corpore & significat bonum calorem naturalem existentem in toto corpore, & demonstrat hominem fortem et bene dispositum, ut in capitulo contra Pliniū dictū fuit ¶ Mi-ror autem q̄ multi celeberimi doctores paru; examinauerūt chyromantica arte locum tuberculorum absolute & simplici-ter, qui non donotat caput nec per descensum inimicos. Nam ef-fectus tales nō semper procedunt ratione loci. sed mensure, & ex testimonio & īfluxu seu signo aliarum linearum ut in quæ sito. 19, dicetur Cōcedēdū est q̄ caliditas est causa extensionis & cholericā complexionem arguit. & quando porrexerit in-ter ambos digitos denotat lesionem capitalem. Negandum est q̄ inimici ledant. quia est cōditio secūdum quid & ideo nō ua let nisi annexe lineæ nō porrexerint auxiliū, Quia dū essem in tē plo diui Iacobi de Bononia ad sacrificium, puer quidam pulsa-uit paruam nolam, ipsa cecidit super caput unius uiri, & uul nerauit ipsum letali uulnere. Ego uero eum curaui. Aliis ambu lando in uia publica, lapides & ligna ceciderunt super eorum


Not. 2

Not. 3

capita. Et hoc accidit quodam tempore super caput meum. ¶ Iudicaui quendam. Thadeum ꝙ caueret sibi a magna percussione capitis. & in paruo temporis interuallo accidit ex equo magni præcii, & totum caput suum contussum est Impossibile autem est habere fixam normam de conditione offensionis, quoniam de particularibus percussionibus a causa efficienti impossibile est per aliquam scientia; illas determinare nec legittimorum chyromanticorum & phisionomorum prolatio debet esse proclinis. ¶ Aliquis posset arguere illum esse locum lesionis capitis, ꝙ propter hoc caput significat. Negatur circa particularia iudicia, quia non nulli auctores dicũt Si talis linea est extensa inter Indicem & medium fueritq; pallore suffusa fluxu uentris moriturum hominem protendit, si est subtilis in pectore & præcipuæ quando est rubra, ut patet a Conciliatore, & Alberto. Dicunt recentiores ꝙ talis linea in muliere sic collocata grauedinem partus ostendit (ut expertus sum perse pe) si subtilis & rubra apostemate uberale ledetur ut uidi & curaui ut chyrurgicus, Simile iudicium proferendum est quando linea Saturnina extenditur una cum mensali linea inter ambos digitos equitando ipsam mensalem ut aiunt recentiores sicut experientia certificat, licet raro reperiatur. Quidam moderni dixerunt. si linea Mensalis est sic extensa bubones pestiferos aliquando indicat, ergo semper non ostendit caput ut in processu patebit. ¶ Dixit Gallicus auctor, Si alia linea & non Mensalis uenerit per modum rami, ita ꝙ quasi ramus prædicte, inter Indicem & medium collocatur, hominem ex percussione moriturum ostendit. Sed si Linea mensalis est bene continuata & inter se recta significat ꝙ talis homo percutietur & non morietur, & rationem allegat, quoniam licet ille ramus significat malam complexionem caloris non naturalis.

non tamen est tantus ut interficiat quoniam humiditas & calor naturalis complexionatus equaliter temperat malitiam suam. ¶ Scias mi discipulæ quod istæ doctor est uir magni præcii in Philosophia, sed parum speculauit in ista arte. Dato quod talis linea ita ostendat naturalem complexionem, talis complexio non euitat lesionem capitalem quia procedit uel causatur ab alienis manibus, aut causatur ab infortunio, ut supra diximus. ¶ Quacunque linea reperta inter Indicem & Medium lesionem capitalem autumat intensiue & remissiue secundum conditionem linearum. No. 4 ¶ Inquit gallicus auctor. Sed si linea mensalis ipsi digito Medio se deuiat, ascẽdens ad lineam capitis, tunc significat hominem adulatorem, mendacem, qui publicæ dicit bona uerba sed retro facit oppositum. nam pungit, & murmurat Ratio est quoniam significat defectum caloris naturalis in proportionando lineas debito modo, & significat caliditatem extraneam destruentem humidum, & quando talis linea adiungitur lineæ. Capitis, significat desiccationem magnam cerebri, & hominem fraudulentum demonstrat, quoniã omnes cholerici sunt eius naturæ, & cum humidum non resistit talis est quasi furiosus in dictis, & ueniunt sibi multæ imaginationes deceptoriæ, & est homo qui quærit honores & cupit oẽs decipere propter nimiam inordinationem complexionis. Et magister dixit quod sunt proditores Nam tales homines non sunt recipiendi in societate, & de his ego tot uidi quod mirum est dicere cum quibus in diuersis regionibus me conferendo eorum penetralia perspexi. Cogita mi discipulæ si talæ uitium est in regionæ aut patria ab influxu cœlesti sic uitiata, tunc dicas uitium essa imensum secundum loci & situs proportionem ¶ Ait gallicus auctor Si linea mensalis ueniẽs ad percussionẽ manus se in duas partes diuiserit uel in plures faciẽs apertura

a parte post & ex parte lineæ facientis angulum sicut hic est



signum quod qui habet talem lineam habet inimicos, & si non facit nisi unã lineam ex una parte & aliã ex altera significat multos inimicos. Et ratio quare ista linea est indicatio de inimicis multiplex est secundum diversos doctores.

Not. 2 Quidã dicũt quod causa est, quoniã ut diximus linea mensalis est data toti corpori & indicat de his quæ toti corpori tribuũtur & quia inimicitia toti corpori datur, ideo ista est causa. Alii dicunt quod propium lineæ mẽsalis est splen. & quoniam splen est receptaculũ totius melancholiæ quæ principium est totius discensionis ideo inimici iudicantur in ipsa linea quæ a splenæ sumitur. & licet utraq; ratio sit euidens, secunda tamẽ ab ipsis auctoribus magis quam prima approbatur. Dicunt.n. quod sicut sanguis, & ipse calor naturalis, est principium bonæ cõplexionis hominis ita est etiam causa totius amicitie. ¶ Sed mihi uidetur esse dicendum inquit. D. Galicus. quod in homine sunt duæ nature sicut in quolibet animali, quas naturas potentias uoco. s. irascibilitatem et cõcupiscibilitatẽ. Cõcupiscibilis potentia naturalis, est inclinatio ad utile quid prosequẽdum & naturale, & per cõsequẽs ut sic ista potentia est quasi intrinseca nature cuiuslibet animalis, ad hoc ut in esse perfecto conseruetur & istud uocatur necessarium sine quo aliquis uiuere non põt. Alia uero potentia uocatur irascibilitas, & est naturalis inclinatio ad inutile & inconueniens fugiendũ. Et ista potentia non est tã necessario intrinseca quonia; prouenit ex obiecto extrinseco representat, & quia i manu est ascensus & descẽsus, & in ascẽsu uidetur quæri quæ sunt cõcupiscibilia quæ in intrinseco naturæ sunt. & in descensu queruntur & irrascibilia sine quibus homo potest uiuere, ideo in percussione significantur ista prædicta. cum.n. percussio manus dicatur illa pars quæ apta est ad

percutiendum

percutiendũ & est descensus manus, & ista linea sumitur a saturno quia frigidus est & siccus desteperatus a quo procedit humor melancholicus, qui per talem lineam significatur, iõ ex tali effectu iudicamus. ¶ Inquit Cocles. Mirandum est. ꝙ istę auctor posuerit præsumptuose collocationẽ Saturni ĩ linea mensali seu in percussiõe. Nã nulli illustres auctores cõcedunt propriæ Mercurium esse in fine mensalis, & lunã ab ipso amplecti in percussionæ manus. Tamẽ cõcedendu; est humorẽ melancholicum a Saturno gubernari .nõ tamẽ ob hoc quia melancholiæ dominatur est collocandus in descẽsu manus. quia ordo inferiorũ superiorum sequitur ordinationẽ. Et ratio est, nam quẽadmodum se habet ordo sphærarum in cælo ꝭm cõtiguitem, ita se habet eorum in manu collocatio. Sed lunæ locus Mercurii sphærã cõtingit. ergo eorum loca in manibus debent se ad inuicem cõtingere ¶ Et ut inquit gallicus auctor. Si linea hæc inimicos demonstrans sit delicata in percussione, & discõtinua & in ascensu grossa, & recta significat inimicorũ uictoriã, et ratio est quoniã significat fortem ascensum, & fortem complexionẽ potẽtem cõsumere humidum, & cũ delicata superius est significat inimicum debilẽ & nõ uictoriosum nec fortem propter discõtinuitatem lineæ Sed si per oppositum fuerit. indicabis oppositũ. Sed si linea mensalis uadat inter indicem & medium stante prædicto signo ut dixi (significat ꝙ habens talæ signum debet uinci a suo inimico, & morietur ex percußionæ, sed si linea fuerit proportionata ex utraq; parte & equalis in großitiæ tunc benæ resistunt & pugnant inter se, sed postea faciunt pacem. ¶ Sed cum hoc nota qui non posuerit istum modũ dicendi, & uoluerit tenere primum modum iudicandi potest facere. sed istæ mihi uidetur magis conueniens. ¶ Item nota ꝙ linea mensalis generat duas lineas unã circa auricularẽ aliã ue-

Not.5

Not.6

ro circa percussionem, quæ inimicorũ significationem ostẽdunt sed linea circa auricularem signicat inimicum fortem. si linea fuerit grossa de primo timendum est magis q̃ de alio, si tamẽ unam lineam habet unum inimicum Et ita tenet Hieronymus de manfredis in suis problematibus quæ intitulauit ad. D. nostrum Ioãnem bentiuolũ, Cognoui ipsum in uita attamẽ non sciuit iudicare in actu pratico. quia oppositũ inuenisset si habuisse praticam. In præhabitis in pluribusq; locis in phisionomia & chyromantia dictum est, q' nõ iudicandum ex unico signo sed plures ad inuicem proportionando, & a prædominãtibus iudicãdum est. Quãdo ego iudico de amicis & inimicis primũ locum teneo in quadrangulo manus ad inspiciẽdũ amicorũ & inimicorũ cateruam. ℂ Dicũt byllares auctores, & præcipue Hermes Albertus, Cõciliator, nec non Morbeth cardinalis, & Ptholomeus philosophus. Si in mõte medii reperiũtur lineæ per se extẽse, labores, angustias & afflictiones significãt, & carceres & affletiones & oppræssiones, ut ꝓbaui, & præcipue quãdo extẽduntur a radice digiti, & si tales oriãtur a cõcauo manus, & extendãtur ultra per iũcturã; in uinculis illũ poni ostẽdũt, & quãdocunq; ibi moriturũ. si fuerint ultra multũ extense. ℂ Si in pulpa manus sint lineæ arcuales & angulares flectẽtes ad rascettam inimicos cõsanguineos aut affines indicat, & ecõuerso quãdo aliq; lineæ tẽdũt ad digitos ut dicũt aliqui & bene exptus sum. Et breuiter si residuũ lineæ corresp õdẽt cũ cõcordãtia tuberculorũ. ℂ Et si linea mẽsalis, est nuda. i. sine rami s infortuniũ attestatur, & grauiter uulnerabitur, si contrariũ cõtrariũ dicitur, aliter uacillabis sicut faciunt retrogradi persuasiniq;. ℂ Si linea mẽsalis sit discõtinua significat impotẽtiã coitus, & ratio huius est quoniã significat impotẽtiã caloris naturalis & superabũdãtiã frigiditatis improportio

nabilis, & quia calor naturalis est principiũ mouẽs & cã generatiõis. dicitur ꝙ cessante tali cã cessat generatio & potentia cocũdi, et tales hoies ut diximus naturaliter sunt timidi et mẽdaces, ut dicit gallicus auctor. ¶ Iam bis notaui in quibusdã Effeminatis, qui habẽt lineã mẽsalẽ i uno loco fractã ac diuisam, & resid uũ lineæ est continuũ & ꝓportionatũ, tamẽ sunt sanguinei & potẽtes in coitu. Quid significet talis separatio usq; ad istũ diẽ ignoro, ꝙ semp significãt frigiditatẽ quãdo est discõtinua, & ꝙ ostẽdat impotẽtiam ad coitũ nõ est cõsiderãdũ. nec de ipsa est simpliciter ꝓferẽdũ, quia ꝓhibitio coitus a multis causis esse potest, ut patet ab auctoribus præsertim ab Auicẽna uigesima tertii, tractatu primo, capitæ. xv. dũ inquit. Facta aũt cã mẽbrorũ principalium, aut ex parte cordis quia abscinditur materia spermatis. Aut ex pte cerebri quia abscinditur materia uirtutis sensibilis. Aut ex parte renũ & frigore ipsorũ & egritudinibus eorũ notis, & cõplexiõibus eorum. At ex pte stomaci pp maliciã digestiõis, & totũ illud aut est cã principii aut cã oppilationũ meatuũ inter mẽbra coitus, & multotiẽs quidẽ est debilitas facta cã cerebri sequẽs casu; aut ꝑcussionẽ. Necesse est igitur ĩtueri qualitates earũ linearũ pricipaliũ. s. lineæ cordis Epatis, & cerebri una cũ mẽsali anteq̃ ꝓferas idiciũ. ¶ Si linea mẽsalis ẽ rubra et semicircularis apd ꝑcussionẽ manus. egritudinẽ circa uerẽda arguit, et ꝑcipue circa loca mẽbrorũ gẽitaliũ ut pluries notaui. ¶ Dicũt aliqui moderni. Si linea mẽsalis habet semicirculos egritudinẽ circa res denotat. Si ĩ mulieribus hoc repiatur. fœtus difficultatẽ at debilitatẽ arguit. Dixit Hermes trimigestus, si linea ẽ bñ ꝓportiõata cum pricipaliũ linearum testimõio. et triãgulus ex concursu aliarum trium linearum principalius causetur. bonam complexionem signifi cat, indicatq; sanitatem & uirtutes cor

No. 6.

poris bonas, uētrem & renes, & uesicā bonā, & bonā uirtutē mēbrorū generatiuorū in hoīe ostēdit. Itē extra naturā sui subiecti significat iniustitiā intēperātia & incōtinētia. Licet forte mala sugestiōe facta ad istātiā aliquorū. Si aūt peruenit ad finē palme uersus indicē signū est nequitiæ & iracūdiæ, & ut inquiūt moderni denotat crudelē & diuini cultus inimicū. Et si hæc linea in directo indicis uel medii biffurcata fuerit cœlati animi & occulte cōsciētiæ uirū indicat, & addit Morbeth
No.7 ꝙ sunt hypocritæ & spāliter uersus parētes amatos quia nō diligūt eos. ¶ Nota quādo multū ascēdāt uersus indicē demonstrāt laborē, et si in hac linea plura pūcta inueneris rubea cū ꝓfunditate lineæ, ēt si rubra fuerit frequēter in mēbris generatiuis dolorē ꝓpter eorū frequētē cōmotionē ad luxuriā ostendit. Notādū est ꝙ signa i manu mulieris nō debēt esse ita potētia. sicut in manu uiri ꝓpter debilitatē caloris naturalis, & uirtutē in eis, & ideo pauciora signa sufficiūt ad indicādū in ipsis q̄ in uiris. Ex hoc patet ꝙ uir habēs molles manus subtiles & lineas pallidas & multas, est quasi effeminatus & deficiēs in calore & uirtute ꝓpter qđ est inuidus detractor uerbosus & cupidus, nec cū eo habitare est securū. Patet similiter quia mulier habēs manus duras & euidentes lineatiōes & rubeas & paucas est uirago & meretrix cōtētiosa oībus cupiens nocere gaudēs litigiis & effusione sanguinis ꝓpter se. ¶ Scias mi discipule ꝙ si multiplicitatē pūctorū in digito minimo reperies illā audacter meretricē indicabis. Si unū cū uno. Si duo cū duobus. Si tria cū tribus aget meretricia, & hoc si in radicæ digiti pūcta fuerint. Et ſm earū profunditatē & colorē de illis iudiciū ꝓferas, & ēt in tuberculo, licet nō tātū operētur, nisi testimonia aliarū iustificētur. Et si tuberculū indicis est bene cōditionatū est pellex unius religiosi uel est religiosa in meretricio

lupanario, & si cū hoc tuberculum Veneris fuerit intersectū ex diuersarū linearū cōcursu, idem cōtinget si uitæ linea sororem sociam habuerit. Si in radice Iouis est unū pūctum tēdēs intra habet filiam spuriā. Si tendit uersus extra. scilicet ad siluestrē partem masculum nothū habet. Et si uir talia pūcta habet dicas ipsum habere filios naturales seu spurios si plures, ut in pratica nota inspexi ueridicū iudiciū. ¶ Item si linea mēsalis fuerit satis lata rubea et discōtinua luxuriam significat cū debilitate, & cito finiendam. Si pallida fuerit & granata siue punctuata calorem naturalē debilem ostēdit. ¶ Dixit Hermes dicunt quidam cu; palma extensa fuerit, & hæc linea mēsalis recta & regularis habeat fossam sub digito Medio longum indicat studium ꝙ amare personas secretas ut sunt religiosi & ecclesiastici. Et quando sub medio & auriculari fossule siue grana rubea fuerint, patitur in renibus, & si pallidæ fuerint & in fossulis uirgulæ præcedentes pallide patitur in uesicca aut matrice. Item mensalis profunda et paru; secta, idest per diuersas lineas siue lineolas discontinua, & inequalis significat uentris dolorē, & dolor est in inferioribus partibus quia linea mensalis uentrem significat. ¶ Dixit formica ualde utilis, linea ebruticon, idest quando terminatur inter indicem & medium talis homo dispositus est ut moriatur subitanea morte, si uero eam intersecat aliqua linea angulos rectos causans. talis est dispositus ut apostemate moriatur. ¶ Si linea obrusticon fuerit recta sine curuitate talis significatur esse uerax in uerbis. Si autem est interrupta tunc falsitatis arguit signum si linea obrusticon extenditur & paruæ lineæ cadant super ipsam talis est prouidus & cautelosus, & ait formica ualde utilis. Indicandum est ꝯm plura, & fortiora quia illa præualent minoribus. ¶ Dixit Morbeth cardinalis. Linea mensalis si ob

liqua fuerit uersus triangulum iniustitiam ostendit, si uero recta iustitiam, si in parte superiori exierit superiorē partem anguli possidēs & aliū triangulū ex cōcursu aliarū linearum nō essentialium cōstituat triāguli iracundiā ostēdit & detractorem. ¶ Si aliqua linea ueniēs a triāgulo scindēs ipsam mēsalē & uersus Medium digitū ascēderit, ut crux laborē cum uictu sufficiēti significat, & si lineā pdictā riuule aliquæ scinderint uel ab ea peruenerint uersus indicē multa uulnera ille talis ab inimico patietur, & si fuerint grosse, erūt peiores. quia in capite uulnerabitur, si subtiles in partibus inferioribus. si aut rubee in pectore. ¶ Si aliquæ rimule exierint a Mēsali uersus spaciū medii labores & angustias ostēdunt. Si autem prædicta lineæ mēsalis protēsa fuerit subtilis & rubea prædicta mala diminuit, si autē grossa sic protēsa adauget Si eadem ueniēs in pluribus locis fuerit intercisa labores & angustias ostēdit. ¶ Et si aliqua linea fuerit inter digitū Mediū & indicē, significat mortē per fluxū uentris. Et si talis linea fuerit multū acuta & procedat secus primas iuncturas uersus indicem. significat mortem per febrē specialiter si continua sit, & quāto acutior in fine tanto acutior febris eū tāget, & si multū rubea fuerit timebitur de frenesi. ¶ Si istam lineā mēsalem scinderit quædā linea descēdēs & subscendēs, per se diu exiet per terras & parum curabit de parentibus. ¶ Si hæc linea mensalis sub Medio digito foramen cum ramusculis disiunctis habuerit plu-
No. 8 res regiones ambulabit, & si habent multas lineas infixas uersus lineā superiorem trianguli tendentes et non eam tangentes cū multis mulieribus cōcubet si nō tangunt concūbet. si tangūt concubuit, & si superius & interius fuerint lineæ grosse tunc ad aliud factum uel opus paratur assidue & ad coitum. &c. Et si hæc linea respiciat digitum Medium iuuabitur a fortuna

& si intrat in mediu; .i. inter medium & indiciu; . nunq̃ erit sine aliqua angustia. ¶ Dicunt aliqui Quãdo in pricipio lineæ mẽsalis ipsa reperitur sicut chatena .s. in forma multorũ semi circulorum. extra patriã moriturum esse minatur. ¶ Anthiocus ait. Quando pallidulæ lineæ thoralem scindentes .i. mensalem lineam debilitatem arguunt stomaci. Maculæ uel in thorali uel iuxta, duritatem stomaci & dolorem in costis denotant. quod nõ credo, quia ab auctoribus antiquis nec a recentioribus reperio hoc dici. ¶ Aliqui dicunt iudiciũ sumi in linea Epatis & profiteri duriciem stomaci & costarũ. ¶ Inquit Albertus & Conciliator. Si hæc linea mensalis cõiungatur cũ linea uitæ & faciat angulum cum ea & non sit ibi media naturalis, talis decapitabitur illico uel ex improuiso, aut si uulnerabitur cadet. Multi male intelligunt istũ textum, uult autem dicere auctor aliquando sunt interfecti de improuiso ab inimicis, & si habent aliã proportionẽ (ut est) q̃ sint fures aut homicide, tales sunt decapitati iussu regie maiestatis. ¶ In ciuitate nostra Bononiẽsi quidã uir mingebat i quodã angulo & corpus eius totũ erat armatũ excepto collo, inimici ei absciderũt caput suũ, & nõ poterat ledi i alio loco, et fuit icaute offẽsus ab ipsis suis inimicis. ¶ Et subdit auctor. Si hæc linea respiciat mediã naturalẽ erit i piculo et timore mortis, sed bene euadet et hoc mulierũ cã eueniet, itelligit auctor eẽ, si capitalis subest. iminet ei piculũ sed euadet, & istud accidit ut plurimũ pp pellices et lupas. Ego respexi i decẽ idiuiduis et inueni tuberculũ pollicis Effeminatissimũ cũ oĩ cõuenientia cũ adiũctis & omnibus illis in phynosomia prædominatur cũ pulcherrima habitudine, & erãt audaces & bellicosi cũ aiositate, & eorũ litigatiões habeãt originẽ pp coitũ. & ego indicaui ut dictũ ẽ, & hodie uiuunt & expientiã affirmo, & sic est finis de ista sublimi linea.

¶Tricassus Mantuanus.


ROpter maximam difficultatem ac controuersiã, Doctorum in ista linea, & maxime in hoc ꝙ cõiter ab oibus conceditur. s. per ipsam ostendi uirtus & potentia caloris naturalis, ideo necesse est & in lõgum sermonem protẽdere. Vnde sciẽdum est ꝙ oium huius scientiæ doctorum sentẽtia una est, ꝙ. s. propter superexcedẽtiam caloris naturalis mẽsalis linea in lõgitudine successiua fieri necesse est, similiter & in latitudine, & quãdo istiusmodi est, significat hoies martiales, & etiam (ut Cocles adducit. D. Gallicum in quarto loco, significat bilingues & infi-
No. 1. deles. ¶Not. est autem ꝙ calorem naturalem superexcedere humiditatem, siue qualitates illas naturales. põt intelligi dupliciter, Vno modo, ꝙ talis calor supernaturalis superexcedat totaliter illas qualitates, ita ꝙ supradominetur oi humiditati. Et hoc quoq; duobus modis potest intelligi, Vno modo quãdo perfecte dominatur. i. proportionaliter, & facit hoiem audacem. fortem. & potẽtem uirtutis genitiuæ. Alio modo quando nõ perfecte dominatur, immo superecedit, adeo ꝙ humiditatem naturalem cõsumit, ita ꝙ ueluti agitatus quodãmodo furiosus efficitur, & ex tali sanguinis ebulitione iam ambit, aliisq; dominari præconcipit, hacq; forti imaginatione continuata, fantasmata resoluuntur, & cerebrum debilitatur ꝓpter maiorem caliditatem in huiusmodi parte operatam, (ut dicitur libro tertio, cap. 200.) fitq; ut nec minimam cõtrarietatem sustinere ualẽs (qua sibi in tali ambitione impedimentum afferatur) aliorum mortem & interitum insidiãdo perquirat. ¶Alio autem & secũdo dicitur calor naturalis superexcedere humiditatem quãdo imperfecte dominatur, itaꝙ calor quidem naturalis superexcedit humiditatem, sed tamẽ

& ipse impeditur ab humiditate, & remisse operatur, nec tamē humiditas prævalet ipsi calori, immo et ipsa remissio persistit, quis calor naturalis perfecte ei nō dominetur, & hoc est ꝙ dicit. D. Gallicus. ¶ Not. quarto ꝙ. s. facit hoīes bilingues & infideles, Ego aūt & huic significationi aliud quoq; significatū adiūgo, dicēs, ꝙ in signum huius, s. ꝙ talis loquacitas aut infidelitas ꝓueniat ex imperfectiōe caloris naturalis modo supradicto, manifeste cōspicimus ꝙ tales hoīes sua nimia loquacitate simul & præsumptione multotiēs dāna & persecutiones patiūtur, eo ꝙ nō ualeāt finem uerborum suorū trutinare, Quātum aūt ad primum modum intelligitur id quod dicit in prima auctoritate. ¶ Quo aūt ad illū quod exponit ipse Doctor in. I. Not. circa ipsam mēsalem. Sciēdum ꝙ talis linea dupliciter pōt intelligi inter mediū & indicem ingredi, Vno modo quādo in opposito digiti medii uersus eūdem locum inclinatur, ita tamē ꝙ nō subito. i. directe. sed quasi ueluti arcualiter inter ipsos digitos flectatur. Alio aūt modo est quādo mensalis extēdit se ueluti per directū mōtis indicis. deinde quasi subito īter ipsos digitos inclinatur. Id aūt ꝙ hoc in loco dicit D. Gallicus, intelligitur secūdo mō, non aūt primo, īmo primo modo sumpta significat curas & fastidia, & quotiēcūq; huiusmodi lineæ inueniūtur sic īterpretādæ sunt. ¶ Quo aūt ad id ꝙ adhuc exponit de Inimicorum cognitione, ꝙ. s. in descēsu manus indicātur, Sciēdum ꝙ hoc male expositum est, īmo inimici indicātur in descēsu siue percussione manus. quoniam in illo loco reperiūtur signa significatiua eorū quæ sub dominio lunæ cōstituūtur. s. fortuita & mutabilia, bona siue mala, iter quæ amicos & inimicos recte cōnumeramus. unde ēt ibidem amicos indicamus, quod tamē ab ipso Doctore nō accipitur. Quātum aūt ad opinionē Coclitis in fine illius Not. primo

adductam.s.semper morte uiolenta periclitari,falsum est,immo necesse est talem lineam secundum modum diuersum,quo reperitur ita & diuersimode iudicare. ¶Circa auctoritatem.D. Gallici.Not.4.Sciendum quod id quod dicit de naturali calore, intelligitur de calore naturali superexcedente. secundo modo (ut exposui in principio huius dilucidationis.Et ideo quãdo dicit tales lineas significare caliditatem extraneam destruentem humidum,debet sic dicere,significat caliditatem extraneam impedientem,siue diminuentem humidum, ita quod utrumque simul sunt improportionata & distemperata,& tamẽ humiditas quodãmodo principari dicitur,& ipsa est causa malignitatis significatę. ¶In isto quoque.4.Not.ubi Cocles, D.Gallicum exponẽdo eo signo quo mẽsalem figurat, Sciendum est quod signum illud falsum est,debet aũt sic figurari,eo autẽ quo angulus maiori latitudine formatur, significat inimicos minus mortales ac nociuos,& ecõtrario quanto angulus est acutior, & talis ramus magis profundatur uersus percussionem,magis nociuos ac mortales significat.¶Et quãdo in huiusce rationem distinctionem facit inter irascibilem & cõcupiscibilem,talis distinctio falsa est,immo cõcupiscibilis est uirtus , siue potentia anime qua appetimus res placidas & delectabiles, istaque fugimus triste ac nociuum,Irascibilis autem est uirtus siue potentia anime qua appetitur & desideratur aliquod arduum ac difficile,sustẽtanturque nociua & cõtraria sensui proprio.Vnde canis hac potentia & uirtute leporem insequitur Dux prælium ac uictoriam,Infirmus quoque hac de causa medicinam sumere dici potest. ¶Circa id autem quod Cocles.5.Not.dicit. Gallicum collocare Saturnum in mensali & in percussione falsum est.Vnde quis dicat mensalẽ Saturno,dari nõ tanp

Vm qualitates prime magis ad medium redactæ fuerint melius contemperatæ sunt & propinquiores sunt ad medium ponderale relate, ideo ex eorum temperatiōe nascitur complexio in instrumento instrumentorum, quod manus, est, ubi & apertius detegitur propter membri nobilitatem & apertam correspondentiam. & tactum in ea abundantem Inter ceteras. n. anime uirtutes tactiua immediatus qualitatum primarum temperamentum consequitur. Vnde. Non est mirum ꝙ pueri ex utero ferunt lineas in manibus eorum. Inquit Morbeth, & formica ualde utilis, Si quis uir aut mulier sit nō habens lineas in manu talis est homo bestialis & naturaliter di

positus ad uiuēdū sicut animal brutū, nisi delctæ fuerint lineæ ꝓpter laborem & fatigationē. Manus natura sigillū minime sustinēs est, ubi humidum congruum recedit sicut in luto sicco ubi humidum aqueum diminuitur. ¶ Tricassus Mātuanus.



Fvndamentū huius responsionis ꝓuenit ex rōne superius adducta in. 14, Quæsito Ea aūt quæ dicit de Simiis & huiusmodi animalibus non adduco. quia fatuitates sunt uanumq; esset ex his sermonem habere.

¶ Quæsitum. xvii. Augustini Discipuli.



Diuulgatū est magister mi ꝙ oēs habētes circulationē in ultima pollicis iūctura suspēduntur, & hoc uerū nō uidetur cū aliqui suspēdātur, qui non habēt tale signum, ut in enothomizatorum corporibus apparuit anno domini. 1493. & 1494.

¶ Responsio. xvii. eiusdem Magistri.



SCire debes ꝙ ueritati, primæ uniuersalis ꝓpositionis, optime correspōdet ueritas subiectorū per ipsam significatorū nō sue cōuerse apparēti correspondet ueritas, nec in istarū propositionū duarū est oppositio realis, licet sit quodāmō apparēs ex parte termini. unde prima ꝓpositio euidētē habet ī se ueritatē, et eius cōuersa similiter quæ est hæc. aliquis suspēsus habet tale signū licet nō ī oībus suspēsis tale signū reperiatur. sed aliqua signa illis equiualētia apparēt, & existūt, ut sunt lineæ cordis et mēsalis cū linearū denudatiōe, et media nālis sit obscura et male termīata, uel ẜm excessū. uel ẜm breuitatē, et lineæ existentes in tuberculo mercurii sint obscuræ & ꝓfunde, & tres uel plures lineæ ibi existētes infortunētur cū sui subiecti depressione & hæc oīa iuēta sunt in prīo anothomizato. ¶ Vel ꝙ cingu- Not.

lus sit in altera iuncturarum cum positione cõiunctionis linearum constituentium angulum supremum. ¶ Vel ꝙ habeat circulum in media naturali, quod signum homicidii est, uel ꝙ habeat lineas in Saturni tuberculo extẽsas in radice, uel cõglomeratas infortunatasq;, quæ signa oĩa carcerem ostẽdũt. ¶ Et signa hæc habẽt intelligi cum disiunctione, ut eorum ueritas melius propaletur. Notaui plures qui habẽtes principales lineas tãtum cum residuo infortunatas mala morte mori, & præsertim quãdo lineæ sunt crassæ. ¶ Qui habet multas lineas et tenues bonum indicãt ingenium, quia sunt generate a subtilitate spirituum. ¶ Multitudo uero linearum nõ est detestãda, & arguit ingenium in diuersis negociis, dũmodo ꝙ solaris mõs nõ sit intersecatus, & locus Mercurii nõ sit emersus, licet habeãt in rebus suis in tẽpore difficiliorem fortunam. Post euẽtũ suum est permãsibilis & fixa, sicut infinitis uicibus notaui.

¶ Tricassus Mantuanus.



AD maiorem declarationem eorũ quæ dicit in Notã. I. de lineis existẽtibus in mõte Mercurii. s. ꝙ sint obscuræ & nõ apparẽtes, & ꝙ sint profundæ, uidẽtur enim ista cõtradictoria esse. s. ꝙ sint profundæ, & ꝙ nõ sint apparẽtes. Sciẽdum ꝙ profunditas et inapparẽtia cum aliquali obscuritate composibiles sunt. Ex his autem similitudinem habere possumus, utpote, quãdo pictores figuram aliquam signãt, postea autem cum penello illas reformãt. Oẽs quidem eiusdẽ quãtitatis, sunt & primæ quidẽ obscure & male apparẽtes, secundæ autem claræ & uisibiles, eo ꝙ melius possimus percipere quid sint. Hoc idem & de duabus lineis accidere potest. Erunt namq; omnes eiusdem profunditatis, & una quidem dicitur clara, altera obscura, hæc. s. de causa, ꝙ prima eãdem dispositionem quam habet in profundita-

te seruat etiam in superficie, altera autem in ascensu superficiei dilatatur. ita ꝙ q̃uis profunda sit, tamẽ iudicatur obscura & inapparẽs. Vnde nõ est aliqua cõtradictio in tali sententia aut expositione. ¶ Quãtum autem ad illas lineas quas ex ponit equiualenter se habere lineæ circulari in digito policis. Sciẽdum ꝙ tales lineæ intelligũtur disiunctim. s. ꝙ nõ oẽs de necessitate requirũtur, sed earum quædam, ꝓut cõspicitis illas quibusdam parafis quadratis esse distinctas in mea expositione. ¶ Id autem quod cum dicit de cingulo talis lineæ, ꝙ quando in minima tãtummodo iuncturarum inuenitur, intelligendum est ꝙ quãdo talis linea circularis nõ totaliter intersecat digitum, & angulus supremus est separatus seruare tamẽ cũdem significatum suspẽsionis. Non esse tamen hoc ita directe causatum: sed magis a casu, aut societate, aut debili occasione. ¶ Not. autem ꝙ in oibus istis semper cõsiderãdum est, an uitalis subita interruptione frãgatur, aut aliquo simili, & non aliquo moderamine cõfortetur, quoniam impossibile est huiusmodi effectus finẽ habere & nõ in ipsa uitali significatos existere. ¶ Id autem qđ dicit in fine Not. 2. intelligẽdum est quãdo tales lineæ sunt subtiles & profundæ, aliter namq; sua expositio esset falsa, & significaret naturam effœminatam. Not.

¶ Quæsitum. xviii. Augustini Discipuli.



INquit Plinius, perlõgos digitos plumbeum colorem, pluresq; in manu incisuras, nec perpetuas, cõtra longæ esse uitæ &c.

¶ Respõsio. xviii. Magistri.



DE plumbeis prælongisq; digitis apud Aristotelem neq; in problematibus, neq; in libro de aĩalibus reperio, tamẽ libro. I. dixi digitos longos magnum cpar denotare. ¶ De plumbeo colore Gallenus in

primo Afforismorum. commen. secundo. color inquit corporis humorum dominium ostendit, si non in profunditate corporis accubuerint. Color plumbeus liuidus dominatur, & medius est inter rubeum & nigrum. ¶ Cum digiti sunt plumbei ma-

Not.

lam complexionem epaticam significare certum est, & ex cõsequenti ægritudinem. Nihil enim aliud est ægritudo nisi remotio inequationum humorum & inconcordantia membrorum regalium, cum ergo recesserunt a sua latitudine breuitatem uitæ arguit a complexione frigida & sicca. ¶ Inquit phylosophus libro de longitudine & breuitate uitæ, Consistit uita nostra per calidum & humidum, ut ostensum est alio loco, cum econtra sit contrarium. ¶ De incisuris seu lineis Plinius non intellexit, neq; Aristotelis textum exponere sciuit. Inquit phylosophus in primo de animalibus, capitulo decimoquinto. pars interior manus uola dicitur, si carnosa est & incisuris uitæ indicibus distincta longioris. s. uitæ signum affert, singulis aut binis ductis per totam, breuioris uitæ, binisq; non totam longitudinem designant. ¶ Inquit Conciliator præceptor noster in sua chyromantia (ut etiam recitaui in primo libro contra Plinium) ꝙ lineæ habent correspondentiam cum uenis aut arteriis uenalibus, hoc est linea uitæ cum corde, linea media cum cerebro, & linea epatis cum epate, & sic de singulis. Ista sententia nõ potest apprehẽdi nisi ab hominibus instructis ab anothomiis. Et ego dico ꝙ plures hoĩes habent uenas apparentes, & præcipue in hominibus bene dispositis apertissime accipitur. ¶ Tẽpore meo quidã iuuenis se percussit cum stilo acuto ubi situatur linea cordis, & taliter ꝙ chyrurgici non potuerunt restringere fluxum sanguinis, & signum habuit ꝙ erat arteria seu uena arterialis. s. cum saltu, rubedine, & claritate sanguinis, & causatum est emborisma. i. mater sanguinis, et mor

tuus est ille iuuenis. ¶ Et in manu mea post nimium laborem Not.2
inueni pulsationem magnam in loco lineæ cordis, quod non po
test causari nisi a uenis pulsantibus, & in loco epatis ostendi-
tur terminari uenam epaticam, & in media naturali uenã ce
phalicam, & in loco ubi scꝫ ostendit mensa manus uel linea mē-
salis, ibi terminatur uena cōis. ¶ Ideo dicunt chyromãtici ano
thomisti, & ego cum illis, ꝙ ista linea creatur uel generatur
ex concursu seu fluxu quorundam spirituum eleuatorũ uel pro
cedentium a prædictis membris regalibus, hoc est cor, epar, et
cerebrum. Ideo nõ immerito põt ipsa appellari linea testiculo-
rum seu spermatica siue linea gignitiua, quia ostendit robur to
tius corporis & potentiam gignendi. Quia ſm Hyppocratē
& alios medicos, sperma deciditur a toto, sicut patet per ex-
perientiam de abscissione uenarum post auriculas ꝙ cessat potē
tia gignēdi seu filiãdi. Et quãdo dicta lineaē capillaris aut dis
cōtinua seu semicircularis, denotat caliditatem innati caloris,
quod in infinitis hominibus notaui, & præcipue in manu mea.
Et etiam per istam lineam dignoscitur quantitas & qualitas
egritudinum. Sicuti uno membro læso cōmunicatur nocumen
tum toti, & ex cōsequenti linea cōmunicat cum toto, ergo ostē
dit totum. Ex cōsequenti patet ꝙ oē signum est representati-
uũ sui signati. Linea cordis representat cor, Linea epatis epar,
Linea cerebri cerebrum. ¶ Quando istæ lineæ essent fractæ &
discontinuæ, ostendunt debilitatem aut maliciam ipsius mēbri
& ex fortitudine fortitudinem. Si uita nostra stat per equatio
nem humoris & per cōcordãtiam membrorũ radicaliũ, ergo
sequitur ꝙ ex bona dispõne linearũ stat bona dispõ membrorũ
principaliũ, ex quo cōstat lõgitudo uitæ. & ecōtrario cōtrariũ
ēt itelligimus de paucitate et exuberãtia liearũ. ¶ Verũtamē
aliqui attribuũt istas lineas influxibus cælestibus, sicut Mar- Not.3

beth in sua chyromantia, & multi alii auctores, sicut nos narrauimus in libro. 1. capitulo de argumentationibus contra Plinium, tamen corpora cœlestia non possunt agere uel ostendere, nisi mediātibus congruis instrumentis, quod in Chyromantia est manus hominis, ut loquemur in alio loco. Deus autē & natura nihil frustra agunt. primo cœli. textu commenti, trigesimisecundi. Nec deficit in necessariis, nec abundat in superfluis, ergo istæ lineæ non sunt frustatoriæ. Sed indicatiuæ multorum effectuum, ut primo libro dixi cōtra Plinium. ¶ Et hoc incidit quæstio quam soluemus. Sunt aliqui dicentes chyromātiam scientiam non esse, & hoc per accessum & recessum linearum, Et instant hoc medio. Quia lineæ aliquando recedunt, aliquando nouæ incipiuntur uideri, sed quæcunq; accedunt uel recedunt contingentia sunt, & contingentium scientia non est, ergo ipsarum non est scientia, maior est Aristote. primo posteriorum, minor patet ad sensum, & per experientiam, & maxime in montibus manuum. Ad hoc respondetur ꝙ linearum principalium non est accessus neq; recessus, sed eorum esse perpetuatur in specie, & sic ipsarum pro quanto sunt corpore dimēsionato trina dimēsione earum est scientia, & sic de talibus uerificatur primo posteriorum Aristotelis propositio. Et quando dicitur ꝙ aliquādo lineæ accedunt uel recedunt, cōceditur, sed nō sunt de principali essentia ipsius artis, quoniam circa lineas principales chyromātia uersatur. si uero aliæ lineæ ipsas intersecent, hoc est per accidens, & de talibus non est scientia per se. Not. est autem de mōtibus manuum. Not. 4. ꝙ illud ꝓuenit ex parte planetarum in eorum genituris, & ſm ꝙ planetæ successu temporis fortificātur uel debilitātur, nouæ lineæ in ipsis formantur, & aliquando sunt intersecantes alias, & hoc non inconuenit.

Tricassus Mantuanus.



Deo fatuus iste passionibus maledicis detinetur, q semper in cōtrarium sensum accipit, ut mali gnitatis suæ atisfacere ualeat, in aliorum infamiam. Vnde sensus huius auctoritatis Plinii, in hoc Quæsito est q quādo aliquis habet digitos oblongos, & ipse sit coloris plumbei, aut habeat plures lineas intersecatas i manibus, & principales nō sunt perpetuæ, s. lōge. sm pportionem suam, & cōtinua usq; ad finem aut terminum pprium significant uitam breuem. & hoc est uerum eisdem rationibus quas ipse Cocles in suis respōsionibus adducit. Attamē ista Bestia maledica oīa in cōtrarium sensum adducit, dicitq; Plinii auctoritatem sic debere intelligi s. q quādo quis habet digitos oblōgos, suntq; coloris plumbei, & nō habet lineas lōgas, ita q palmam intersecēt, breuem uitam significāt. Hæc autē expositio falsa est & extorta, & ipse Cocles, nec Plinium, nec Aristotelem, nec etiam seipsum intellexit. Quod autem intētio ipsius Coclitis sit sm meam expositionem, patet per rationes ipsius cōtra Plinium in hac responsione adductas. Immo dico q nulla earum Plinio cōtradicit, sed rationē Plinii cōfirmant, q̄uis oibus uiribus ipsum ruere uideatur, & maxime in duobus primis, & q̄uis Plinius uideatur in multis Aristoteli contrarius, tamē in hoc nō contrariatur, Quo autem ad illud quod dicit de digitis plumbeis complexionem epaticam significare, & ex cōsequenti infirmitatem. Aduertēdum est q Cocles in hoc ostēdit se nō habere aliquam scientiam nec praticā aut speculatiuam. Digiti namq; plumbei esse nō reperiuntur, nisi in extremitatibus unguium, & hoc quādo quis actualiter infirmatur, aut febricitat, & nō alio tempore, & quādo et hica laborat ungues sunt giallæ. Vnde patēter clariusq; inspici

tur Plinii sensum non intellexisse, nec uerba. ¶ Quantum uero ad id qđ cōfirmando rōnem suam in. 2. Not. s. in semetipso post laborem experimento reperisse pulsationē in loco lineæ uitalis, friuola & inanis est fabula ista. Et miror ꝙ adeo cum esset expers ac speculatiuus (ut de seipso pluries ꝓclamat) eādem etiam speculationem in aliorum manibus non obseruauerit, cum tot millia hominum (ut fatur) inspexerit. Dico autem in multis me reperisse contrarium, & in meipso inuenio in manu mea dextera talem pulsationem proprie coniungi naturali lineæ in opposito digiti medii, & in omni tempore, aut manus sit lassa aut non. In manu autem sinistra inuenio istam pulsationem circa ipsam naturalem in opposito digiti anularis, & per simile communiter reperi in aliorum manibus, & in paucis ſm eius positionem reperio ipsam pulsationem. Differentia autem hæc est, ꝙ. s. in forti & audaci, utplurimum est circa naturalem, in timido autem uersus angulum dextrum, ita ꝙ non adeo ad naturalem ascendit. ¶ Quo ad alias rationes necdum manus anothomiam inspexi. Attamen iudicio meo omnes sunt fabulæ. Et si rectius hoc dictum considerare uelimus est contra prima principia huius scientiæ, quæ omnia ad euitādam prolixitatem ingeniosis ac speculatiuis relinquo. Et ad exemplum illius iuuenis dico, ꝙ causa talis fluxus sanguinis fuit propter propinquitatem uenæ pulsatilis, & forte ēt talis uena offensa fuerat, sed ꝓpter distātiā a corde nō fecit operationem suā subitaneā. s. cum spasmo aut aliquo simili mortem cāre, sed successiue et cū aliqua distātia tēporis. Vn̄ patet &c.

¶ Quæsitum xix Augustini Discipuli.



VM maximo feruore desidero scire modū clarū & dilucidatum, qūo debemus examinare chyromāticam facultatē, & præcipue de terminis &

prolationibus in modo iudicandi ac examinandi.

¶ Decimanona Responsio Magistri.

¶ Commentum.


Ciēdū est ꝙ ualde raro est ꝙ una linea hēat significatū bonū aut malū rōne sui (ut dictū fuit in .x. quæsito. Not. 3,) ut puta nō sēper linea in mōte Iouis idicat bonū: qa i eodē loco inenimus lieas ægritudies aut uulnera significare, ut patebit. Et ita i mōte Saturni, nō sēper licæ arguūt malū. Iō nō ualet illud dictū, iste locus est fortunatus, ergo sēper fortuna. ¶ Errat Antiochus ponere Martē i loco Veneris, et Venerē loco Mercurii. et argumētū est. Ipse dicit hāc eē opionē recētiorū. q̄ro ab ipso si Hermes fuit recēs uel nō, nō adducit mediū nisi auctoritate ꝓpria. Attribuit ēt iste lineā epatis cerebro, & quæ est cerebri epati. Talis opio est fugiēda si bene cōtēpletur anothomia uenarū i subiectis uenosis, ut in iuuētibus reperi pluribus uicibus cū artificioso ligamine stringēdo cū tali strictura & uenæ tumefiūt, ut i prænotatis dictum fuit, & uidebitur terminatio uenarum in locis congruis. Apud Indos Caldeosq; inuenta fuit experientia in cadaueribus interfectis, ut & ego etiam ago. ¶ Et noli existimare dici accidentia fortunæ minuatim. sicut accidere posset. & an sit cum ense, aut ferro, ligno, aut ab æquo, uel ab asino, aut a fortuna, cū isto principe, uel cū illo. ¶ Vidi quēdam ē senatu nostro tēpore æstiuo dum staret sine calceis, famulus posuit super scānum cyatum cū quo dedit potū domino suo, dum uellet sedere se posuit super cyatū, & cyatus fractus est, et magnū frustū ex ipso uitro itrauit in ano domini, & fecit uulnus per spaciū duorū digitorū cū magno fluxu sanguinis, et illud frustū fuit maxime difficultatis ad extrahēdum. Non chyromantia, nec astronomia descendere potest ad ista particu- Not. 8.

laria. Vidi rotã molendini interficere uiros & fœminas. Quis dicere poßit talia infortunia? Eschiles tragicus quãdo aquila testitudinem proiecit super caput suum caluũ, non potuit scire hoc particulare infortunium. Nec puer dum iter faceret, cui frustrum glacciale super caput eius, cecidit hoc præuidere minime aliquis ualuisset. Quuis posset dicere de percussionibus quas faciunt bõbardę & schioppitti, canones & similia. Quis loqui posset de patibulis multis, ut est taxillus, stãghetta, oua ferrea calida sub assellis posita, aut dicere de aereo thauro aut
Noo. 2 similibus ¶ Possumus bene dicere conditionate & non aperte & manifeste. Vt poce. Video lineã existẽtem inter auricularẽ & medicum arguo uulnera circa brachia. Debeo exprimere tu es procliuis ad lesionem manus, & debeo intelligere de manu magna, idest cõprehendendo ab humeris usq; ad extremitatem digitorum, & sic intelligitur manus, ut dicetur, & nõ dico lesionem distinguendo & comprehendendo causam primitiuam & antecedentem. Primitiuam intelligo, ut casus, contusio fractura, dislocatio, uulnera causata ab ense, lapide, aut similibus, etiã notaui uerificare lesionem manuum aut brachiorum uel patibulum propter funes aut cordas in manibus iustitiæ ad torturam, aut si futura sit punctura neruorum, aut flagellatio cum baccullis aut cũ facculis arena plenis, aut cõbustio ignis. Causa antecedens est humoralis ut bothor, antrax, carbonculus ignis, persicus pruna, fistula, cancer ulceraratio uel ulcera & similia. ¶ Et ita in curibus, & per crura ẽm lesionem intelligit chyromanticus ab anchis usq; ad extrema digitorum, nisi auctores distinguant partes membrorum, quia aliquando accipiunt totum pro parte, & partem pro toto. Et de oculorum infirmitatibus ut est sebel orsileum catharacta tarfati percussiones & quæ currit cursus corũ. non ad nos pertinet distin

guere

gnere species ægritudinum sufficit cognoscere læsiones mem-
brorum, & simile est iudicium circa uerenda laborando, ut
an sit hernia carnosa, uaricosa, uẽtosa, aut intestinalis, aut pu-
dibunda, intelligimus partem posteriorem & anteriorem, &
circa inguina. ¶ Accidit aliquãdo fractura a causa primiti- Not.2
ua, ut ragaide & moroides, cõdilomata, apostema, et fistula, et
similia. Vlceratio Virgæ, apostema, flegmon, & sic de singu
lis, quæ omnia impossibile est nos posse distinguere gradatim,
unde ille terminus omnia comprehẽdit, nisi subiectum sit ade
quatum, ut sunt lænones ad gladios & nece uiolenta, tamen ra
ro distinguere possumus. ¶ Physonomista & chyromanticus
utuntur istis uocabulis, talis homo est dispositus ad talem læ-
sionem aut iacturã, & dicunt istud denotat, declarat, arguit,
ostendit, demõstrat, indicat talem dispositionem. ¶ Item repe-
riemus in mõte Iouis stellas, lineas, & radios cum cæteris pro
portionibus, debemus exprimere, tu es ꝓnus ad baculum. i. ad
ecclesiasticas dignitates: & est ut sunt prothonotarii, episco-
pi, cardinales, abbates, et Papa. Vtrum si una uel alia dignitas Not.3
non possimus distinguere, tamen si est cardinalis possumus di
cere de papato, tamen raro, & in Hæbreis non, quia non habent
tales dignitates. Præterea uideo lineam inclinantem ad læsio-
nem ab aĩalibus quadrupedibus, nõ possum dicere an sit canis,
asinus. an equus, sed sufficit ꝙ dicam, tu habebis læsionem ab
animalibus quadrupedibus. ¶ Hic non distinguo inter signum
& significationem, q̃uis tertio pronosticorum cõmento, uide-
batur inter ista differẽtiam duplicem esse. Nam significatio est
necessariorum. Signum uero est eorum quæ sunt ut plurimum.
Item significatio est ratione comprehensa, signum uero expe-
rimento. Sufficit mihi, dicere large aut stricte de futura ia-
ctura aut offensione, & sic sit finis libri primi. Alia autem di-

tenius in libro altiorem considerationem. Te autem discipule mi, ut finem faciam, oportet speculari & imitari intellectus auctorum, aliter uaniloquus esset sermo tuus, & poenitus inanis. Erubescimus enim, (ut dicūt) cum sine ratione loquimur.

¶ Tricassus Mantuanus.



IN respōsione ultimi huius quæsiti parti exponuntur regulæ huius sciæ in iudicādo. Sciēdū aūt ꝙ (ut dixi circa quæsitū. 2.) hō iste permaxie delectatur i multiplicatiōe capitulorū. Vnde residuū huius respōsionis hētur in cap. x. 3. partis libri sequētis, & in ultio cap. libri. Attñ oīa ista capitula simul posita adhuc modū indicādi iperfecte ostēdūt. Quicūq; aūt perfectā notitiā hēre uolūt in hmōi, percurāt et memoriter teneāt. 2. partē chyromātiæ nostræ. ¶ In. 1. Not. ubi dicit linea inter auricularē & medicū debet dicere, iter anularē & mediū, aliter nāq; illa expō falsa esset, quoniā linea quā ipse exponit significat uulnera in tibiis, aut in pede, ut pluries experiētia teste cōprobaui. ¶ Q ñ aūt differētiā ponit, iter cās antecedētes et primitiuas. Sciēdū est ꝙ talis differētia est extorta & snīa sua falsissima est. Nā ſm ꝓpriā significationē uocabulorū cā primitiua & antecedēs sunt synonima. i. eiusdē significati, unde quādo ipse dicit, cā antecedēs, debet dicere cā accidētalis. Illā aūt descriptionē quā ipse tribuit causæ primitiuæ est ꝓpria desciptio causæ accidētalis, & illā quā attribuit causæ antecedēti est ꝓpria descriptio causæ antecedēti et primitiuæ. Nā ꝓprie cā primitiua & antecedēs est ipsa cōplexio & dispō naturalis. Cā aūt accidētalis est illa quæ exterius aduenit quōcūq; sit. Dico aūt cām accidētalē simpliciter & absolute, ita ꝙ totaliter aduenit ab extrīseco. Nō aūt dico cām accidētalē ſm quid, quia hoc esset falsum. Vnde quādo aliquis ex iaduertētia aut irregulatiōe ꝑ

pria ĩfirmatur, talis ĩfirmitas nõ põt dici a cã accidẽtali, sed a cã primitiua et antecedẽte, q̃uis causata sit per talẽ iordinationẽ ex iaduertẽtia sua. Nõ eni talis ĩfirmitas ĩmediate ꝓuenit ab ipsa irregulatiõe, sed ab itẽperãtia humorũ ac qualitatũ itrinsecarũ, quæ intẽperãtia ẽt ortũ habuit ex ipotẽtia caloris naturalis nõ resistẽtis iordinatiõi illiusmodi. Illa aũt ꝓprie dicitur cã alicuius effectus a qua ĩmediate ꝓuenit. Vnde patet ꝙ talis infirmitas nõ proprie põt dici a cã accidẽtali, magis aũt a primitiua aut antecedẽti. Hæc quæ sunt propria nõia ac uocabula cõsueta apud huius sciæ Doctores, nõ aũt uti Coclles exponit. ¶ In. 2. Not. ubi dicit talia signa in mõte Iouis esse significatiua dignitatũ ecclesiasticarũ, falsum est, imo est dicẽdũ ꝙ significãt dignitates simpliciter, aut ecclesiasticas, aut seculares, nisi forte actualiter essent clerici & in ordinibus sacris cõstituti, imo & multotiẽs in seculari dignitatẽ ostẽdũt, & talis dignitas est ecclesiastica, & in clerico ostẽdũt dignitatẽ, & talis dignitas est secularis, utputa, officiũ aut gradũ honoris. Et iõ iudicãdũ ẽ ſm cõditionẽ personæ et itẽtionẽ eius.

¶ Explicit Liber primus in Chyromantiã Coclitis.

¶ Incipit scd's Liber Coclitis cũ Dilucidationibus Tricassi.



Vm perlegerimus uigititria librorũ uolumina, inuenio ꝙ princeps inter antiquos Indos est Hermes, inter christianos Albertus Magnus. Cuius librum magis dilatauit Cõciliator noster ad ultimãq; perfectionem reduxit, quẽ nunc præ manibus habemus, Cuius principium erit in. 2. capi. nam in se

quenti primo cap. quod est pro principio. 2. libri p[ri]mo, est quædã additio mea pertinẽs ad totius operis declarationem, postmo dum sequetur ipsius Cõciliatoris chyromãtia, diuidẽdo librũ cum aliis meis nouis et necessariis additionibus, quæ si lector diligens leget, spero (absit tamen inuidia) opus nostrum ope rãq; mirifice laudabit. Si quis autem est adunci nasi, frustra opus nostrum perscrutabitur, nihil enim inueniet quod repre hẽdere aut negligere ualeat.

¶ Capitulum primum quinti Libri & primæ partis, determi nãs quid sit Chyromantia, & unde chyromãtia dicatur, & qui sint eius sciẽtiæ auctores, & quis est auctor huius operis. & est additio eiusdẽ Coclitis ad Chyromãtiam Cõciliatoris.



Hyromãtia est scientia quæ docet mo dum iudicãdi per inspectionem signo rum manuum, & dicitur a cyr/græ ce, quod est manus, & mantia, scien tia seu diuinatio, Et hæc scientia docet cognoscere in manu humana & com plexiones, pœnas, & dolores, necnon labores, et omnia quæ homini possunt accidere seu euenire. Eius subiectum est pars corporis humani. i. manus ubi signa continentur. Hu iusmodi autem signa dicta sunt & nuncupata/Lineæ/ propter participationem quam cum ipsa linea habere dicuntur. Linea enim est longitudo sine latitudine, profunditate carens. Cuius quidem extremitates sunt duo puncta, ut per Euclidem patet. Et hoc quia ex huiusmodi lineis eximia speculatio elicitur, ut longitudine, profunditate, latitudine, rectitudine, & obliquita te, necnon intercisione, applicatione, oppositione, cõiunctione, se

paratione, cõtinuitate, discõtinuitate, proportione, liuiditate, apparẽtia, seu palliditate, rubedine, fuscedine, asperitate, mollicie, situ, colligatione, & forma trianguli, & quadranguli, et circumscriptione circuli, & semicirculi. ¶ Sũt & in ipsa manu stellæ, cruces, radii, rami, ascẽsiones, & descẽsiones, & multa alia, ut alio loco ostẽdimus. Tamen quattuor in manu lineæ reperiuntur principales, & tres sunt quæ incorruptibiles existũt. s. linea cordis seu uitæ. Linea cerebri seu media naturalis & mẽsalis. Aliquãdo reperitur linea epatis in hoĩbus firmis seu bene dispositis. Et ideo a chyromantico minus principalis dicitur. Multotiẽs reperiuntur prænominatarum linearum sorores, & ut in pluribus cordis lineæ, ut apparet in manus cõcauitate, quæ ab aliquibus linea Saturni uocatur. Alia socia seu soror aliquãdo in mõte Veneris prope lineam antedictam inuenitur. ¶ De his diligẽtissima existit speculatio, & per earum quamlibet membrorum dispositiones cognoscũtur principalium. Complexiones cerebri per mediam naturalem agnoscũtur. Cor per lineam cordis, per epatis lineam epar, per mẽsalem totius corporis dispositiones perspiciũtur. Aliæ lineæ nũcupatæ naturales uisuntur in manu (ut inquit Morbeth Cardinalis a natura aut ab influxibus formæ cœlestibus alterantibus,) quæ ẽm mutationẽ corrumpũtur, cõfigurationum planetarum in reuolutionibus annuatim, ut per experiẽtiam plu ries uidi & iudicaui de colligatione planetarum. Ex hac nostra cæleberrima sciẽtia Hermes librum digniſsimum exscripsit, quem librum Aristoteles inuenit uno in templo super arã Hermeti dedicatam, litteris aureis scriptum, ut idem testatur Aristoteles, quem ad Alexandrum suum discipulum tulit summo cum gaudio, qui liber a Ioãne Hyspano trãslatus fuit ex lingua Arabica, & Hyspaniæ Reginæ dedicatus. ¶ Alber-

tus Magnus quoq; librum de hac sciẽtia edidit, necnõ Ptholomeus phylosophus, & Auicẽna, posteri quoq; de Chyromantia multa tradiderunt non equidem apperneñda. & similiter Auerrois dicitur in hac etiam arte composuisse. ¶ Aliqui etiam testantur Platonem maximũ philosophorum huic scientiæ se implicuisse, quod opus a me uisum non est. ¶ Vidimus etiam huius artis uigintitria uolumina, quorum nec subtilitatem, nec auctores percipere ualeo. Ex quorum numero elegi Petrum apponẽsem, cuius chyromantia exactissima ac perfectissima habetur. Ex cuius imitatione præsens chyromantia fabricatur, non necessitate aliqua, sed ob quorundam meorum discipulorũ præces. Non enim debet sincerus præceptor discipulo integerrimo aliquid denegare duplici de causa. Primo ne uideatur sodalitatis immemor. Deinde ne subterfugere laborem se ostendat. ¶ Hanc artem Aristoteles secũdo de aĩa tetigit, inquiens. Molles carne, aptos mente dicimus, duros uero ineptos. Idem Auerrois Cõmentator tangit, inquiẽs. Homo boni tactus semper est discretus. Idem testatus Gallenus libro. I. de complexionibus, dum ait. Et palma quidem mollis perscrutationis, sensus melior & aptior est. Dura uero est apta retẽtioni. Auerrois etiam super. I. libro canticorum Auicẽnæ in cõmento. 8. inquit. Cuius manus est subtilis, sensus significat bonitatẽ intellectus. Et Auicẽna lib. 3, Fen. xiii. Capite de anothomia epatis, dicit digitos longiores significare epatis longa aditamẽta. Idem sentit Galleuus in libros Tegni. & Albertus in suo de animalibus. Inquit philosophus decima parte problematum, ꝓblemate. 49. Quicunq; sectionem quæ est iu manu habet, longeuus erit. Et idem 24. problematum, problemate. x. hoc idem insinuat in primo de hystoria animalium. capitulo. xv. cum inquit. Pars interior manus uola dicitur si carnosa est, & incisuris uitæ indicibus

distincta, longioris uitæ signum affert: singulis aut binis du
ctis per totum, breuiorisq; longitudine tota designant &c.
¶ Item testatur Albertus Magnus in primo de animalibus.
tractatu secundo. Capitulo penultimo, ubi apertissime inquit.
¶ Pars interior manus propter plicaturas ossium Rascettæ
& digitorum & pectinis, participat quasdam lineationes
manifestas, præter quattuor montes iuncturarum quæ sunt
in parte illa ubi est restricta & palma, & ea quæ est per os-
sium extrema, siue secundum latitudinem ipsorum, & cum illæ duæ
lineæ sunt, uel tres, totam palmam scindentes. Dicunt physo-
nomi, quod significant uitæ longitudinem. Et hoc est quando una
earum linearum, uadat per longitudinem uolæ & circumdet
curuaturam policis & uolam interiorem, secunda uadat per
latitudinem uolæ, & sit erecta modicum in domestico ma-
nus. Tertia autem incipit ab inferiori eiusdem latitudinis ere
cta a curuatura auricularis uersus manus domesticum. Cum
enim istæ semitricæ a uirtute seminatiua optimæ perfician-
tur, & in extremis longe a corde distantibus, signum est quod
in propinquis existens, sic posita multum possit super corpus
influendo uitam, hæc autem naturalis positio causat uitam,
& uitæ longitudinem in continuatione longa. Vbi autem tu-
muerint duæ breues, significat multitudinem materiæ ex hu
more inordinato interminato uincere super uirtutem informa Not.
tiuam, & sic breuiabit uitam. ¶ Guilielmus et Nuricc in suis
commentariis ait. Signum longæ uitæ sunt secaturæ in palma
transeuntes, ut in de problematibus dictum est, si sint bonæ si-
gnificant bonam dearticulationem & discretionem membro-
rum quæ longam uitam significant, hoc enim sine dubio signi
ficat super fortitudinem uirtutis formatiuæ quæ ad longam
uitam disponit. Nam disponit corpus ad melius secundum formam

& figurã & cõplexionem. ¶ Idem scripsit Cõciliator in lib. de physionomia cap. magnæ manus dicẽs, inquit philosophus. Quorũ manus fuerint palmæ intrinsecus sectione notabili plurima per totũ secante longeuos existere significat. Inquit Iob. xxxvii. cap. Et signa posuit in manibus corũ ut omnẽ effectum designarent. Itẽ Hieronymus de mãfredis Bononinesis de hac arte satis digna scripsit. Alpharabius & blasius de Parma aliqua problemata super quarto quinto & sexto phisicorũ deprõpserunt. Helenus priami. Et Iulianus ut testatur Albertus magnus in suo libro de chyromãtia, Quãta aũt sit excellẽtissima fama nostri præcptores Petri apponensis lib. de differentiis apparet. Medici peritissimi hunc Cõciliatorem nominãt. Ab hoc enim liber de cholera nigra, & terrapentica Galieni in latinũ sermonem conuersa est, ut ipse in suis differentiis ostendit, nec non problemata Aristotelica transtulit, & in ea commentarios edidit, ut ipse probat prima differentia. ¶ Opus quoq; de uenenis præclarum composuit, Scrpsit & super Mesue. Et antidotarium rem utilißimam excudit, quod perlegis, Totam antiquorum physionomiam compilauit. ut ostendit ipsemet in differentia. 54. Inquit enim, Piliquorum significationem sufficienter demonstraui in tractatu, quem de physionomia construxi &c. Hic floruit anno Domini. 1319. & fuit amicissimus summi põtificis Iani. Cui suas differentias dedicauit. Diu Parisius studuit ibiq; isignia doctoratus accepit. Ibidem philosophiam publicæ professus est, ut idem testatur in compendio sue physionomiæ.

¶ Tricassius Mantuanus.



N isto prio cap. Aduertendũ est (sicut & in principio in admonitionem præbui) ꝙ ruditas ingenii huius animalis (& etiam ipsius scriptoris aut compositoris suis) omnem cognitionem ue-

ritatis ab ipsis secludebat, nec modum alicuius scientiæ poterat percipere. Vnde ut præsens. cap. & additio conuenientius sequeretur post cap. 2. sequens lineæ. prio. ut unusquisq; clarius percipere posset huius scientiæ doctrinam ac ueritatem. ¶ Sciendum autem quod si in superioribus capitulis, expositione nostra, opus fuit, nunc permaximæ in isto capi. necessaria habetur Ad euitandam autem prolixitatem, exposui textum in proprio ca. uti esse debebat, & meliori modo, ne postea ipsius errores replicare;. Et hoc melius in uulgari percipitur. ¶ Vbi autē in Not. 1. dicit quod quando duæ lineæ breues tumescunt. breuem Vitam significare. Sciendū est quod hæ duæ lineæ sunt. Naturalis et Epaticha. In omnibus autem his semper considerāda est linea Vitalis. ¶ Not. autem quod linea tumida uidetur idem esse quod linea grossa, & tamen maxime differunt. Vnde linea grossa dicitur illa quæ lata & profunda est eandemq; proportionem habet in profunditate sicut et in latitudine. Linea autem Tumida dicitur quæ quidem non multum profunda est, attamē magis in superficiæ dilatatur. ¶ Multas alias fabulas, propter breuitatem, prætermisi. Not.


¶ Capitulum secundum Libri quinti & primæ partis. Chyromantiæ Conciliatoris.

SEcantur scientiæ sicut & res ex quibus sunt. Res autem ex quibus sunt scientiæ sunt tres scilicet naturales mathematicæ & diuine. Ideoq; sunt genera scientiarum principalium sic dicta. Res autem naturales iterum secantur, & secundum diuersos modos considerandi constituuntur ex ipsis diuerse partes, seu particulares scientiæ naturale. Ex quibus una est. quæ communi nomine nuncupatur. Chyromantia, & est ars cognoscendi inclinatiões uirtutumq; & passionum naturaliū, & fortunam, infortuniū cu

iuslibet per signa sensibilia manus. ¶ Teneoq; q sic se habent
Not.1. q inclinationes, huiusmodi hæc omnia non est necessitate seu cō
tra arbitrii libertatem euenire dicimus. Sed ex naturali incli-
natione seu diuinorum influxu, & sic euenire futura contin-
genter indicamus. Virtutem quidem dico, ut iustitiam tempe
rantiam robur prudentiam &c. Passionum, ut iram amorem
tristitiam gaudium &c. Fortunam autem quecunq; ab extrin
seco bona ut diuitias honores &c. Infortunium autem econtra
rio. Signa autem sensibilia dico, lineationes figuras longitudi
nem. breuitatē, calorem, asperitatem, lenitatem, pilositatē. Ma
nus autem dicitur pars organica humani corporis, in qua ap-
paret sensus tactus. Et a quibusdam organum organorum ap-
pellatur. Manus habet tres partes. Prima pars est, quæ est iter
duas lineas. Vnam existentem iuxta fine; ossis brachii ex una
parte, & alteram secundam existentem iuxa montem policis,
& etiam habet montem manus ex altera. Et dicitur. Rasætta
manus. Secunda pars dicitur palma quæ incipit a linea dictæ
rasætte tangens prædictos montes & terminatur ad radices
digitorum. Tertia uero pars digitorū dicitur. Et sunt quinq;
& quisq; habet tres iuncturas præter pollicem, qui duas ha-
bet. In summitate autem digitorum sunt ungues. Pars uero ex
terior dicitur dorsum palmæ & digitorū, seu dorsum manus.
¶ Linearum quæ sunt i manu, quædam sunt naturales, & quæ
cunq; ex nullo frigore, uulnere uel labore proueniunt. Et de his
consideratio est in artæ. Naturalium autem, quædam sunt uni-
uersales, quædam particulares. Vniuersales quidem sunt, quæ
consequuntur hominis naturam cōmunem, ut puta specificam.
Et tales reperiuntur in hominibus bene dispositis. Particulares
quidem sunt quæ sequuntur cuiuslibet indicii propriam natu-
ram. Et tales in diuersis diuerse sunt. Naturales quidem uni-

uersales quattuor sunt, & unaqueq; diuersimode nominatur.
¶Prima est quae dicitur linea uitae, eo ꝙ per ipsam humana
uita meditetur, uel dextra trianguli supremi. Et est illa quae
circuit Policem. Cuius ortus est inter pollicem & indicem, &
terminatur ad rascettam manus. Dicunt anothomici ꝙ haec
linea respondet cordi. ¶Pars illa quae est eleuata inter istam
lineam & iuncturam primam Policis, mons policis dicitur.
¶Secunda linea dicitur media naturalis eo quod per mediam
manũ extendatur & ẽt. Sinistra trianguli. Et ista sumit princi
pium ab ortu primae lineae uitae inter policem & indicem, quae
ab eius radicae extenditur per fundum palmae, Et dicunt ano-
thomici quod haec linea respondet cerebro. ¶Tertia linea dici
tur tabularis a quibusdam, uel basis trianguli eo ꝙ iungitur
praedictis lineis, & basis earum triangulum constituens. Et
ista linea quandoq; apparet in manu quandoq; non, & quan-
doq; non tota apparet. Partes ille ad quas adunantur iste lineae
dicuntur coniunctio, uel angulus. Et dicunt anothomici, quod
haec linea respondet epati, & stomacho. ¶Illud autem spaciũ
quod est inter istas tres lineas dicitur triangulus. Et ibi est con
cauum manus. ¶Quarta linea dicitur Mensalis eo quod men
sam palme constituit ex una parte. Vel dicitur moralis quia
mores ostendit, uel dicitur linea necessaria eo quod propter neces
sitatem clausionis, uel frexionis digitorum & manus creatur
uel dicitur linea martis. Et est illa quae circuit tres digitos sci
licet. Auricularem Medicum, & Medium. Et dicunt anothomi
ci ꝙ illa linea creatur ex concursu seu fluxu quorundam spiri
tum eleuatorum uel procedentium a praedictis membris ex
coniunctione praedicta quorum linea generatur. Illud au-
tem spacium quod est inter istas lineas scilicet inter lineam mẽ
salem & ipsam mediam naturalẽ dicitur mẽsa manus eo quod

ad similitudinē mensæ facta sit, uel dicitur quadrangulus manus. ¶ Partes autem quæ sunt inter lineam mensalem & radicem trium uel quattuor digitorum prædictorū dicuntur Montes digitorum. ¶ Illa pars quæ est inter lineam uitæ uel rapitis & radicem indicis dicitur mons indicis. ¶ Illud autē spacium quod remanet inter rascettam & basim trianguli, & lineam mensalem aliquantulum uersus dorsum manus, dicitur mons uel pectus uel uenter uel pinguedo manus. ¶ Pars uero istius montis declinans inferius uersus dorsum manus dicitur percussio uel scissio manus. ¶ Quidam autem hanc partem aliter diuidunt dicentes, ꝙ pars illa quæ est sub uētre uel monte manus inter radicem auricularis & rascettam & dorsum palmæ essentialiter distinguitur a prædicto monte, & dicitur percussio, uel scissio manus. Sed fortasse diuisio hæc non uidebitur tuta cum omnes partes principales palmæ per prædictas lineas & digitos distinguantur. Præterea debuissent ut uidebitur prædictam in duas diuidere, cum ipsa secetur a mensali linea, quæ est ex lineis principalibus diuidentibus palma, Diuisio itaq; manus talis est. ut supra diximus. Et ad faciliorem doctrine intellectum præsens hæc figura subsequitur.





¶ Tricassus Mantuanus.


Bicctio illa quã Conciliator adducit de pcussione nulla ẽ, et rõnes ipsius sũt nullius momẽti. Nã & Cõcauũ siue Vola manus sistit iter uitalem epati

chã. Et Mẽsalẽ, & tamẽ totũ istud spatiũ dicitur Vola siue cõ cauũ (ut ostẽdemus ĩfra figura. 3. & ipse ĩfra cap. 21. 2. partis) & Naturalis quæ est una linearũ principalium mediat in ipso Cõcauo. & ẽt percussio est una partiũ ĩfimarũ, & quõlibet põt capi, quoniã quodãmõ includitur Dorsum manus quotiẽscũq; ipsa percussio noĩatur. ¶ Additio. Tricassi Mãtuani.



Voniã aũt Cocles ĩ suis figuris, ĩ aliquo supfluus est (.s. nõ declarãdo, ea quæ figurauit) & in aliquo ẽ diminutus s. nõ figurãdo ea quæ exposuit. Iõ ad pfectionẽ huius sciẽ oĩa formãdo plures figuras applicabo et expositiõibus adornabo. ¶ Primo igitur (ne oĩa simul cõfundãtur) q̃uis Cõciliator cap. 12. 2. ptis huius hoc exponat, tamẽ hic simul Not. ẽ q̃ Triangulus (ille de quo supius dictũ ẽ) hẽt tres Angulos (ut ĩ supradicta figura cõspici põt) & ille quidẽ qui cãtur ex linea Vitali & linea naturali, dicitur Angulus Supmus. Alius aũt qui cãtur ex naturali & Epaticha dicitur Angulus sinister. Qui aũt cãtur ex Linea Epaticha & linea uitali dicitur Angulus dexter. ¶ Si aũt & diligẽter cõsideretis ĩ cap. pcedẽti nullã determinationẽ inuenietis circa Planetarũ collocationẽ, & tamẽ ipse oĩa figurat in locis sibi atributis, similiter nec mẽtionẽ facit d' uia lactea (nisi. 1. li. quæsito. 9. & male) & tamẽ hic eã describit. ¶ Similiter & de sororibus linearũ pricipaliũ, nihil loquitur nisi ĩ. 1. li. quæsito. 15. Not. 3. de. S. lineæ uitæ, & de aliis satis cõfuse, hic aũt duas prias describit aliis ĩ tactis. ¶ In pria quoq; figura posuit cĩgulũ Veneris & nullibi adduc dixit qđ sit nec de eo smonẽ hũit. ¶ Qua ppi. 3. figuris pticularibus, oĩa describã ac declarabo. ¶ Sũt igitur lineæ quæ dicũtur Sorores linearũ pricipaliũ, & aliquãdo Vitalis linea duas Sorores hẽt, unã ex utraq; pte, & hæ magis reperiũtur q̃ aliquæ aliarũ, pluries

quoq; repi Sororē naturalis q̄ aliarū duarū. S. aūt lineæ Epaticæ difficilior est ad cognoscendū, propter alias lineas quæ ibidē aliquando possunt reperiri ut dixi. lib. 3. Quæsito. 9. Eorū autem noticiam ex sequenti figura patere potest.




¶ Tricaſſus Mantuanus.



IN prima quoq; figura cingulum Veneris deſcribit abſq; alia declaratione. Vnde & pro notitia talis lineæ ſciendum ꝙ in huiuſmodi linea multi decipiuntur propter alias lineas ibidem repertas & quaſi ſub eadem forma. Quapropter aduertendum eſt ꝙ quotieſcunq; lineæ inueniuntur principium habere inter medium & Indicem, finem autem habere in Anularem & Auricularem, aut proportionaliter ita eſſe, ſemper iudicandum eſt pro cingulo Veneris. De quo notitiam habebitis libro. 3. in pluribus locis, ſimiliter & de aliis. ¶ Via autem lactea, de qua mentionem fecimus lib. 1. Quæſito nono. eſt quædam linea quæ aſcendit a Raſcetta ad Auricularem, quæ communiter laſciuiam ſignificat, aut nocumentum propter laſciuiam, ſi fracta eſt. Videatis in chyromantia mea, prima parte. capitulo quinto. & tertia parte. figura. 33. & 36. ¶ Concauum manus eſt una pars ipſius palmæ, quæ tamen pluribus ex partibus formatur, ut dicitur in noſtra chyromantia. figura quarta. prima parte. capitulo quinto. Ita ꝙ concauum eſt illud ſpacium quod eſt inter uitalem epaticam & menſalem terminatum in oppoſito ſpacii in Auricularem & Anularem, & inter medium & indicem. ¶ Eſt etiam alia linea quæ dicitur Saturnina, nec a Raſcetta per concauum manus aſcendit ad digitum Medium, ſignificat autem bonum aut malum circa res immobiles & Saturno deditas, ſm ꝙ in ſeipſa proportionatur. Omnia autem hæc in ſequenti figura patere poſſunt.

Sunt autem




Tricassus Mantuanus.

Sunt aũt in manu septem loca particularia in quibus locantur septem planetæ, prout in talibus locis repe

põũtur signa significatiua effectuum f͠m naturã ipsorum pla
netarũ succedẽtium, ꝑut in tali dominio cõstituuntur, sicuti. I.
libro. quæsito. I. ostẽdimus, & a Cõciliatore eorũ põnẽ in sequẽ
ti cap. hẽbitis. Et ad eorũ declarationẽ sequẽs figura notatur.

Z.



¶Cap.III.scd'i libri & primæ partis Chyromātiæ magnæ.

SEd quia fortuna manus cuiuslibet est scripta diuinis litteris, ut ait Iulianus in hac arte peritissimus. Idcirco nobis omnia ostēdere quæ sunt in hac arte s̄m nostri possibilitatem intellectus, et ducere ad lumen ea quæ obscura sunt, & ostendere quæ sunt in manu diuinæ litteræ, & partes planetarum, & qui sint Saturni, & Iouis, & cæterorum planetarum, & quid illis accidit s̄m naturam propriam sui planetæ, Quid diuinæ litteræ in eis significent, & in hoc sequemur antiquos philosophos s̄m Hælenum Priami, & huic arti diuinæ mirabilia adiunxit, & cæteris peritißime descripsit. ¶Sunt autem in manu diuinæ litteræ nihil aliud q̄ signa uel lineæ planetarum uel stellarum, de quibus inferius plenarie dicetur. ¶Partes autem planetarum in manu sunt septem. ¶Luna habet partes in manu. s. rasettam, montem manus, & quadrangulum manus, & ea quæ iuxta radices eorum sunt, & lineam basis trianguli. ¶Mercurius habet digitum minimum cum suo monte. ¶Venus habet pollicem cum suo monte. ¶Mars habet triangulum & lineam mediam. ¶Sol habet digitum anularem cum suo monte. ¶Iupiter habet indicem cum suo monte. ¶Saturnus habet digitum medium cum suo monte.

¶Cap.IIII. de Saturno,


HI qui sunt de natiuitate Saturni habēt multas lineas in digito medio plusq̄ alibi, et sp̄aliter quādo quædā linea oritur a rascetta & extenditur per palmam usq; ad hunc digitum. Hi tales sunt cōmunes amici utilia consulentes, graues in mente, & duri in cogitatione, non multum audaces in factis, comestores, superbi, & simulatores, iactatores, cum paucissimis uerbis,

& insaciabiles. In agricultura & in edificiis delectabuntur, & per longas terras erunt peregrini.

¶ Quid diuinæ litteræ significent in loco Saturni.



uero qui diuites sunt usq; ad senectutem in negotiationibus & mercationibus erunt, hi uero qui pauperes in laboribus semper erunt, hi uero qui diuites sunt, læduntur ægritudine neruorum. Illi autem. s. pauperes læduntur a filiis uel a consanguineis, uel a proximis, & in his oībus ingrati uidebuntur, leuiterq; iras sustinebunt. Pingues in senectute sine ægestate habentur. ¶ Si autem aliqua istarum figurarum uel aliquid assimiliāter alicui istarum reperiatur in loco Saturni, erit congregator pecuniæ. Nobilium atq; magnatum tales amici erunt, & incident aliquando in multitudinem ægritudinum. ¶ Signa Saturni.



¶ Tricassius Mantuanus.



N hoc quarto cap. aduertēdum est ꝙ titulus ille qui hunc capitulum diuidit superfluus est, & est una eademq; expō cum superiori, & ꝙ hoc sit uerū uideatis lib. 3. cap. 224. & cap. 218. & . 219. Dico autem amplius ꝙ in loco Saturni nō debent poni litteræ diuinæ, aut caracteres similes. In oībus namq; locis aliqua reperitur præterq̃ in loco Saturni. ¶ Cap. V. de Ioue.



E Ioue sunt qui habēt lineas in radice indicis plures, & specialiter una naturaliter uadit ad prædicti digiti partes. Hi enim ascēdēdo sunt pulchri, sapiētes, iudices iusti, fideles, religiosi, & timor dei est cum illis. Bene morigerati, audaces.

in periculis, misericordes, elemosinarum elargitores, ueridici. Gaudent autē risu & multitudine loquutionis & coitu si sunt layci filios habeant duos. Diligunt bonum & odiunt malum; et si tales lineæ sunt pulchræ non intercisæ, dignitatem aut præ lationem ostendunt.

¶ Quid diuinæ litteræ significēt in monte & loco Iouis.

SI autem figura. A. uel similis sibi reperiatur in loco Iouis, erit diuitiis plurimis abundās, ueridicus, & nobiliū amicus, & si tales figuræ turpes sint patres uiolabunt. ¶ Si figura. B. erit fortunatus & diues. Dilectus quoq; & ualēs apud reges, & si talis. B. sit modicum colorata erit religiosus aut cōuersans cum ipsis, uel erit homo honestæ uitæ, & magnus. ¶ Si autem C. a regibus erit dilectus, & Dux uel rector exercitus. ¶ Si autem figura. D. erit infidelis maior oīum in suo genere, & cō miscebitur nobilibus, & cum uxore ꝓpinqui uel patris eius cō mittet incæstum. ¶ Si autem figura. E. per mulierem habebit bonum, parētes tamē eius quādoq; odio eum habebūt. ¶ Si autem figura. F. cōmixtionem Regum, & rerum ipsorum dispo sitionem habebit eritq; sapiēs in causis & iudiciis discutien dis. ¶ Si autē figura. G. erit bonæ famæ apud sibi notos. Sed in ueritate cum mulieribus luxuriam perpetrabit. ¶ Si autē figura circularis uel quasi circularis, aut ut Scutum, erit hō nobilis qualitatis, sapiēsq;, & discretus in oībus, Nobilis aī, subtilisq; & alti ac penetrabilis intellectus, oīumq; sciētiarū interpretator & expositor erit, et spāliter artiū ꝓfundarū ac occultarū. Eritq; amabilis ultra modū. Et nō hēbit amicos fi deles. ¶ Ab īfantia usq; ad ultimā iuuētutē, ſm qualitatē sui erit egenus, & in iuuētute ultīa hēbit sūmū statū & nobilē. Erit dilectus ab oībus ꝓpter diuitias. Et ꝓpter fidelitatē suā

patietur dãnũ cã seruiẽdi amicis in adolescentia. Eritq; apud reges & principes notus & dilectus ab eis & ẽt a ppinquis suis, erit ẽt ab extraneis extra patriã dilectus. ¶ Si uẽ ãt aliqua istorũ signorũ uel aliquid similiter hũerit i loco Iouis erit fortunatus, & bñ lucrabitur, et erit piguis, sed pauper et debilis ei, a cognitiõe peruersa succumbetur, deuictus dãnũ patietur.



¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Illa expositio figuræ circularis nõ habet aliqualem ueritatem, & sibimetipsi cõtradicit in hac eadẽ respõsiõe (ut clare patet perscrutãtibus) & clarius hẽbit lib. 3. cap. 191. et. 189.

¶ Capitulum. VI. de Marte.



E Marte sunt qui habẽt lineã uitæ & mediã naturalẽ cõiũctas itẽ so colore, erũt hmõi audaces hoies, faciẽtes utilia, absq; pinguedie, prõpti ad bella, p quottidianis incõstãtes, ferocesq;, & impii, sine uerecũdia, male sociabiles, fornicatores His quoq; neq; defectus, neq; superabundãtia erit usq; quo se poterunt adiuuare.

¶ Tricassus Mantuanus.




Vãdo i isto. 6. cap. dicit uitalẽ et naturalẽ hẽnt cõiũctas, falsum est, imo dẽnt esse disiũctæ. Et hæc est ppria figura & situs taliũ linearum quãdo significãt hoies martiales. ¶ Quando aũt in eodẽ loco sequitur, q hmõi hoibus nunq̃ aliquid deficit quoad poterũt se iuuare. Sciẽdũ est q hoc intelligitur quoad uictũ. Et hoc puenit, quia semper sequũtur hoies superbos, pdigos, et martiales, qui tãtũ hmõi societatibus gaudẽt, abundãtesq; in redditibus ac ptriis puẽtibus, sicq; sẽper

ad illorũ mẽsas ac q̃dros uiuũt. Et senectutẽ suam miſe cõplẽt.

ℂQuid diuinæ litteræ significent in loco Martis.



sed diu uiuet, et erit ingeniosus. ❡Si prædicta linea erit bene recta & larga in medio aliquãtulum diuisa & riuulosa & boni coloris, tunc ostẽdit bonam dispõnem epatis, & ecõtrario, quando ista linea alba est in colore & grossa, in substãtia multum attestatur super choleram, & si talis linea 3
utrãq; lineam tãgit. s. uitæ & capitis, tunc est signum maioris operationis membrorum principalium. ❡Si ex his tribus lineis triãgulus in nulla sui parte cõiungatur, stultitiam, & luxuriam ostẽdit. ❡ Si in medio triãguli sit una linea intersecãs 4
lineas principales, discretum illum ostendit in rebus dan-

dis & in omnibus uitiis. Si triangulus fuerit latus cum præ-
dicta linea, tunc signum est q̃ habet magnam uoluntatem lar
giendi ratione leuitatis, & cum extensæ sint lineæ, tunc ille ta
5 lis refrenat se ratione discretiõis. ¶ Si linea epatis uersus bra
chium fuerit bifurcata, tunc in muliere malam mortem signi
ficat propter peccatum commissum, ut etiam testatur quidam,
& præsertim Ptholomeus paruus in sua chyromãtia. ¶ Item
6 si quædam linea scindat eam & transeat in concauum manus
signum est proximæ infirmitatis. ¶ Quando linea epatis &
7 capitis distant, tunc significat illum hominem sibiipsi placen
tem, fatuum, crudelem, uanos sermones proferentem, inuidum,
prodigum, detractorem, & mendacem. ¶ Quando angulus
8 causatus a linea uitæ & epatis fecerint crucem, significat bo-
nitatem intellectus, & naturaliter ille inclinatus est ad bonũ.
Et si i[illegible] non sit angulus nec iniungatur dictæ lineæ, uanitatem
9 & instabilitatem ostendit. ¶ Et ego dico q̃ quando ex linea
epatis & saturnina cũ media naturali .s. in fine, causatur trian
gulus, & tunc significat dispositionem ad nicromanticam fa
tuitatem, ut inueni persæpe, & si in proportionem optimam re
periantur subtiles indagatores antiquorum negociorum & re
10 rum arguit. ¶ Ait Hermes, & Aristoteles, & etiam Ioannes
Hispanus, De basi trianguli est dicendum, q̃ quis in pluribus
manibus non inuenitur (nisi in senectute propter exercitia ope
rum,) & si in iuuentute cessante labore & causa legitima nõ
apparuerit, calorem designat, & cutis subtilitatem, & cum
hoc coleram & eius proprietates, ut sunt, agilitas corporis, nã
uelox est, cito loquitur, amat uina fortia, cibos calidos. Si uero
manus debilis & mollis fuerit, carens hac linea, frigidita-
tem & flegmaticæ complexionis hominem significat, et eius
proprietates .s. pigrum, tardum in loquendo, & impeditum,

libenter dormientem, & somniantem significat. Et cum his defectum uirtutis generatiuæ et digestiuæ. ¶Si autem a plu- 11
ribus lineis pallidis interceptam fuerit, malam digestionem si-
gnificat, & dolores uarios ex ipsa procedentes. ¶Et quando 12
linea aliqua notabilis non profunda in modum paruæ cicatricis secat dictam basim in medio, ægritudinem præsentem significat, propinquam, uel futuram. Si tamen fuerit rubea, sed si pallida fuerit similis carni iam quasi antiquatæ, significat ægritudinem iam transiuisse. Et quanto est minoris apparentiæ, tanto iam ægritudo magis præteriit. ¶Et est bene notandum quod omnis ægritudo a linea uitæ procedēs designata a corde, pulmone, & dyafragmate trahit originem, & per mediana a capite & cerebro, per basim ab epate & stomacho, quia hæc principalia membra per prædictas lineas distinguntur, prout Alchindus commētator in de secretis secretorum ostēdit. Not.

¶Tricassus Mantuanus.

Circa nonum signum huius decimi capituli, Aduertatis quod ista expositio est ex propria auctoritate Coclitis, & ideo impossibile est aliquid boni habere, nec etiam tale signum recte descriptum fore. Vnde dico quod impossibile est lineam epatis, & naturalem ac Saturninam aliquem triangulum formare uersus montem manus qui talem habeat significatum. Hæc autem est uera descriptio talis signi & sui significati expositio, scilicet, quod quando a Rasceta Linea ascendit ad naturalem per transuersum lineæ epatis, ita quod ex ipsa & linea epatis insimul cum naturali formatur quidam Triangulus, significat hominem dispositum ad omnes illos effectus, quos Cocles describit. Et talis situs aut figura non potest formari a saturnina, quoniam saturnina semper habet trāsitum suum circa ui-

tale. Ista autem linea quae talem triangulum format praeuenit a Rascetta uersus finem montis manus, sicuti & in responsione. 9. Quaesiti declaraui. ponēs differētiam illarū triū linearū.

¶Capitulū. xi. secunde partis. De lineis circundantibus lineam basis seu epatis.



Vando quedam paruae lineae capillares pallidae seccant praedictam lineam epatis diuersimode. signum est male digestionis & doloris puenientium ex abundantia, flegmatis & caloris debitis, ¶Et quādo quaedam linea bene rubea notabilis secat predictam lineam epatis & transeat concauum manus, signum est proxime infirmitatis. Et si linea praedicta quae secat lineam epatis fuerit pallida & delecta signū
1 est praeterite infirmitatis.

¶Capitulum. xii. secunde partis. De triangulo in generali.



Via superius diximus significationes trium linearum generalium specialium & existentium circa ipsas & hoc ab arte. Nūc autem dicimus
2 de ipsis in quantum una coniungitur alteri facientes angulum. Et cum hoc terminabimus significationes ipsius trianguli cum suis praeminentiis uidelicet angulis lineis & figuris. Triangulus debet esse equilaterius angulorum uel
3 fere, pulchrarum linearum bene coloratarum et rectarum, sic namq; signum est bone naturae sanitatis longe uitae securitatis & amicitiae uere cōplacentiae & excellentis famae ecōtrario cōtrarium denotat, & si spatium trianguli sit satis magnum et latum largitatem & audaciam ostendit, & specialiter si non sit multum rubeum in lineis, et planum sit, si sit paruum significat contrariū, & si tale spatium sit rugosum aspectu signū est siccitatis in neruis. Et si ibi fuerit liuor. signum est proxi-

mi doloris, aut ꝙ iste est calidus deceptor et iracūdus, & si sit rugosum scilicet & molle flegmaticā cōplexionē demonstrat.

¶ Capitulum. xiii. secūdæ partis. De angulis in speciali. Et primo de angulo supremo.



Ngulus supremus terminatur tribus modis a p̄dictis duabus lineis. Vno mō sic ꝙ linea uitæ et media naturalis tangūtur in cōcauo manus quasi ex opposito illius spacii quod est inter indicem & mediū tūc significat miseriā uitæ & captiuitatē animi. et auariciā & sollicitudinē circa cumulationē pecūie. Secūdo modo fit quādo prædictæ duæ lineæ coniungūtur recte ex opposito medietatis indicis & faciūt angulū acutū, & tūc est signum subtilitatis ingenii bone dispositionis & dantis cū ratione habet facilitatē atq; est inculpabilis uitæ. Tertio modo quādo p̄dictæ duæ lineæ nō bene cōiunguntur simul sed distant ab inuicem prædictæ duæ lineæ, notabiliter purū spatiū dimittētes, & tūc significat impurū uirū sibi ipsi placētē fastidiosum crudelē subsanatorem malū, debitorē absq; laude uanos & inutiles p̄ferentē sermones imundū inuidū detractorē prodigū mēdacē & fatuum ac crudelem, & talis si fuerit seruus uel in captiuitate positus nunq̄ liberabitur. Si fuerit liber aut domus aut rex uel princeps misera finietur uita, et si illud spacium sit callosum aut durum uel siccum ac coloratum, significat deceptorem magnum & absq; causa irascentem. & si tale spatium fuerit læne aut mollæ ualde significat hominem dimittentem bonam conuersationem, & prosequētem malam & talis delectabitur in mulieribus cantilenis & ornamētis pulchris. Et si tale spaciū sit male rogosum inuidū detractorē & cauillatorē & garrulū demonstrat. Aliquādo prædictæ lineæ nō distant notabiliter & sunt ualde propinque, & tūc significāt migra-


tionē in bello cum aliquo, aut moriētem periclitādo cum feris. ℭAliquādo prædictæ duæ lineæ nec sic distātes notabiliter colliguntur ab uno uel duobus baculis utrinq; se tangentibus. & tunc significat hominem pœnitentem expensarū & largitatis fuctæ. Aliquādo talis baculus uel baculi oriuntur ex una & uadūt prope aliam & tunc significat uinosum & ebriū.

2 ℭAliquādo prædictæ duæ lineæ coniunguntur per quosdam baculos intersecatos ab aliis duobus, & tunc signicant inuidiā destructionē inimicitiā & oppressionem, Aliquando prædictæ duæ lineæ coniunguntur per quasdā cōstantes ad modū retis, & tunc significant hominem uiuētem ex mala uita ad infelicē tamen finem. Si non sit linea impediens.

3 ℭEt quādo prædictas lineas quædam linea semicircularis scindat locum ubi coniunguntur prædictæ duæ lineæ facientes istum angulum & unum caput prædictæ lineæ respiciat uersus partes brachii significant ꝙ ille excecabitur, & si talis linea semicircularis sit in Triangulo prope supremum angulum & eius cornua respiciunt uersus partes digitorum turbationem familie atq; domus eis significat.

4 ℭQuando inuenitur linea tortuosa, breuis & apparēs in hoc Angulo. dicitur quod informabatur infra annum maxime si fuerit rubea, & si reperiatur ibi ueluti crux aut Stellas per mulierem hereditatem uenturam denotat uel habitam nota tamē caloris, & quot tales figure reperiantur ibi tot hereditates demōstrant. Et si iste angulus rubeus ibi plusꝙ alibi, gestas, filium si sit mulier prægnans.

ℭTricassus Mantuanus



Vantū ad. 2, modū siue differētiā Anguli supremi. Sciēdū ꝙ descriptio illa siue expositio falsa est. Ad hoc autē ꝙ uera expositio hēatur, ubi ipse dicit illas lineas debere formare angulū acutū

debet legi non acutum sed aliqualiter largũ ueluti inclinatum
ad naturam circularem. Et ista est melior forma quã angu-
lus supremus ualeat habere. Verũtamẽ & adhuc quãdo est a-
cutus aliqualiter participationẽ habet cum illis effectibus præ
ualet autem magis si supradicto modo inueniatur.

¶ Capitulum. xiiii. secundæ partis, & de angulo dextro.



Ngulus iste dexter fit tribus modis a linea uitæ
& bassi trianguli. Vno mõ quãdo fit acutus. Alio
modo quãdo fuerit obtusus. Tertio modo quando 1
fuerit rectus. ¶ Quãdo iste angulus fuerit re-
ctusuel quasi bene apparẽs, & bene coloratus, significat boni
tatẽ cordis & sanguinis & fortẽ uirtutẽ, & talis naturaliter 2
inclinatur ad bonũ. ¶ Quãdo prædictus angulus est acutus si
gnificat auarũ. & quãto acutior est tãto magis auarũ & ecõ 3
uerso. ¶ Quãdo iste angulus est obtusus siue grossius signũ est
male dispositionis naturæ, & ruditatẽ, siue ratione dãtem, nec 4
nõ pigrum negligẽtem, & somnolẽtiã denotat. ¶ Et si ibi non
fuerit aliquis angulus neq; cõiungantur prædictæ lineæ uaric-
tem animi & sine stabilitate & fide hoiem denotat. Talis. n.
est cui nulla fides neq; cõscientia inest. Non. n. curat de aliquo, ni 5
si solum ꝙ possit quæ desiderat implere. ¶ Et quando in dicto
angulo reperitur figura quadrata uel similis, si fuerit ualde
rubea impregnationẽ masculi significat. media quadra. et me
dia semicircularis & si tales figuræ sint pallide aut deletæ, ꝓ
dicta esse præterita denotat, & si fuerint intercise, significat
impedimentum, & si plures tales figure ibi fuerint signũ est
ꝙ plures impregnationes habebit quot tot, aut forte plures, fi-
lios gerit i utero si color sit intensus, et si quædam parua crux
reperiatur ibi bene disposita signu; est honestatis, ut dicunt &
boni finis.

¶Tricassus Mantuanus.


D claram noticiam percipiendam huius nois siue uocabuli (angulus obtusus) sciẽdum est ꝙ angulus obtusus potest intelligi dupliciter uno modo, ꝓut in Mathematica, aut Geometria accipitur. s. ſm ꝙ angulum quẽdam tantæ latitudinis, sicuti angulus rectus et aliquid plus, ita ꝙ linea recta cadẽs super aliam lineã rectam & faciẽs angulum unum obtusum, alter angulus est acutus. s. hoc modoĩ Alio autẽ modo dicitur angulus obtusus, qñ. tali unione linearum aliqua illarũ (& maxime illa de qua quæritur) nõ est apparẽs, immo uidetur quasi deleta, & potius uestigium lineæ eſſe ꝙ linea. Et quotiẽscũq; uocabulum hoc (. s. obtusum) in chyromãtia reperitur, si hoc de aliquo angulo dicitur, põt intelligi altero istorũ modorum. Cum aũt loquitur solum de aliqua linea uel de pluribus lineis, intelligitur solum de scd'o modo. s. ꝓut scd'o modo aliquid dicitur (obtusum) & sic eorum significata habentur. Si aũt dicatur de aliquo angulo & cõtigerit oĩbus istis modis reperiri, significat adeo efficatiorem effectũ designare. Et quãdo eſſet rectus aut acutus, sed obtusus secũdo modo, significat minorem efficatiã effectus designati. ¶Quo ad. 14. signum sciẽdum est ꝙ quotiẽscunq; reperitur ꝙ angulus dexter nõ est unitus, semper malum significat. Et quãdo in eodẽ angulo inuenitur aliqua alia linea ipsi uitali unita ac uersus mõtem & cõcauum manus aſcẽdens: aut etiam inueniuntur aliquæ lineæ interſecatæ, in modũ crucis: minuit malignitatem ipsius effectus significati.


¶Cap. XV. scd'æ partis, de angulo sinistro.

Ngulus ille qui causatur a linea capitis et base triãguli dicitur ãgulus sinister. Si aũt sit rectus

uel quasi significat bonitatē intellectus & sensus atq; lōgitu
dinē uitæ. Si autē fuerit acutus maliciosum atq; cauillosum de
mōstrat & si fuerit obtusus signū est ruditatis & malæ cōstā
tiæ, & si nō fuerit talis angulus debilitatē stomaci atq; epatis
denūciat. Et si ī isto angulo. uel aliis angulis uel ī triāgulo īueniā
tur aliq̄ lineæ ī modū crucis et linea semicircularis sibi iungatur
significat ī crucæ suspēdi. ℂ Cap. xyi.. De. iiii. linea. s. mēsali.



Vando hæc linea fuerit bene cōtinua satis lon-
ga profunda lata significat bonam dispositio
nē naturæ & mēbrorū maiorū. & uirtutē in
membris generatiuis necnō iustitiā bonos mo
res perseuerantiam in bonis operibus attesta-
tur. Et si elongetur ultra medietatem indicis signum est crude
litatis & magnæ iræ, & maxime si fuerit rubea. Et etiam si-
gnum inuidiæ & detractionis maxime si in fine eius sit palli
da. ℂ Si hæc linea habet ramos rectos ad superius tendentes
uersus indicē signū est exaltatiōis & honoris. Et si talis sit pau
per ascēdet gradatī ad p̄dicta. ℂ Si dicta linea sit nuda sine 2
ramis ueniēs ad radicē īdicis, infortunatū sine diuitiis & du-
re uulneratū ostēdit. ℂ Et quādo p̄dicta linea uadit ad radicē ī 2
dicis & in fine eius firmatur et ex altera parte quidā ramus
eius respiciat radicē policis significat ut supius diximus sed 3
tādē erit fortūatus dulcis ī aīo largusq;. ℂ Si pes huius lineæ
uadit uel rami eius uadūt ad lineā capitis supius, certa sibi p
ficua talis capietur adulatiōibus et uerbo mēdaci, eritq; placēs 4
gētibus. Sed ī absentia pūgitur scorpio & murmurat. ℂ Et si
hæc linea sit coniūcta cū linea capitis & linea uitæ, ita q̄ iste
tres lineæ faciant unum triangulum, in tanto erit periculo & 5
timore q̄ pœnitebit eum huius esse naturæ & q̄ unq̄ natus
sit. Et si hæc linea coniungatur cum linea uitæ & faciat angu

lum eum ea, & non sit ibi media naturalis, talis decapitabitur
illico uel ex improuiso, aut uulnerabitur letabitur. Et si hæc li-
6 nea respiciat mediã naturalẽ erit in periculo & timore mor-
tis sed bene euadet, & hoc erit per mulierem. ¶ Et si linea mẽ
salis sit recta & subtilis in fine uersus montem indicis siue in
parte superiori significat diminutionem suæ substantiæ. Si au-
tem in parte inferiori fuerit plana & lata habens bonam radi
cem ac bonum colorem significat restaurationem de amissis.
7 ¶ Si talis linea respiciat digitum medium a latere indicis, iu
uabitur a fortuna. Oportebit eum tamen aliquando adulterem
esse, & unico uti amico, a propinquis tamen ledetur. ¶ Si pes
8 huius lineæ finietur infra digitum, nunq̃ erit sine quæstionibus
& angustiis. ¶ Si hæc linea diuidatur prope pedem uel finem
9 eius, & uadat inter indicem & medium et alius ramus sit uer
sus montem significat substantiam in uictu, & in his quæ ne-
cessarie sunt etiam ostendit, & talis habet uitam sine cogita-
tione, nam alii lucrabũtur pro eo, & erit diues pro mulieribus.
10 ¶ Si prædicta linea non firmetur iuxta digitos, sed tantũ ter
minet digitum medium, sicut quis manebit, uita sua cum peri-
11 culo. ¶ Quãdo hæc linea habet quasdam grossas crepaturas
& inordinatas nefandam luxuriam demonstrat, & speciali-
ter si color eius sit intensus. ¶ Quando hæc linea est conuenien
ter profunda bene & continua & ibi appareant quædam pun-
12 cta aliquantulum subrubea, denotat continentem & si hæc li-
nea sit satis discontinua pallida uel causata a pluribus lineatu
ris ac lineis capillaribus & sit granosa, debilitatem caloris na
13 turalis & impotentiam coitus demonstrat. ¶ Et dicunt qui-
dam ꝙ si supradictam lineam quædam sit fouea ex opposito
digiti annullaris significat hominem uel mulierem diligentẽ
14 religiosos uel rem cum eis habentem uel cum similibus. ¶ Si

hæc linea ſit magis rubea q̃ alie principales, uel aliæ principa
les ſint pallidiores ipſa dolorem inteſtinorum & inferiorum
uel genitalium membrorum oſtendit. ¶ Signum laboris in ui- 15
ta tota, eſt quando linea menſalis eſt bifurcata uerſus indicem
uel mediũ. ¶ Signum longi ſtudii, & dilectionis eſt quando li 16
nea Menſalis eſt bene lata profunda & beneſcolorata & recta
ſub indice in palma extenſa. & etiam eſt ſignum perſonarum
ſecretarum dilectionis, ideſt religioſarum. ¶ Item ſi in eadem 17
linea menſali gradus fuerint, & aſcenderint gradatim ad In-
dicem ſecundum quantitatem graduum, & qualitas eius ha-
bebit honores. ¶ Et ſi in eadem linea in fine eius linea quædam 18
recta ab ea exierit & aſcẽderit, digitumq; indicem recte ſcin
derit. audaciam rectã figit. Sed ſi inter duos digitos ſe extẽde
rit. per uulnera moriturũ portendit. Si groſſa linea fuerit uul-
nera capitalia indicat ſi ſubtilis inferiora. Si rubea erit erunt
uulnera in pectore. ¶ Si linea menſalis unam lineam inter Me 19
dium & medicum porrexerit. Labores & anguſtias q̃ plures
oſtendit. Eadem ſi ſubtilis eſt & rubea, minuit prædicta. Si au
tem ſit groſſa & rubea auget, Si in pluribus locis interciſa fue
rit labores cum requie intercidet. Si in pluribus locis a radice.

¶ Tricaſſius Mantuanus.


T habeatis notitiam. 2. ſigni huius capituli &
17. uideatis. 13. figuram noſtræ Chyromãtiæ.
¶ Quo autem ad ſignum. 6. uideatis lib. 3. ca
pi. ſigno ne forte in aliquem errorem ellabami- 20
ni. Et diligenter conſideretis ſi aliquem ſignum
inimicitiæ habuerit, aut non, & ſit indicabitis prout ex tali
apparentia uidebitur expedire ſcilicet aut ſuper inimicos for-
tunari, aut Diuitiarum reſtauratione lætari.

¶ Capitulum. xvii. ſecunde partis, De lineis ſcindentibus &

circundantibus lineam mensalem.



1 Vædam linea intersecans mensalem ueniens ex
quadrãgulo uadens ad superius, & in capite
illius lineæ sit crux parua, signum est uiolẽtæ
2 mortis ex parte bonorum suorum. ¶Si linea
oritur ad uitæ lineam ex parte digitorum trã
sierit secando prædictam lineam mensalem, et in fine si crux,
3 misera morte finietur, & forte nimia culpa. ¶Item si quædã
linea arcualis sit iuxta mẽsalem, infideles amicos ostendit, &
cum difficultate acquirit omnia. ¶Si quædam lineæ paruæ
4 sint iuxta radicem mẽsalis, infirmitates in prima ætate osten
dit, & si tales lineæ sint iuxta medium mẽsalis, significãt in
ultima ætate. Et si tales lineæ procedãt a parte superiori, erit
infirmitas ex cholera. Si autem ex parte media, aut maxime
tẽdit ad superiorem partem erit, tunc ex sanguine. Et si magis
uersus inferiorem partem erit, tunc ex melãchonia, & sic de
causa mortis naturalis iudicare potes, & specialiter si digito
rum lineæ quæ complexionatæ dicuntur (de quibus inferius di
cetur cap. 31. signo. 2.) concordant cum istis, specialiter debes
respicere numerum uel significationem istarum linearum. Vn
de si plures tales lineæ reperiãtur a parte superiori q̃ a parte
inferiori si sint in fine mẽsalis, erit mors ex cholera, & specia
liter si linea mẽsalis tendat ad partem superiorem ac propin-
quiorem cordi, si linea mensalis uadat a parte inferiori, sed si
linea non sit neq; a parte superiori, neq; a parte inferiori sim-
pliciter, considera cui parti magis inclinetur. Quia si superio
ri parti linea mẽsalis incedat recte inclinando se magis supe-
rius q̃ inferius, erit mortis causa ex sanguine. ¶Si autem ecõ
uerso, erit ex melanconia, ut dicunt.

¶Capitulum decimum octauum secundæ partis, De Soro-

ribus Linearum.

POstq̄ determinatum est de quattuor principalibus lineis generalibus & de existentibus circa ipsas. Nūc breui s̄mone de quattuor aliis minus generalibus quæ quattuor primis assimilantur dicemus, quæ quidem lineæ sociæ siue sorores linearum principalium uocātur. Prima dicitur soror uel socia lineæ uitæ. Cuius ortus est a radice prædictæ lineæ uitæ, & extēditur per cōcauum manus usq; ad mediam naturalem, aliquādo extenditur usq; ad digitum Saturni, & ideo uocatur a quibusdam saturnina. Si autem hæc linea extendatur usq; ad digitum Saturni circa multa, sollicitum ostēdit esse. Et si hæc linea sit tortuosa, grauabitur īfirmitatibus. Et si soror lineæ mediæ sit pulchra, significat hereditatem uēturam. Et q̄to melior sit tāto meliorem ostēdit hereditatem. Et debes scire uniuersaliter ꝙ in oībus lineis generalibus si sorores earum sint duplicate, duplicatur earum benignitas, & si lineæ principales sint malæ, & lineæ sorores male, duplicatur eorum malitia. Et si principales lineæ sint bonæ, & lineæ sorores malæ. nō habetur ꝙ decedant de sua bonitate. Et si lineæ principales sint malæ & sorores earum bonæ, deprimunt malitiam principalium. Not.1 Not.2

¶ Tricaßus Mantuanus.

SCiendum est ꝙ multi decepti sunt in hoc ꝙ dicit sororem uitalis, siue saturninam habere pricipium suum a radice ipsius uitalis, dicuntq; lineam uitalem principium suum habere a brachio siue ab ipsa rasctta. Hoc autem prouentum est ex ignorātia huius sciētiæ, & propter malam expositionem huiusmodi saturninæ. Debet autem sic exponi, ꝙ. s. saturnina habet principium suum circa uitalem, sicuti a propria radice, & per cō-

rauum ascendit ad naturalem. Et hac de causa (si bene aduertatis) superius declaraui in. x. cap. huius. 2. partis. circa. 9. signum. ꝙ saturnina semper situatur circa finem uitalis & nō in monte manus aut circa ipsum montem, ꝙ autem hoc uerū sit ipse Conciliator in. 2. cap. primæ partis huius. 2. libri dicit ꝙ uitalis originem habet inter policem & indicem. Ex quo facile apparet expositionem huius cap. a ueritate alienam existere. Poßet tamē & expositio ista saluari ex ratione in mea dilucidatione adducta circa. 5. signum. 9. cap. 3. partis huius libri. ¶ Quādo autem dicit ꝙ saturnina quando est tortuosa, infirmitatem significat. Sciendum est ꝙ communiter talis infirmitas debet interpretari, esse Morbum Gallicum, quando s. est subtilis & tortuosa in concauo, & eo magis quo in eodem loco habetur duplicata. ¶ Vel etiam significat infirmitatem (ex catarro, uel aliquo simili) per totum corpus diffundi.

¶ Cap. XIX. secundæ partis, de quadrangulo.



1 SI iste quadrangulus sit rectus bene coloratus, rectitudinem & legalitatem ostendit. ¶ Et si sit latus & planus & bene coloratus, audaciam et largitatem demonstrat. Et si sit arctus & strictus,
2 significat auaritiam & deceptionem. ¶ Et si in prædicto quadrangulo reperiatur quædam crux male disposita, male colorata, & tortuosa, inequalis, discōtinua, significat
3 oppositum. s. uitam infortunatam. ¶ Et si in eodem loco reperiatur quoddam signum simile cuidam stellæ bene coloratum, iustum, legalem, fidelem, uerecundum denotat, & emendabit seipsum cum peccauerit, & corriget se, et etiam increpabilem uitam ducentem significat, & si ad paupertatem deueniet tādem postea dilatabitur, & finaliter nihil sibi deerit. Valde ēt diliget mulieres, & forte lædetur ab eis, & timendum est sibi

ne obscuretur

ne obſcureretur eius bonitas & lumē ab eiſdē ſicut lumē ſtelle
a nebulis. ¶ Et ſi reperiatur quidā paruulus circulus ī quadrā 4
gulo predicto ſignificat perfectionē ī ſciētia & moribus ut di
cūt. Sed ſi triāgulus opponatur illi circulo deſtruit illud & in
ducit oppoſitū, et medietas circuli mediā perfectionē innuit, et
duo circuli illud augmentāt niſi a triangulis deſtruatur op-
poſitis, quia unuſquiſq; triangulus deſtruit ſignum unius cir-
culi. ¶ Et dicunt ꝙ triangulus hic anguſtiā inimicos & ip
ſperitatē ſignificat, niſi ſit alius oppoſitus ſcilicet, ita ꝙ ſit di 5
recte oppoſitus angulo alterius angulus unius. ¶ Et ſi reperia 6
tur hic quidam quadrangulus ſignificat bonā bonitatē in uno
tēpore, & malū in alio, & ſi ſint ibi duo quadrāguli ſuperabit
bonū, et ſi tres ſupabit malū & ſi quatuor ſupabit bonū. ¶ Et
quidā eorū puus cōſtrictus ex una pte & media naturalis ex
altera pte triāgulus aduenies ex media linea ſignificat morta
les inimicos, & ſi tūc linea media tāgit lineā uitæ ſupabitur
ab eis, & ſi nō tāgit ſupabit, & ſi pdictus triāgulus nō tāgit
lineā naturalē hēbit inimicos ſed nō mortales. Si media tāgat
lineā uitæ, et ſi nō tangat .nō ¶ Quædā crux pulchra ī hoc 7
loco ex oppoſito illius partis quæ eſt infra mediū & auricula
rem peregrinationes ſeu labores oſtendit, ut dicunt.

¶ Tricaſſus Mantuanus.



N.2. huius capituli. Sciēdum eſt ꝙ iſtud eſt reſi- 1
duū expoſitionis. quinti & ſeptimi ſigni ſeptimi
capituli. 2. partis cap, 2. libri huius. Et ideo pro-
portionaliter aptādi ſunt in quolibet iuditio.



¶ Cap. xx. ſecūdæ ptis. Et eſt additio eiuſdem
Coclitis. De quadrāgulo uel menſa manus.

I quadrāgulus equaliter rectus & amplus fue
rit bonā naturam fidelitatem & liberalitatem

cum hylaritate significat. Qui tale signũ habuerit suis gaudebit laudibus & gloria.
2 ¶ Qui latum in principio erit in prima etate prodigus. In ultima uero parsimonia utetur ob quam rebus iam datis pœnitebit. Si equalis equaliter dispensabit largitatem suam, & si finis est angustus, declarat auaritiam in ultima sui etate si in medio in media etate. ¶ Si nullus trian-
3 gulus aut crux, aut transuersalis linea apparuerit perseuerantiam & gloriam in operibus & optimum statum usq; ad uitæ finem demonstrabit. ¶ Lineæ & crux in medio quadran-
4. gulo inopiam, & ob mentis leuitatẽ parari facinus qua de causa a patria exultabit, ut dicunt recentiores. ¶ Triangulus ad
5 modum pinaculi domesticos & familiares inimicos demonstrat. ¶ Dicit Morbeth. Si mensa manus fuerit ampla & la-
6 ta largitatem & amicitiam ostendit. Si uero stricta oppositum, & discordiam cum multis, ¶ Et scias ꝙ quando qua-
7 drangulus est lineis et pulcher & sine impedimẽto bonam famam præstat, & nobilitatem ingenii cum seruauerit proportionem.

¶ Tricassus Mantuanus



D clariorem noticiam percipiendam. Quadranguli manus. Sciendum est, ꝙ quotienscunq; inuenitur. Quadrangulus latus & amplus, & aliqualiter tortuosus. uersus percussionem scilicet in latitudine habet omnes effectus in primo signo huius capituli expositos, attamen significat leuitatem capitis, & Fatuitatem Naturalem, & hominem infidelem. ¶ Quo ad quartum signum. Sciendum est ꝙ crux illa siue lineæ nõ uniuntur simul cũ Vitali aut cũ Naturali. Et si forte unirentur minuitur mali

tia talis significati. ¶ Quo autem ad quintum signum. Sciendum est quod talis Triangulus debet considerari prope ipsam Mensalem. ¶ Sextum autem signum est residuum primi signi huius capituli.

¶ Capitulum uigesimumprimum secundæ partis. De monte policis.



Voniam concauum omnibus montibus circundatur ut iam diximus. Nunc de ipsis specialiter dicamus. Et primo de illo monte qui a prima linea scilicet uitæ terminatur, & dicitur mons policis. ¶ Si mons iste sit rotundus decenter & lenis bene coloratus bonam complexionem ostendit. nec non indumentorum ornamenta, atq; mulieres diligentem. ¶ Et si quædam linea in hoc loco iacens iuxta lineam uitæ secundum longitudinem a quibusdam soror lineæ uitæ dicta inueniatur, maxime si fuerit rubea, luxuriam omnem significat, & maxime talis naturaliter inclinabitur ad concubitus masculorum & multum delectabitur manibus propriis, & quidam dicunt quod si hæc linea sit una continua a rasætta usq; ad illum locum ubi coniungitur linea uitæ mediæ naturali & in ea sit pulcher color. significat diuitias in tota uita. Et si hæc linea non apparet in primo loco, & apparet in medio & in fine habebit paupertatem in prima etate, & diuitias in secunda & tertia. Et similiter quæcunq; pars prædictæ lineæ deficit, in illa parte diuitiarũ defectũ pariet. ¶ Ptholomeus quoq; philosophus ait quãdo prædicta oritur naturaliter iter policẽ et indicẽ et descẽdit per montẽ policis, prope lineã capitis & uitæ, & trãsit usq; ad rasættã significat ut ẽ dictũ supra de sua significatiõe et hoc ue

3 rius. ¶ Et dicunt philosophi, ꝙ si in latere montis policis uersus brachium uel receptam inueniãtur quattuor lineæ eque distãtes uenientes uersus eminentiores partes montis prædicti, significãt diuitias, & honores in prima parte suæ ætatis, & si hæ lineæ sint prope iuncturam policis, significãt prædicta in secunda parte suæ ætatis, et si iuxta unguem policis in senectute, & ad hoc ut compleatur sermo de istis, trãseamus aliquantulum ordinem, dicentes, ꝙ si prædictæ lineæ reperiãtur iuxta iuncturam policis, significãt prædicta euenire in ultima ætate. Et quanto prædictæ lineæ sunt longiores, grossiores, & profundiores, tanto significant maiores honores & diuitias, & si sint intercisæ, significãt impedimentum. Et si sint deletæ, præteritas.

4 ¶ Si quædam lineæ extensæ a radice policis per mõtem ipsius, quot lineæ fuerint tot mulieres uxoribus similes ostẽdunt, & in manu mulieris, tot homines uel amicos similes maritis notant. Si sint rectæ, extensæ, & pulchræ, tot prædictis mulieribus aut uiris culpabitur, & prædictæ lineæ paruæ & furcatæ, tot pueris coniungetur, et si infra prædictas lineas sit aliqua maior altera, signum est habere talem mulie-

5 rem aut talem hoĩem maiorem in diuitiis siue genere. ¶ Si linea subtilis uenit ab ultima parte radicis policis & descẽdat per montem ad lineam uitæ & mediam naturalem, plagas et

6 læsiones ostẽdunt. ¶ Si quædam lineæ rectæ bene coloratæ ueniunt quasi a radice policis & scindãt lineam uitæ, lõgas uias & peregrinationes atq; diuersas patrias quærentem notat.

7 ¶ Si quædam lineæ ueniãt a radice policis usq; ad lineam uitæ a parte lineæ postremæ, quæ est uersus angulum supremum, cupidum honoris, & laudis, & inanis gloriæ, & luxuriæ plenum indicãt, & si tales lineæ sint ex altera parte montis policis uersus rascettam, sollicitum esse circa cumulationem pe-

cuniæ, & ſi tales lineæ ſint interciſæ, aut fractæ, aut deletæ, ſi
gnificāt impedimentum. ¶ Et ſi quædam linea notabilis mul 8
tum rubea extendens ſe per mōtem policis et ſcindens fortiter
digitum policis, conſanguinearum concubitus oſtendit, & ſm 9
alios fortem iram. ¶ Si multæ lineæ groſſæ, latæ, inordinatæ
ſint in monte policis, ingratum amicis, & mutuātem libenter
oſtendunt. Et ſi tales ſint ſubtiles, interciſæ, glomeratæ, ſubti-
les, conuerſæ, inſtabilitatem, defectum, inlegalitatem, menda-
cium, & omnimodam fornicationem oſtendit. ¶ Et ſi quædā 10
ſtella reperiatur uel ſimilis in hoc loco, riſum, & lætitiam no
tat, & interitum cōcubitus propter quod uilipenſionem incur
rit. ¶ Et ſi figura ueluti crux cuius ramuſculus ſit reflexus 11
ad intra reperiatur ibi, honores et dignitates oſtendit. ¶ Quā 12
do in mōte policis reperitur aliqua linea ſemicircularis iuxta
uitalem, in cuius cornu unitur (quodammodo) quæ figura cir
cularis & quædam alia linea uidetur ipſam ſemicircularem
interſecare, maximam infirmitatem futuram ſignificat.

¶ Tricaſſus Mantuanus.



N. 4. ſigno huius capituli ſciendum eſt ꝙ multæ lineæ reperiuntur in hoc mōte, & omnes pene uniformiter ſe habentes, & etiam in ſignificatis ſuis, unde & multi in earum acceptione, nullam differentiam exhibent, cum tamen multum inter ſe differant. Vnde iſtæ lineæ in hoc. 4. ſigno expoſitæ (ſm ueritatem huius ſcientiæ) ſolūmodo intelliguntur illas eſſe quæ a medio mōtis uerſus principium uitalis et indicem. Et etiam quicunq; ſeruare uoluerit regulam illam quā expoſui in. 12. figura noſtræ chyromātiæ, ꝓportionaliter eundem locum diuidēdo, & iuxta ſitum ipſarum linearū figuratarū cognoſcēdo tempus in quo uenerea quis cœperit exercere, inueniet ꝑfecto etiam tempus,

n quo tales uxores aut amicos uel amicas habuerit, aut uiros. Et in illa figura eo in loco ubi posita est illa littera. B. significatur tempus uigintiquinq; annorum, a quo consequēter si fiat diuisio talis partis usq; ad annos quadraginta deuenietur etiā ad tēpus determinatum, semper tamen accipiendo minus spacium talis, eo magis quo uersus montis medium, & quando multum ascendunt uersus montem, significant effectum talem in maiori ætate futurum, quando autem uersus percußionem, tanto magis in pueritia. Ille autem lineæ quæ inimicitias significant sunt magis uersus mensalem & percussionem.

¶Cap. XXII. secundæ partis, de monte indicis.



Vando Mons indicis est lenis, & mundus, & bene coloratus, honestatem uitæ, & conuersationem laudabilem innuit, necnon legalitatem

2 & iustitiam. ¶Et si quædam lineæ paruæ ptendant se a radice digiti bene coloratæ & rectæ tendentes ad superius, bonum significant. Et quanto ppinquiores sunt digito, tanto plus bona ostendunt. Hi enim augmētabuntur in bonis, & ab excellentibus personis honorabuntur. Et dicunt quidam, ꝙ quot sunt lineæ tales, tot præbendas, uel dignitates ecclesiasticas ostendunt. Et si tales lineæ flectantur ad inferius, uel intercisæ sint, aut deletæ, significāt oppositum.

3 Et ſm alios, significant uulnera circa cerebri partes. ¶Et si quædam lineæ eque distent uenientes a capite mediæ naturalis tendentes ad radicem indicis, uerecundum, promißa tenentem

4 significat. ¶Et si quædam linea recta satis lata, bene colorata oriatur ex hac parte, & firmetur in eiusdem digiti mensuram, excellentem, audaciam, & ꝙ talis sit sine timore osten

5 dit. ¶Et si quædam linea naturalis oriatur ex mensali, & scindat recte digitum indicem, audaciam rectam significa-

re dicemus. Et si talis linea secetur iuxta radicem indicis a qui
busdam lineis uel linea, scito significare plagas, uel plagam
circa frontem, uel circa caput. ¶ Signum mortis per fluxum 6
est quando certa linea oritur inter indicem & medium, nec con
tingit mensalem si talis linea sit grossa & rubea. Et si fuerit
mulier, scias illam ex partu morituram, & s̄m quosdam, ta-
lis habens, ex uulnere periclitabitur. Idem significant tales li-
neæ si ueniant ex monte digiti, ut dicunt. ¶ Signum mortis 7
per febres acutas est quando prædicta linea extenditur uersus
medium & acuitur. ¶ Signum guttarum est quando ab ista 8
linea exeunt multæ lineæ uersus finem eius. ¶ Item si quædam
linea parua oriatur ex fine mensalis & uadat ad radicem in 9
dicis, illum habentem ipsam ex subitanea morte periclitare co
gnoscemus, & specialiter de hac notitiam habemus, quan-
do quædam linea ueniens ex angulo supremo iungitur cum di
cta linea paruula iuxta radicem supradicti digiti, scilicet, in
dicis. ¶ Et multi dicunt ꝙ quædam linea ueniens a superiori 10
parte montis & sit cadens supra lineam mensalem uel iuxta,
& illa talis linea sit nimis rubea, mortem per fluxum uen-
tris nobis ostendit. Et si talis linea extendatur uersus mediam 11
naturalem & acuitur, habens morietur febre acuta. ¶ Et si
quædam linea quasi centura sit iuxta supremum angulum &
respiciat ad supradictum indicem, furiosos, bellicosos, murmu
ratores, & naturaliter seruos esse ostendit, & tales propriis
linguis semetipsos lædentes. ¶ Et multi dicunt ꝙ si crux be- 12
ne disposita & multum colorata fuerit reperta in monte in-
dicis, multas excellentes dignitates & multos honores osten-
dit. ¶ Et dicunt ꝙ lineæ non intricate seu scissæ in hoc monte,
diuitias multas ostendunt. ¶ Et idem significat equilaterus 13
triãgulus bene coloratus, & specialiter in clericis et religiosis

¶Quando in mõte indicis inuenitur figura ut crux cum qui
buſdam conglomeratis lineis ſe cuſtodientibus, uitam miſeram
& ambulationem, & debile cerebrum oſtendit.

¶Cap. XXIII. ſecundæ partis. Et eſt additio eiuſdem Coclitis
de monte Indicis.


1 Nquit Morbeth, Si ſuper lineam menſalem uerſus
indicem fuerit crux bene formata & rubea, præ-
laturam demõſtrat, & quãto magis rubea erit,
tãto maior erit dignitas. Et ſi ꝓpe ipſam apparue
rit O cum baculo, & ſi apparuerit medius circulus, ſic C ha
bebit ſine baculo, & ſi inferius futura erit talis dignitas. Si ſu
perius iam fractum eſt: & ait præfatus Morbeth. ¶Et ſi ſit
2 aliqua linea a police ueniens uerſus indicem extendatur, & in
ultimo ſui crucem faciat, ſignificat dignitatem baculi, & ſm
minorationem ſiue maiorationem, ſic dignitas adiudicabitur.
¶Et ſcribit Hermes, Si duæ lineæ coniungantur adinuicem et
3 faciant ut crux in monte indicis, honorem ſignificat, et in me
dio monte, nobilitatem generis perſonæ, & ꝙ ad magnum ſta
tum uenturus ſit, & oſtendit magnam prælaturam & hono-
4 rem. ¶Item plures lineæ per hunc montem trãſeuntes capiti
aſcribuntur, & idem capitur per tribulationem & cõmotio-
nem cerebri, & ſignificat ꝙ tales maniaci poſſunt pati quan
5 do turbantur. Vnde apparẽt quaſi furioſi. ¶Si linea menſalis
in indicem tranſeat, ſignificat audaciam & ꝓbitatem, & ſi
linea ipſa ſecat iuxta indicem, plagas ab inimicis ſignificat,
6 hæc ille. ¶Breuiter quãdo mons Iouis eſt eminẽs cum radiis
aut cum ſtellis, & lineæ longitudinales aut tranſuerſales, de-
notat honores, diuitias, et prælaturas cũ ſublimitate. ¶Quã
7 do in principio anguli ſupremi oritur una linea & porrexerit
ſe apud indicem uel eius radicem, illa linea eſt iouialis, & præ-

ſertim quādo non eſt impedita. Et iterum quādo una linea naſci tur ad ſilueſtrem partem montis & tranſuerſaliter ſe exten dat per montem indicis, ſimiliter Iupiter fortunatus eſt. ¶ Et 8
ita ſi duæ lineæ pulchræ uel tres oriuntur a radice indicis uſq; ad medium tuberculi, prælaturam innuit, aut fortunam cum prælatis, ſi primæ duæ lineæ ſe equitant adinuicem ut crux et ſit eminens locus cum una uel duabus ſtellis, denotat ſublimita tem cum baculo. ¶ Errant ſtolidi quando crux attribuitur in
loco Iouis, quoniam ſunt interſecationes linearum & impedi 9
menta præter duarum linearum, quæ Iouis fortunam oſten dunt (quando adinuicem ſunt cōnexæ) quia crux denotat de trimentum patibuli ſicut ſunt hodie furchæ in quibus ſuſpen
duntur homines. ¶ Et quando in radice indicis oritur una li 10
nea uel plures, arguunt prælaturam, quia radii appellantur a recentioribus & ſunt obliqui intus & extra manum.

¶ Tricaſſius Mantuanus.



Irca finem primi ſigni huius capituli ſciēdum eſt ꝙ quādo Cocles dicit, ꝙ ſi tales figuræ in ueniantur a parte ſuperiori, ſignificāt tempus futurum, ſi in parte inferiori, ſignificant tem pus præteritum, hoc falſum eſt. Propriam autem ſignificatio nem ſitus ac formationis talium figurarum talis eſt ꝙ. ſ. quā do huiuſmodi figuræ ſunt in parte ſuperiori, ſignificant digni tates magnas, paruæ tamen utilitatis, (niſi aliquo ſigno ad iuuaretur, qui diuitias ꝓmitteret ex fortuna & nō a natura) ſi autem in parte inferiori inueniantur, ſignificāt dignitatem & utilitatem, & utilitas honorem ſuperexcedent. Si autem inueniātur circa partem ſuperiorem mōtis indicis, aut circa medium mōtis, ſignificāt maximam dignitatem & magnā utilitatem. Debēt autem huiuſmodi clare et apparēter uideri,

Et hæc est uera expositio talium figurarum, ut experientia do cebit. ¶ Quo ad. 7. signum circa secundum significatum ipsi us sciendum est q̄ talis linea debet eße circa medium montis & in principio aut in fine nõ debet esse bifurcata & debet ascẽ dere uersus angulum supremum. Et hoc ualde notandum est, quoniam hoc in loco sunt nõ ullæ lineæ quæ infirmitates signi ficant, & maxime quartanam febrem propter superabundan tiam humorum ac qualitatum ex melancolia, quarum indica tiuæ sunt, & habent principium suum uersus principium uita lis, uel circa. Vnum est autem q̄ semper, aut in principio, aut in fine sunt bifurcatæ, & in fine inclinantur ad medium uer sus radium indicis. ¶ Circa. 9. signum sciendum est q̄ istud est unum ex ludibriis ipsius Coclitis, qui cum eßet insanus & omnium scientiarum ignarus, semper tamen alios mordere nõ desistebat. Clare namq; patere potest, suas huiusmodi fabulas superflue fuisse appositas, attamen & cum his omnibus falsi tates multas adiunxit. ¶ Quod autem hoc superfluum sit ap paret. 12. & . 13. 14. signis præcedentis capituli, ubi Concilia tor dicit, Crux bene disposita & bene colorata reperta in mon te indicis, dignitates & honores ostendit. Lineæ quoq; nõ intri catæ seu non incisæ, diuitias ostendunt. Crux autem male di sposita et quibusdam lineis conglomerata, uitam miseram ac laboriosam significat. Ex quibus signis ac expositionibus cla re patet q̄ non crux (siue lineæ repertæ in modum crucis) in monte indicis, bonum significant, nec etiam quælibet linea in tersecata sub tali uocabulo, (scilicet q̄ sit crux) nuncupari. ¶ Quod autem ibidem multas falsitates adiunxerit facili me apparet ex hoc quod dicit, q̄ tales cruces in loco Iouis sunt intersecationes linearum & impedimenta, præter duarum li nearum quæ Iouis fortunam ostendunt, quæ quidem sententia

falsissima est. Et ꝙ hoc uerū sit apparet ex dicto Hermetis in 3. signo huius capituli. ubi dicit tales lineas itersecatas i modū Crucis posse duobus in locis in ipso Monte indicis reperiri & adhuc ex experiētia multotiēs perceptū ē alias cruces reperiri i eodē loco quæ dignitates aut officia, ostēdūt cū utilitate, ac honore. Et adhuc alie significantes Honorem cum labore ac periculis magnis, sicuti reperi in. M. Domino. D. Ioāni Corado Vrsino. Et adhuc inquit Morbeth (ut ab ipso Cocle in. I. signo huius capituli allegatur) tales lineæ posse diuersimode reperiri in dicto Mōte Indicis. & tamē nulle earum sunt ille lineæ quas Iouis appellat, quoniā nulla earum terminatur uersus Mensalem, aut ubi Mensalis debet terminari. ℂ Quod autē ista expositio Coelitis fabulæ sint, ex hoc apparet quod ipse in fine huius noni signi adiungit, dicens. Crux denotat detrimentum & angustiam ꝑpter quod fuerunt instrumenta patibuli sicut hodie furche. O. Cocles fatuus ac Demēs si crux Dānum et detrimētum significat, ex hoc ꝙ est instrumentum patibuli aut fuit. Igitur et figura Circularis, quæ de se perfectionē includit bonum significabit, & tamen (etiā ſm tuas expositiones) significat aliquādo offensionem oculorum, periclitationem aut offensionē animaliū quadrupedū. Igitur falsa est expositio tua. Igitur omnes sunt fabulæ. In hoc autē omnis conclusio sistit, ꝙ scilicet, non ex proprietate figurarum aut Karracterum iudicandum est. sed ex habita experiētia, ac effectuum cōsequutiōe. ℂ Quo ad. x. signum. Sciendū ꝙ expositio illa falsa est ille nā ꝙ lineæ quæ uersus superiorem partē ipsius Montis indicis ascendunt ab ipsa radice prælaturas siue officia notant. Quæ autem ascendunt a ipsa Radice uersus Medium, uulnera in capite notant & etiam quædam earum quæ ascendunt & maxime si sunt aliqualiter tortuose.

¶Capitulum.xxiiii.secundæ partis, De monte medii.


I mons medii digiti sit sine lineis, bene coloratus,
1 simplicem & quietam uitam sine colligatione &
calumnia demonstrat. Econtrario contrarium no
2 tat. ¶Si quædam linea ueniat a mensali usq; ad
radicem prædicti digiti extendit se signum est la
borum multorum curæ magnæ & angustiarum. Et si plures
lineæ sic ueniant a mensali & extendant se ad radicem digiti
labores angustias & temptationes ostendunt, & talis sustine-
bit multoties uincula & captiones, & si tales lineæ sint quasi
nigre tormenta notant, & si tales ueniant a concauo manus se
cantes mensalem & extendant se ad radicem medii, & finien-
tur ultra iuncturam. si dux uel rex fuerit in uinculis morietur
& si tales lineæ sunt subtiles quasi delete, negligentem & pi-
3 grum denotant. ¶Et si quædam lineæ grosse curte & profun
de reperiantur in loco signum est quieti uiri quãdoq;. Et si quæ
4 dam linea ipsa interseca, labores significat. ¶Et si quædam li
neæ parue descendant a radice medii per montem ipsius plagas
ostendunt in uentre & pectore, & si sint rubeæ futura. Si pal-
lide aut delete præterita incidant uulnera. ¶Et si quædam li-
nea aspera & tortuosa descẽdat iter medium & medicum ab
5 earum radicibus stultitiam & temeritatẽ ostendit. ¶Si quæ
6 dam lineæ coniungantur in hoc monte medii ueluti crux respi-
cientes prædictum medium futurum bonum demonstrant. Hoc
7 idem significant in monte indicis. ¶Fecerũt quidam hunc ser
monem comportabilem & probabilem dicentes. Quod si mulie
res plures lineas meliores & maiores habent inter medium et
medicum q̃ inter medicum & auricularem significat aptitu
dinẽ generãdi & cõcipiẽdi masculos. Et si lineæ ille quæ sunt
iter medicũ et auricularẽ sint plures & maiores et meliores il

lis lines existẽtibus inter medium & medicum. significat apti tudinem & potẽtiam generandi seu gerẽdi fœminas. De significationibus cuiuslibet lineæ principalis uel accidentalis diligenter tractabimus particulariter in. 3. lib.

¶ Tricassus Mantuanus,

CIrca finem, 2. signi huius capituli. Sciẽdũ est, ꝙ quãdo dicit ꝙ talis incarcere est moriturus, põt dupliciter intelligi. Vno mõ. s. ꝙ in carcere mo rietur quia nunꝗ liberabitur sed perpetuo degebit, aut in seruitutẽ uiolẽtã terminũ Vitæ suæ cõplebit. Alio modo. ꝙ. s. incarceratus, ex iustitia ad mortẽ cõdẽnabitur, & occidetur. Vnde in hoc et similibus, semp ad uitalẽ recurrendũ est. ¶ Et in codẽ signo. Sciẽdũ ꝙ talis linea sit subtilis et tortuosa aut discontinua, significat tãtũ in periculo fore. Et si tamẽ effectum Carceris sequatur, nihilominus euadet mortis periculũ. Hoc idem significat, quando esset grossa et discõtinua aut male apparẽs apud ipsã Radicẽ Medii primã iũcturã igrediẽdo.

¶ Capitulum. xxv. secundæ partis. Et est additio eiusdem Coclitis. De monte medii uel saturni.

QVando una linea oritur a mẽsali & extẽditur per montem medii usq; ad radicem digiti sine impedimento maximo denotat post periodum saturni augmentum in rebus de natura saturni & præcipue in agricultura & in ornamentis domorum sine dubio. ¶ Si aliæ lineæ conglomerantur in ipso monte malum denotat sicut dixi in lib. 1. Quæsito. x. Not. 7. circa finem & si sint in radice digiti pœnitus carceres ostẽdunt, intensiue et remissiue secundum formam linearum.

¶ Capitulum uigesimumsextum secundæ partis. De monte medici.


I duæ lineæ paruulæ cõcurrũt ex linea mẽsali ad
1 radicẽ medici subtilitatẽ ingenii et inuestigatio
nẽ diuersarũ artiũ et eloquẽtiã, et arrogãtiã et
inanẽ gloriã demonstrãt, & secũdũ alios hono-
res et dignitates & seculares uel ecclesiasticas. Et si q̃dã linea
grossa & rubea scindat p̃dictas significat ĩpedimẽtũ. Et si ta
les lineæ paruulæ sint ualde subtiles aut deletæ, significat prædi
cta esse debilia aut præterita. Et si lineæ impediẽtes p̃dictas li-
neas paruulas ueniãt prope ipsam et nõ tãgant ipsas paruulas
lineas prædictas signũ est q̃ talibus impedimẽtis uicinus erit
2 tamẽ nõ impedietur sed suos pauperabit inimicos. ¶ Et si præ
dictæ lineæ paruæ non procedũt equaliter a mẽsali neq; appro-
pinquent equaliter ipsi digito, sed una magis q̃ alterã mutatio
nẽ status & uitæ significat. Et si sint quædã lineæ scindentes
unã illarũ, & illa quæ scinditur sit melior. mutabitur ad pe-
3 ius. Si autẽ peior scindetur erit mutatio ad melius. ¶ Et si quæ
dã lineæ paruæ descendũt a radice medici, & sint pulchre signi
ficat sapiẽtẽ letũ & libenter mutuantem. Et si tales lineæ sint
grosse & recte in renibus uulnera demõstrãt, ut dicunt. Si sint
rubeæ quasi præsentia notat uulnera. Si autẽ pallide aut delete
4 præterita. ¶ Et si quædam linea naturaliter bene disposita &
grossa & bene colorata inter medicum & auricularem descẽ
dat quasi a radicibus prædictorum digitorum, & tendat uer
sus mensalem excellẽtẽ naturã & largitatem designat.

¶ Cap. XXVII secũdæ partis. De monte auricularis,


1 I spacium sit purũ bene coloratũ stabilitatẽ ani-
mi castitatẽ & continẽtiam demõstrat. ¶ Et
2 si quædã linea notabilis recta subtilis decenter
colorata oriatur a mẽsali & uadat ad radicem
auricularis significat auaritiã in uiris & sceleris in alicuiu

conſcium facit. Si in muliere uirginitatem ſeu caſtitatem. ℂ Si obliqua ſeu groſſa fuerit, largitatem famoſã, & ĩ muliere corruptionẽ & luxuriam. ℂ Si quædam lineæ reperiantur in hoc 3
loco quarum quædam ſit magna, & quædam parua, quædam uero mediocris, ſignum eſt luxuriæ & amoris & auaritiæ. Et dicitur ꝙ ſi lineæ illæ ſint recte bene colorate erit amor iſte a natura circa nobiles & ualentes perſonas. Et ſi ſint inordinate & tortuoſe erit amor circa uiles & malas perſonas magis inclinatus. Et ſi intra uel infra prædictas lineas reperiantur una uel due uel tres uel plures lineæ notabiliores aliis tot homines uel mulieres. naturaliter ſuper alios uel nobiliores aliis dilexit. Et ſecundum ꝙ una illarũ linearum fuerit maior altera ſic dilexit unum magis ꝗ̃ alium, uel nobiliorem aut ditiorẽ alio. Et ſi tales lineæ ſint rubeæ ſignificat hoc in præſenti uel in breui futurum. Si ſunt delete hoc erit præteritum, & ſi ſunt interciſe interciditur earum ſignificatio, & hoc notandum eſt regulariter in omnibus. ℂ Si quædam lineæ ueniant quaſi ex dorſo manus exiſtentes inter lineam menſalem & auricularem nuptias 4
denunciant, quia ſecundum earum numerum erit numerus nuptiarum. Dico autẽ quod tales lineæ aut ſunt recte aut tortuoſe aut oqliquæ aut flexe ſuper ſupremam partem decenter. Si ſunt recte ſignificant ꝙ talis ſᷓm numerum prædictarum linearum habebit uxores non malas. Si fuerint flexe habebit uxores uiduas uel nõ puellas, & grandeuas, & ſi quædã illarũ linearũ ſit flexa ibi & tortuoſa, et quædã recta ſignificãt quãdã malã, & quãdã bonã uxorẽ et ſi inter prædictas lineas ſit quædam linea maior altera ſignificat quod uxor illa figurata per illam lineam erit maior aliis diuitiis uel nobilitate, et ſi tales lineæ ſint delete præteritas nuptias uel uxores demonſtrat, & ſi interciſe fuerint impeditas uxores oſtendit, & ſi ſint

rubeæ præſentes aut proxime futuras indicat. ℂEt ſi quædam
lineæ groſſe & rubeæ procedant a radice auricularis, & exten
dant ſe per montem ipſius uel iuxta, mendaces, fures & inſidia
5 tores oſtendunt, & ſecundum aliquos plagas in genu inferius
innuit. ℂEt ſi quædam linea ſemicircularis procedat a radice
prædicti digiti reſpiciens medicum mutationem ſtatus ad bo
num demonſtrat. Si autem hæc linea reſpiciat ad inferius ver-
ſus dorſum manus denotat contrarium hoc eſt mutationem ad
6 malum.

ℂCapitulũ. xxviii. ſecũdæ partis de monte manus.



I mons manus ſit lenis purus & bene coloratus le-
galem hominem & pacificum demonſtrat. ℂEt
ſi quædam lineæ oriuntur ex parte inferiori mon-
tis uerſus dorſum manus & uadant ad ſuperius.
& earum caude flectantur uerſus menſalem ſignificant ami
cos extraneos. Et ſi tales lineæ ſint prope raſcettam amicos de
natione aut de parentela oſtendunt. Et ſi prædictæ lineæ flectan
tur ad raſcettam ſignificant impotentes amicos credentes ta-
men prodeſſe ſibi & non poſſunt. Et quanto maiores & notabi
liores fuerint dictæ lineæ, tanto maiores & notabiliores ami
cos oſtendit, & ſi ſecentur prædicte lineæ a quibuſdã lineis trã
ſuerſalibus non habebit amicos. & ſi habebit non erunt fideles
ſed erunt amici fortune. Et ſi ſunt delete erunt præteriti. ℂEt
ſi quædam lineæ ueniant a percuſſione manus facientes angulũ
acutum in hoc monte mortales inimicos oſtendunt, aut ꝙ tales
a caſu uel præcipitio peribunt, Et ſi quædã lineæ facientes præ-
dictam figuram uenientes ex parte ſuperiori ita ꝙ Angulus
unius uadat ſuper angulum alterius figuræ iſte habitabit in-
ter inimicos aut erit eis equalis, & ſecundum approximationẽ
huius ad lineam menſalem uel ad raſcettam ſignificant inimi-

nos esse extraneos uel priuatos. ¶ Si sint aliquæ lineæ tortuosę 4
simul concurētes, uel si sint rectę et per quadrū intersecate, aut
sint aliquæ quodāmodo simile, huic figuræ. M. significāt in a-
quis perire patebit in aquis. ¶ Et si quædā lineæ oriantur a ra 5
dice manus & rectæ extēdantur per mōtē manus si fuerint be
ne colorate, si ad præsens malū habet letetur quoniā bonū habe
bit. ¶ Et si quædam lineæ concurrētes adinuicē obliquæ, in fine 6
& quasi expugnātes, subito in aliquo cōcursu morietur. ¶ Et
si quædam lineæ rubeæ notabiles ueniāt ex monte manus, & ua 7
dant ad mensalem inimicos ostendunt. Et sm numerum linea
rum & grossitiē erit numerus & uigor inimicorū, ¶ Si quæ- 8
dam lineæ rectæ duæ uel tres bene colorate in hoc loco reperian
tur imperitiam significāt, & specialiter si quædā parua crux
reperiatur cum eis. ¶ Si quædam lineæ paruę capillares inor- 9
dinate sunt in hoc loco, in iuuentute perfectionē naturæ & po-
tentiam ostēdunt, & specialiter si sint inordinate multe, & si
tales lineæ paruæ sint uersus rasettā signū est frigide & fleg
matice naturæ, & fluxū uentris indicant, & si tales lineæ sint
rubeæ aliū morbū īdicāt, & si ps illa sit leuis mollis erit mor
bus ex flegmate. Si sit aspa et sicca erit ex melācholia uel cho
lera. ¶ Si quædā crepature uel lineæ similes crepaturis repiā 10
tur in hoc loco prope mediā naturalem, distinctionem naturæ.
in senectutē (aut frigus) denotāt. ¶ Quædā linea respiciēs
inferius ad brachiū significant mutuātē & debitorē semper. 11
¶ Et si quædā figura talis. A. respiciēs ad inferius inueniatur 12
famosum uirū & cresentē ad melius indicat, & si hæc figu-
ra. C. reperiatur in hoc loco patricidam uel fratricidā osten- 13
dit, et in muliere forte idē. Tamē mulier nequissima erit. ¶ Et 14
si quædā stella in hoc loco reperiatur significat incremētum.

¶ Tricassus Mantuanus.


N.3.signo Circa.2.significatum.Sciēdum est q̄ quando tales lineæ, constituentes angulum in Monte, & significantes præcipitium, aliquantulum elongantur uersus Dorsum Manus & formatur angulum aliquantulum obtusum & non acutum, & quando non reperiatur aliqua linea quæ per longum talium linearum intersecat prædictum angulum significat, ex tali præcipitio moriturum. ¶Et quando talis linea fortiter intersecat prædi-
2 ctum angulum. (quomodocunq; sit præcipitum) significat mortem euasurū. & in tali casu adiuuari aliquo modo ¶Scie-
3 dum quoq; q̄ iste lineæ quæ significant casum ab aliquo præci-
4 pitio sunt in percussione, uersus Montis medium, & quādo multum ascendunt uersus Montem significant effectum talem in maiori etate futurum, quando autem uersus percussionem tanto magis in pueritia Ille autem lineæ quæ inimicitias significant sunt magis uersus Mensalem & percussionem.

¶Capitulum.XXIX.secundæ partis.Police.


Ostq̄ de duabus primis partibus & de lineis et figuris existentibus in istis tractauimus. Nunc de ea quæ est digitorum parte uidetur conueniēs expedire. et primo de police eo q̄ tanq̄ clauis digitorum & manus esse uidetur. Dico ergo quod si quædam lineæ notabiles rubeæ integre scindant fortiter primam iuncturam policis & uadant ad ipsum digitum denotant secundum numerum & notabilitatem fratrū, aut sororum, & si sint fractæ, aut delete mortuos fratres indicant. ¶Quædam lineæ existentes infra primam & ultimam iuncturam huius digiti parentelam magnam & multam aut paruam ſm multitudinem & magnitudinem seu paucitatem & paruitatem lineatum ostendunt. ¶Et si quædam linea circuit policem iuxta su-

premam iunċturam eius ſuſpenſionem denotat. ¶Et ſi linea arcualis quæ eſt in dorſo digiti uerſus iuncturã coniũgatur cũ quadam alia arcuali exiſtẽte ex parte ungulæ ſuſpenſionem denotat, ac hominem doloſum & nequam oſtendit. Et hæc linea arcualis ſic diſpoſita in eadem iunċtura in iferiori parte digiti indicat ſubmerſionem in aqua. Et ſi prædiċte lineæ non coniunguntur ſed prope ſint erit prope ſuſpenſionem uel ſubmerſionẽ. 5 6
¶Si linea arcualis quæ eſt in interiori parte in ipſa ultima iunċtura coniungatur cum illa linea arcuali, quæ eſt per dorſum digiti in eadem iunċtura ſignificat ſuſpenſionem. ¶Si figura circularis per medium ab alia linea ſiſſa, reperiatur iuxta ſupremam iunċturam ſubmergetur. Et ſi multum ſit prope & talis figura uerſatur iuxta unguem ſuſpendetur uel ſtrangulabitur, & leproſum & odioſum furem & adulterum hominem denotat. ¶Si in dorſo policis iuxta unguem fuerit lineæ ut ſtella erit luxurioſus ualde, & ſi fuerint ut crux matrẽ aut ſororem corrumpet, ut dicunt. ¶Tricaſſius Mantuanus. 7



Ineæ expoſite in ſecundo ſigno huius capituli debẽt eſſe in prima de iũċtura ipſius digiti per trãſuerſum equaliter q; adinuicem diſtare. ¶Videatis lib. 3. cap. 305. & cap. 308.

¶Capitulum. XXX, ſecundæ partis. Et eſt additio eiuſdem Coclitis. De digito policis.



Am expertus ſum ꝙ quando in prima iunċtura policis ſit linea continua & ſine interciſione, decapitabitur ille uel ſuſpendetur. ¶Et ſimiliter dico ꝙ quando ſunt duæ uel tres lineæ ſemicirculares inter primam & ſecundam iunċturam rubicunde Indicant ẽt ut dixi. & præcipue carcerem præſertim ſi annexa ſunt in fine. Non diſtinguas inter ſuſpenſionem, & amputationem capi-

tis, quia apud auctores nõ sunt distinctę, & in diuersis regiõi bus diuersificatur genus mortis. Sed sufficit nobis lesio capi-tis, si sint incisi uel cõpreßi cum funiculis aut manibus ut fue-
3 runt multi. ¶ Et si cum circa ultimã iũcturam digiti policis sint lineæ capillares denotãt materiam cattaralẽ exuberare, aut si nanchiã, & similia, dũmodo medie naturalis obseruetur proportio. Aliqui dicunt, periculum in aquis.

¶ Capitulum. XXXI. secundæ partis. De indice.

Q Vidã aũt hãc scientiam describẽtes solum de police tractauerũt aliorũq; digitorũ linearũ figurarũ & signorũ indicia inutilia reputãtes neglexerũt, aut forte ignorãtes nõ scripserũt, & fuit mirabile de istis, quoniam uiderũt quasdã lineas & quasdam figuras in quibusdam digitis aliquorũ & in quibusdã aliquorum nõ uiderũt, & certã causam diuersitatis non inuestigauerũt. Vel quare magis in police habeãt lineas & signa aliquid ostẽdere q̃ in aliis digitis, cum unusquisq; digitorũ habeat attributionẽ sui planetæ. & etiã reperiantur in ipsis in radice & media uirtus tactus potissime, & ideo sapiẽtie tãtũ ipsorũ relinquo, & reuertor ad tractãdũ de neglectis aut ignorãtis ab
1 eis in quibus pulchra utiq; est cõsideratio. ¶ Primo icipiã ab indice, & dico q̃ si quædam linea notabilis recta bene colorata oriatur ex radice indicis & uadat usq; ad mediã iuncturã uel prope. significat audaciã et honores & si fuerint duæ lineæ & scindãt fortiter digitũ matrẽ suã uiolabit, ut quidã dicunt. ¶ Et si quædã lineæ paruæ oriãtur ex radice indicis, & uadãt
2 trãsuerse per ipsum digitum quasi ad superius uersus dorsum digiti significat cholericũ & suas cõditiones, & si tales lineæ uadant ad inferius arcuales, significant melancholicũ & suas conditiones si hæ lineæ oriantur ex latere indicis, & currant

rectæ equæ distantes ad illud latus. significant sanguineum et suas conditiones. Et si quædam illarum linearum uadāt ad superius & quædam ad inferius est signum flegmatis et suæ cōditionis ut patet hic. ¶ Et si quædā crux reperiatur in hoc di 3
gito significat adulterium. ¶ Si super dorsum istius digiti re 4
reperiatur figura stelle, luxuriosum demōstrat, & forte ad aliquod beneficium & honore prouenietem ex causa mulieris.

¶ Capitulum. XXXII. secundæ partis. De digito medio.

SI in isto digito scilicet medio reperiantur lineæ complexionariæ sicut superius dixi, & sint similes illis existentibus in indice in. 2. signo cōplexionē & conditionē talem confirmant, & hic sermo intelligatur de medico, & auriculari. Tamen raro reperiuntur lineæ contrariæ in hoc digito aut in medico. ¶ Et si quædam linea sit ad pedem illius digiti iste erit sufficiens & ad bella prōptus & durus dominus. ¶ Et si quædam linea sit notabilis reperiatur in hoc loco in medio huius digiti nunq̄ proficit talis. ¶ Si quædam linea obliqua sit, quicquid habuerit ex bonis fortunæ amittet, & si fuerit pugnator in pugna succumbet. ¶ Si quidam triangulus male formatus reperiatur in hoc digito infortunium, & semper deteriorem fore & peiorē demōstrat.

¶ Capitulum trigesimumtertium. secundæ partis, De medico.

SI quædam linea recta bene colorata oriatur ex radice medici, & extendat se per medietatem digiti sapientem & subtilem hominem demonstrat, & talis est gratiosus & magnus, in anima, & si ibi due tales lineæ fuerint illud fortius denotant & si talis linea secetur a quibusdam lineis illud destruunt et secundum aliquos uulnera in coxa indicant, ¶ Si quædam linea

semicircularis grossa reperiatur in hoc loco pessimum debito rem male morigeratum infœlicem, & animæ suæ malum denunciat. Et si talis linea reperiatur sub radice ipsius digiti in monte eius scilicet digitum ascendendo per industriam suam euitabit lesiones & damna, et sermo iste de prædictis duabus lineis
2 tenet in omnibus digitis. ¶ Si quædam lineæ similes crepaturis. aut quædam crepature reperiantur super ultimam iuncturam huius digiti, & in interiori parte ubi potissime uigeat ta
3 ctus passionem nature, aut debilitatem. aut destructionem significant, & hoc est generaliter in omnibus digitis, cum ibi locutus debeat esse purissimus. & leuis.

¶ Cap. xxxiiii. secundæ partis. & est Additio eiusdem Coclitis. De digito medico.



Refata linea quam ponit auctor principio capituli est optima & sublimis linea, & est sol fortunatus & præcipue quando se extendit ad radicem digiti, & si sit in diametro digiti arguit dignitates seculares, & si sunt due & subiectum sit præparatum, denotat augumentum regni & dominium. Aliqui appellant ipsam lineam solarem, & diuitiarum & magisterii, & denotat septem artes liberales, & præcipue philosophiam, indagatorem diuersarum artium. & optimam in ipsis artibus induit dispositionem, & si sequitur proportio denotat diuitias apud princeps uel reges si est impedita aut glomerata a pluribus lineis fuge dominium principis, quia finis est detestabilis ut notaui, si impeditur ab una linea & ipediēs sit minus fortis euat ab infamia aut periculo, & quot sunt lineæ tot sunt impedimenta, & est celeste minus in quibus talis linea est fortunata.

¶ Tricassus Mantuanus,

IN ista additione Coelitis, sciendum est ꝙ iste fatuus & etiam insanus propriam uocem ignorauit, nec excusatione opus est, scilicet, hoc ex impressionis defectu contigisse. Nam modum excedunt excusationis. ¶ Vnde primo sciendum est, ꝙ ipse loquatur in dicto loco de quadam linea quæ in ipso digito inuenitur a Radice usq; ad secundam iuncturam ascendens. Cocles autem exponit illam lineam quæ inter digitum & mensalem inuenitur. Quod autem hoc sit uerum, apparet in hoc quod ipse Cocles narrat. Inquit enim, & si talis linea sit in Dyametro digiti, arguit Dignitates seculares. Igitur de ista linea de qua loquitur Cocles debet eße per Dyametrum ipsius Digiti anularis, sequitur ꝙ non est illa quam Conciliator asserit ascendere a radice per medium Digiti. Igitur illa linea quam exponit Conciliator, et illa quam adducit Cocles sunt duæ lineæ & adinuicem diuersæ. ¶ Secundo quoq; sciēdum est, ꝙ nulla istarum linearum quas Cocles & etiam Conciliator adducunt, potest dici illam lineam Solarem fore, quæ proprie Solaris linea nuncupatur. immo linea Solaris ascendit de concauo, aut a quadrangulo in ipsum digitum anularem. Et quando est bene formata, significat hominem ingeniosum & ualde fortunatum apud Reges, Principes, & Nobiles. ¶ Si autem in principio, (scilicet in concauo aut quadrangulo) esset intersecta aut discontinua, aut circumflexa, & similiter circa Radicem ipsius anularis, significat hominem infortunatum cum principibus & Dominis, & fortaßis decipi ac prodi ab illis, prout magis ac minus talis linea est infortunata, & maxime uersus cōcauum. Vnde tales fugiant familiaritatem principum. Hæcq; est uera descriptio lineæ solaris, & etiam stante illa linea quam Cocles adducit, retinet significatū sibi attributū in principio.

❡Cap.XXXV.secundæ partis, De digito auriculari



1 N isto digito sunt lineæ complexionariæ similis ef-
ficaciæ illis existentibus lineis in indice. ❡Quæ-
2 dam lineæ cicatricibus similes non apertæ, sed ob-
scuræ. Leues, & inordinatos, & fures, & cætera
quæ diximus inter Mercurii casus (cap.9,1.partis.) demon
3 strant. ❡Et si quædam linea sit in hoc digito obscura & pro
funda, & respiciat ad inferiorem partem sui descendendo, ui-
tiosum, furem demonstrat, & si talis linea respiciat ad supe-
rius uersus medicum, si talis non furatur, uerberabitur ꝓpter
suspitionem, et si talis linea sit rotunda uel circularis aliquãtu
lum, utilem furem, sed a furto abstinentem ostendit, ❡Quædã
4 linea ualde grossa, ita ꝙ non uideatur linea, sed quædam inci-
sio, uel longa fouea reperiatur ad radicem digiti, fatuum et fu
rem ostendit, & similiter si essent binæ lineæ in modũ crucis.

❡Cap.XXXVI.& ultimum secũdæ partis, Et est additio eius dem Coclitis, De digito auriculari.



1 Liquotiens in isto tuberculo reperitur in radi-
ce digiti una linea pulchra extendens se ultra
ad secundam iuncturam, & tunc arguit nobilẽ
tatem ingenii in diuersis facultatibus applica
ti, præsertim quãdo tuberculum est clarum cũ
2 lineis nitidis. ❡Quando ego uolo inspicere qualitatem & quã
titatem filiorum inspicio quot sunt lineæ inter primam iunctu
ram & secundam, & ex q̃titate illarũ iudico filios, & si sint
obliquæ, filias, si uero impeditæ sint, nullum filium uel filiam.
3 Si erunt paruæ, nõ uicturos indico, si longæ, permãsuros. ❡Et
quot sunt lineæ inter auricularem et solarem, tot læsiones in ma
nu magna ostẽdunt. s. quãdo sunt in fine pulpæ. s. circa princi-
pium digitorum. Et similiter in pede magno, quot sunt lineæ in

ter mediū & medicū digitū, infallib liter inueni oīa prædicta.

¶ Tricassus Mantuanus.



Irca.2. signum huius capituli sciendum est φ tales lineæ nō sic simpliciter accipiendæ sunt, ut in littera apparet, immo sunt ꝓpe radicem, aliter nāq; ipsa expositio falsa esset. ¶ Quo ad.3. signum sciendum φ oīa falsa sunt, & oīa in cōtrarium habent significationem suam q̄ ipse exponit. Nam illæ quæ sunt inter medium & anularem, uulnera in brachio significat, aut (qd' uerius est) circa partes inferiores pectoris. Illæ autem quæ sunt inter anularem et auricularem, significāt uulnera in pede magno. s. ab anchis usq; ad basses pedum. Quicunq; autem iudicare uoluerit, ut ipse Cocles exponit, semper se falso iudicare percipiet, nisi forte in his duobus locis lineas tales haberet, quæ & in illis duabus partibus uulnera ostēdunt. Dicit quoq; Conciliator. 5. signo. 26. cap. præcedētis, φ lineæ .n radice auricularis, significāt uulnera in pede magno, a genubus ad inferius, Videatis autem figura. 49. chyromantiæ. littera. D. poteritis etiam uidere li b.. cap i. 46. signo. I. & .2 ubi manifeste sibi contradicit.

¶ Explicit secunda pars Chyromantiæ Conciliatoris.

¶ Incipit. 3. pars libri secundi.

¶ Cap. primum tertiæ partis Chyromantiæ Conciliatoris, De quantitate & qualitate manus.



Ostq̄ determinata sunt ea quæ de lineis & figuris existentibus in manu dicta sunt. Nunc de quibusdam aliis, ut puta, de qualitate & q̄titate, & cæteris dicemus. Et primo de q̄titate, quia imediatius īheret substātiæ. ¶ Di-

eo ergo ꝙ q̄titas perfecta et pulchra manus in tribus. Primū
est ꝙ in suo genere manus sit satis magna, & decēter ꝓportio
nata. Scd'm est ꝙ hæc eadē sit respectu corporis cuius est ma
nus. Tertium est, ꝙ unaquæq; pars debite det ꝓportionem alte
ri. Quicunq; ergo habet tales manus, erit bonæ naturæ et com
2 plexionis, & audax &c. Cōtrario modo cōtrarium habebis.
¶ Quicūq; habet manus maxime nimis breues respectu alia
rum partium, & respectu sui corporis, cauillatorem, & saga
cem, & fortem indicāt. Et si manus sint nimis curtæ respectu
aliarum partium sui corporis, & digiti ipsarū sint nimis cur
ti respectu manus talium, trāsgressorem, furem, insidiatorem
et oī nequitia plenum indicāt. Et manus satis magnæ respectu
corporis cuius sunt manus, subtilem, calidum, subdolum, loqua
cem, & subsānatorem demonstrāt. Patet in uariis. Lōga palma
cum grossis & curtis digitis, pigrum, negligētem, fatuum de
mōstrant. Et si digiti huiusmodi palmæ breues uel longi sint,
3 multum hæbetati, & obtusi. flegmaticam complexionem &
suas cōditiones confirmāt. ¶ Mulieres habentes curtam pal
mam, difficultate partus grauabuntur, & hoc ꝓpter curtam
lōgitudinem scissuræ Vuluæ, quæ quidem lōgitudo est similis
lōgitudini quæ est in dorso medii digiti iuxta primam iunctu
ram ueniēs per palmam usq; ad rasettam, & dicitur, licet sit
4 fabulosum, ꝙ duplicata erit mēsura pedis. ¶ Qui autem ha
bet palmam lōgam & digitos ꝓportionabiliter, ingeniosus in
5 multis operibus erit, & specialiter in his quæ fiunt. ¶ Manus
carneæ cum bona soliditate, & bene articulatæ, lōgam uitam
significāt, cōcauæ uero manus tamen male dearticulatæ, bre
uem uitam notāt. Manus lōgæ et graciles, tyrānidem indicāt.
Manus tenues & curtæ, loquacem & uoratorem demōstrant.
6 ¶ Quādo manus cum brachiis sunt ita lōgæ, ꝙ erecto toto

corpore genibus appropinquēt fortitudinem animi, & aptitudinem ostēdunt. Et Rasis addēs dixit sublimitatem, & arrogātiam, & cupiditatem regēdi. Si autem ad femora infra media desināt, maliuolum, discordem, & ignorātem demōstrat.

¶ Cap. II. tertiæ partis, De digitis & de modo tractandi.

Si digiti sint temperatæ magnitudinis & honestæ speciei, mores optimos indicant. Et quādo digiti sunt parui & tenues, stultum, inuidum, audacem, & ferum indicāt. 1
¶ Quando nimium tenues, & nimium proximi fuerint, stultitiam demōstrant. 2
& si immoderato spacio a se distēt, loquaces & leues hic indicabis. ¶ Et quādo digiti sunt erecti & cōiuncti ita ut aer nō trāspareat notabiliter inter ipsos, signum est curialitatis magnæ. Et quādo digiti sunt collecti, ita q nō transpareant, & sint cōglobati, auarum ostēdunt. 3
¶ Digiti recti si flectantur uersus dorsum, inuidum, & subtilem, & ingeniosum indicant, maxime si subtiles sunt, et flectūtur in ultia iunctura. 4
¶ Quādo digiti sunt dispersi, paupertatem, & miseriam ostēdunt, et loquacem, patet hoc in medicātibus. 5
¶ Quicunq; percutit digitos ac si uellet timpanizare, signum est uariæ cogitationis. 6
Qui habet cōsuetudinem percutiēdi palmā dū loquitur, et nō possit abstinere, signum est imperfectionis & passionis aīæ, et si abstinet denotat oppositum. ¶ Quādo quis extendit manū ad capiēdum aliquid, & manus eius moderate tremunt, signum est uelocis redditus ab ira ad intellectum, et q talis sit iuuenis, sanus, & satis fortis, & si sit iuuenis, & non sit fortis, erit melancholicus, timidus, tristis, & malæ cogitationis, et si cōedēs uadit obuiā cibo, maliuolus, gulosus, et discors erit: et si ambulās tenuerit manū clausā mouēdo brachiū, īpetuosus est, & si cōsueuerit policē claudere iter alios digitos auarus ē. 7

¶Tricaßus Mantuanus.


N hoc cap. quo ad. 2. signum sciendum est q̄ talis proximitas digitorum cōsideranda est quādo quis manum extendat in loquutione aut aliquo simili. Similiter quoq; & de distantia digitorum, aut spacio, indicandum est. ¶Quo ad. 5. signum ubi loquitur de digitis dispersis, sciendum est q̄ loquitur de digitis quando sunt grossi in iuncturis siue articulis digitorum & subtiles in medio. Hæc nāq; est ꝓpria descriptio siue significatio.

¶Cap. III. tertiæ partis, De unguibus.


1 Ngues lati & longi decētes, tenues, albi, et splēdidi, subrubentes, signum est ingenii optimi, & bonum notat. Oblōgi autem et angusti soliditatem, aut firmitatem demōstrant. Inflexi autem & tardi, impudētem, rapacemq; ostendunt, et similes sunt ancipitri. Et si in talibus unguibus reperiātur digiti ualde macri, Ethicam passionem & soliditatem demonstrāt, & ungues ualde breues, maliuolum & discordem indicāt, & hoc idem, pallidi, nigri, asperi, quasi rotundi, luxuriosum & promptum in Venere, ut dicunt quidam. ¶Quædam
2 puncta alba reperiātur in unguibus, amicos, et benedictionem indicant. ¶Quædam puncta nigra, inimicos, & persecutiones, & maledictiones ostendunt, aut noua damna.

3

¶Cap. IIII. tertiæ partis, De colore.


1 Olor albus & quasi ꝑspicuus, clarus, & subrubeus equaliter, qualitate cōmunem & bonitatem ingenii ostendit. Talis enim color debet esse in toto corpore naturaliter bene dispositio. Imaginatur enim q̄ corpus ꝑspicuum album extēdatur super corpus sanguineum, & apparebit color, nisi ꝓpter estatem, aut fri

gus, aut laborem et cætera, mutetur color iste. Si autem colorē quem diximus superest rubedo & claritas minor in manu, signum est sanguineæ complexionis & suarum cōditionum, & si talis color sit flāmeus, ociosum ostēdit, & maxime si ei insit mobilitas oculorum, & si talis rubedo sit fusca, signū est grossi sanguinis et deceptoris. ¶ Si autem talis color rubeus appro 2
pinquat uiriditati, uel quasi glaucedini plusq̄ albedini, nigram choleram & suas cōditiones ostēdit. Si autem ꝓximus fuerit citrinitati cholericum ostēdit. Si autem citrinitati subtili quasi albedini qualis solet eße in cōualescentibus, et hoc sine magna materia, signum est emißionis spermatis & spirituum, & tales detinētur amore heroum, alias equorum, & specialiter si eius oculi sint ꝓfundi & mobiles. ¶ Si autem albedo superet 3
& rubedo sint in tātum diminuta et uix appareat, signum est flegmatis & suæ cōditionis. Talis enim color solet appellari gliscus. Et si huic colori sit admixta uiriditas mali flegmatici, signum est & suarum & cōditionum. Et ille color dicitur color plumbeus, & hic cōmixtus cum fusco citrino & uiridi, ultimum gradum maliciæ complexionis ostendit.

¶ Tricaßus Mantuanus.

Si quis horum colorum claram notitiam habere desiderat, uidere poterit. 1. quæsitum. 2. lib. physonomiæ. Quātum autē ad præsentem speculationem, sciēdum est q̄ ꝓprie capitulū istud physonomicum est, attamen & hic positum est ad maiorem perfectionem huius doctrinæ. ¶ Sciēdum tamen q̄, 1. signum pōt cōsiderari, & a physonomo et a chyromātico. 2. autem & 3. ꝓpria sunt Medicorum cōsideratione discutienda, ut clarius præcipere ualeāt dispōnem ac complexionem naturarum ac infirmitatum qualitatem cum trutinatione auctoritatis Ga-

leni in.1.lib.huius.cap.8.siue.8.quæsito. Enimuero sci dū quo q; ꝙ chyromātici cōsiderationem nō subterfugiunt, cum cōtigerit alicuius infirmitatis signa reperire, ut.s.scire ualeāt, ex qua causa magis occasionem sit perceptura. ℭQuo ad finem 2.signi ubi loquitur de illa rubedine fusca, sciēdum est ꝙ talis color rubeus est, de quo dicitur, hoīes rubei pessimos existere. nam oēs qui sunt talis coloris pessimæ sunt naturæ ac cōditionis ꝑpter suffocationem caloris naturalis qui in sua ꝑpria uirtute eleuari nō potest, ut dictum fuit in.1.huius quesito.x.Not. 1.in dilucidatione mea, & circa.4.Notandum.

ℭCap.V.tertiæ partis, De tactu.


TActus temperatus & bonus cōsistit in debita ꝑportione primaru; qualitatum. Qui magis appropinquat caliditati & lenitati q̄ frigiditati aut asperitati, et magis carnositati q̄ macilētiæ, talis tactus significat bonitatem cōplexionis, & optimū ingenium. & intellectum. Tactus enim calidus lenitati admixtus calidā & humidam cōplexionem ostendit. Si autem asperitati admiscetur, calidā et siccam innuit cōplexionem. Si aūt tactus sit frigidus lenitati admixtus, signū est flegmatis. Si uero asperitati, signum est melancholiæ.

ℭCap.VI.tertiæ partis, de neruis, iuncturis, & uenis.


NErui grossi & iuncturæ fortes hoīes indicāt subtiles, et lassi, et occulti, debiles ostēdūt hoīs. Venæ multū latæ & apparētes, cholericum et suas cōditiones ostēdunt, subtractæ, melāchelicum. Profundæ flegmaticum. Indebita ꝑportione apparētes & notabiles: sanguineum indicāt.

ℭCap.VII.tertiæ partis de pilis.


Vicunq; pilos decēter in debita q̄titate habuerit

super dorsum manus, & specialiter circa partem inferiorem & circa policem, & super digitos in. I. et. 2. iunctura, signum est bonæ complexionis & naturæ. Nimia pilositas instabilitatem notat, & si talis pilositas sit inordinata & dispersa, inordinatam complexionem & aium ostendit, & paucitas pilorum, animum fœmineum ostendit. Et si in manu non sunt pili, signum est malorum morum, & stulti, prosumptosi, & effœminati uiri, & deterius sicut non habens barbam assimilatur eunucho &c.'

¶ Tricassus Mantuanus.




IN hoc cap. comprehēdere possitis qualem significationem habere pōt hoc nomen siue uocabulum (effœminatus) Non enim ꝑprie uult dicere naturā fœmineā, sed aliquid deterius ipsi naturæ fœmineæ. In uno nāq; signo dicit, aīu; fœmineū significare, i alio aūt dicit hoīe; effœminatū ostēdere. Videatis tñ lib. 3. ca. 200.

¶ Cap. VIII. tertiæ partis, de modo iudicandi.



DIuersitas aūt et modus iudicādi apud chyromāticos est magnus, sunt enim quidā qui uolunt nō nisi certis tēporibus anni et certis manibus iudiciū cernere, uerbi gratia, uolunt ꝙ dextera uiri respiciatur in estate, et uere in die dominico, uel Iouis. Sinistra uero mulieris in autūno & hyeme, die Veneris, tamē horarū diuersitatē nō dederūt, forte sciūt eā ipsi, Alii aūt fuerūt magis auctētici qui dederūt diuersitatē tātū in manibus & ætatibus. Voluerūt eni ꝙ tā in uiris q̄ in mulieribus respiceretur manus dextera. s. qñcūq; lineæ in fine mōtis policis ex una cōprehēsæ et glomeratæ reperiātur in manu. Et si nō reperiūtur uolūt ꝙ ifans respiciatur, eo ꝙ in paruis signi apparcāt manifesta non delata a labore, uel a frigore, uel infirmitatibus, ut in nobis, & forte isti bene.

¶ Tricaßus Mantuanus.


Apitulũ istud icõpletũ est et iperfectũ. Et q̃uis in fine dicat opinionẽ secũdã fortassis bonã existere. attamen ponit ipsam dubitatiue. quoniam
5 non uniuersaliter in hac scientia seruatur, Pro his aũt oĩbus sciendum est ꝙ heæ duæ opiniões pœnitus falsæ sunt, nec aliquam probabilitatem habent. Et q̃uis secũda sit magis Moderna. attamen, semper & ubiq; in omnibus seruanda est. Vnde ẽm ueritatem in omni subiecto semper Sinistra manus in omnibus cõspici debet, & Dextera simul Im
6 mo ẽm Almadelẽ. Sinistra manus permaxime est consideranda, quoniam Cordi propinquior est, & cõmuniter habent signa euidentiora. ¶ Et q̃uis ista opinio. 2. sit falsa, attamen pro clariori noticia sciendũ, ꝙ qñ dicit ꝙ ẽm ipsorũ opinionẽ semper dextra seruanda est, quando. s. lineæ in fine. Montis Policis sunt unite, ista expositio intelligẽda est de tribus primis lineis, Triãgulum constituentibus. Dicebant nanq;, ꝙ si Triangulus inueniatur perfectus ex illis tribus lineis in manu Dextera, tunc Sinistra non erat conspicienda, si autem nõ inueniebatur Triangulus perfectus, considerabant sinistram Manum, & proportionaliter compando in simul lineas. Trianguli ex ipsis duobus unum perfectum immaginabantur, & ut cõmode succedebat, sic indicabãt, prout perfectiori modo poterat formari. Et hac de cã fortassis, opinio. 2. nõ falso loquuta fuisse dicitur. cap. 9.

¶ Captulum. IX. tertie partis. de quattior lineis naturalib9.


Ineæ naturales sunt quattuor in planitie totius manus. Linea a pede superioris lineæ. s. Vitales, alia linea recta. s. naturalis uersus eundem. s. locũ triangulum facit. ¶ Superior linea ipsius trianguli uitam pro quantitate sua mentitur. ¶ Si obliquæ inde habeat apertum finitum est argumentum. ¶ Si strictum angu-

guli uacuum

guli uacuum fuerit, signum est honestæ mortis. Si uero ex trās
uerso ante finem trianguli linea transierit, & ab illa linea usq;
ad finem dirigatur, armis mori ostendit. ¶ Si uero superius 3
fuerit longum uersus, aqua morietur. Si uero fuerit inferius lō
gior, in igne morietur, ¶ Si in latitudine trianguli fuerit hæc
figura uirgo permanebit, nisi linea eam 4
findēdo uariauerit. Si paruæ, subtilitatem
animi. Si magnæ, loci mutationē. ¶ Si iu 5
xta lineam uitæ a pede superiori alia linea dirigatur equalis,
signum est matrimoni. Si inequalis, adulterii. ¶ Si aliqua linea 6
rum prouenientium ad mediam naturalem ex prima natura
li ueniens dirigatur, suspēdetur. ¶ Item si circa pedem primæ 7
naturalis lineæ fuerit hoc signum. E. episcopus erit. ¶ Item si 8
iuxta ipsam aliam rimulam extensam in summitate sui uersus
foueā tale habuerit signū; erit (ēt si fuerit rusticus)
in dignitate superius dicta ¶ Itē si ab ipsa linea uitæ p
cedūt rami īferius respiciē tes uersus lineā capitis, diui 9
tias nunciant. ¶ Item si iuxta radicem ipsius uersus rascettam
fuerit hæc figura o o amissionis oculorum signum est. ¶ Itē 10
tres uirgæ ipsi lineæ capitis assignantur. Et si una uirga per
medium sciderit, lepram denunciat. ¶ Si a pede primæ natu- 11
ralis ueniente rimula ꝓcedens exiuerit, peregrinabit. ¶ Si me
dia naturalis a sui medietate uersus pedem eius rubuerit, colli 12
dolorem manifestat. ¶ Si linea uitæ ab ipsa ꝓcedens in princi
pio similiter sui exarcuerit, cordis dolorē notat. ¶ Si in fouea 13
manus quasi duo. ( ) cōnexa fuerint, hoīem interficiet. ¶ Si 14
mons policis plenus rimulis fuerit, infirmitatum causas osten- 15
dit. ¶ Si inter duas iuncturas policis in latere ex transuerso
multæ & forte rimulæ transierint. multam & magnam pa- 16
rentelam ostendunt, si paucæ fuerint & paruæ ostendunt pau-

citatem parētum, si uero fuerint inter policem & indicem respi-
17 ciētes ostēdit patrem & matrem, si ex trāsuerso transierint,
18 patrem matri præponit. ¶ Si lineam policis parentelam indi-
cantem duæ lineæ fortiter sciderint, matris lectū uiolabit. ¶ Si
pedes harum linearum iūcti sine corruptione totaliter policem
cinxerint, suspendetur. Eadem linea si fere cingat digitum, infi-
19 dum & sine fide denunciat. ¶ Vnguis policis naturaliter re-
curuus, animosum denotat. Si fuerit plana uel pallida, infortu-
20 natū facit. ¶ Si in tota percussione manus ab intus uel ecōtra-
rio multæ lineæ implicitæ exeuntes fuerint, honestatem notant.
21 Si uero paucæ & implicitæ, parcitatem denunciant. ¶ Item
quot lineæ mediam naturalem diuiserint, siue inferiorem tan-
22 gant siue nō, tot pueros nunciant. ¶ Rimulæ eidem naturali ad-
herentes, siue superius, siue inferius, & lineæ arcuatæ & nimis
apparentes, grauem litem & ecclesiasticam rem manifestant.
¶ Si in media naturali linea quasi pūctum apparuerit, unum
23 oculum amittet, si duo, duos. ¶ Si uero supra in fouea hoc si-
24 gnum sic. G. apparuerit & per ipsam transiens mensam cor-
nua posuerit, nota est conuersionis in quacunq; sui parte magis
ab ultima distinguit, eo tempore tempus fœlicitatis ostendit.
¶ Si in superiori circa finem seu in ipsa mensa sit hoc signum
25 uim demonstrat dominandi, & corruptionem uel lu-
xuriam notat. ¶ Si ultima linea naturalis gradatī
26 uersus indicē descēdat, gradatim honores et fœlicita-
tē accumulat. Si uero subito præcipitauerit, subito bona accu-
mulabit. Si uero subtetēderit, cōtrarium operatur, nisi alia sub-
tus ꝓhibeat. Hæc eadē sursum tendēs, labore ꝓprio degere nō
27 negat. ¶ Si ipsam uersus descēderit tale signū. Y. mori in itine-
re ostēdit. Sed si ipsa in mēsa quasi triāgulus adiaceat, præben-
28 dā īdicat. ¶ Si a media ad ipsam mēsalē fortes uirgæ trāscāt

i modū crucis,i uiro tot captiōes,et i muliere,tot partus demō
strat. ¶Et si in mēsa hoc signū sic appareat,humani sā 29
guinis fœnus ꝓbat.¶Si hoc signū sic.G.in mēsa mulieris cō 30
sistēs,illam meretricem esse significat. ¶Si aliquæ lineæ non 31
directæ,sed obliquæ per mēsalem uadāt ad ultimā lineam na/
turalem in opposito auricularis,aut ibidē sub mēsali sint rimu
læ paruæ,& inde nō ex trāsuerso,sed ex directe plātæ, uulne/
ra brachiorū uel manuum denotāt Hoc idem significāt & af
fines eorum a minimo usq; ad finē tertii. ¶Si rimulæ paruæ 32
iterū sursum sint tendētes,uulnera capitis ostendūt. ¶Vbi au 33
tem illi tres digiti palmæ iungūtur si rimulæ eorum medieta 34
tē diuiserint,uulnera in lateribus indicāt. ¶Si linea aliqua ab
ulteriori digito usq; ad quartum porrectionem fecerint , ma/
gni ingenii signum est. ¶Tricassus Mantuanus.

IStud.9.& ultimū cap.huius.3.partis est difficil
limū totius chyromātiæ Cōciliatoris ac ēt totius
libri,nō ꝓpter maxias difficultates emergētes,s;
ꝓpter magnā noiu; cōfusionē et ſmonē icōgruū,
unde maximā declarationē poscit.¶Quo ad.1.signū sciendū
est hāc esse principalē regulā in hac sciētia obſuatā apd' sapiē
tes circa terminationē finis uitæ nostræ,illaq; obliquitas itelli
gīt uersus mōtē policis,ut in.49.figura nostræ chyromātiæ.
¶Quo ad.2.signū sciendū ꝙ cā.2.significati ꝓuenit ex effe
ctibus demōstratis i ca.5.2.partis huius.fig.9 ¶Quo ad.3.
signū sciēdū est hāc esse ꝓpriā expōnē.s.ꝙ āgulus sinister duo
bus modis iuenit esse lōgus,uno qñ se extēdit i mōtē manus uer
sus rascettā et ꝑcussiōē;,alio qñ uersus percussiōē; i fine mōtis
manus et mēsalē, ergo cū Cōciliator dicit,si uero superius fue
rit lōgū uersus finē,aq̄ morieſ,dicit ·d āgulo sinistro,qñ primo
mō ē lōgus,dicitq; cē lōgū supius ,p eleuationē mōtis manus,

et qm̄ ex illa pte dr̄ eē dextra triāguli. Q n̄ aūt dicit, si uero inferior longus, igne morietur, intelligit de angulo sinistro secundo modo. ¶ Quādoq; autē huiusmodi anguli diuersimode cōtingunt habentq; diuersam significationē. iō ne in aliquē errorē decidamini uideatis primū huius quæsito. 15. circa in Not. 4. ¶ Quātum uero ad. 4. signum, sciendum est ꝙ multotiēs reperiuntur in triangulo uersus angulum dextrum & mōtem manus aliqua signa & caracteres, lineæ similes caracteri siue signo huic, & significat infirmitatem renum, aut matricis, aut aliquam grauem infirmitatem propter constrictionē sanguinis, aut huiusmodi immunditiarum per mensem, iuxta Lunæ cursum non purificatam. Et aduertendum est ne unū pro alio capiatur. ¶ Quo ad. 5. signum, sciendum ꝙ ex hoc potest haberi solutio quorundam uocabulorum maximæ dubitationis in ista scientia, Vnde sciendum ꝙ duo uocabula sunt, per quæ multi decepti sunt ac decipiuntur propter ipsorū ignorantiam ac huius doctrinæ imperitiam. Et sunt hæc, Pes, et radix, quæ quidem omnia eundem habent significatum, ac diuersimode accipi poßunt. s. tam pro principio linearum q̄ ꝑ fine, siue ipsius trianguli aut quadrāguli. Quapropter Cōciliator differentiam ponens circa utrunq; pedem, in hoc. 5. signo dicit. Quando apud uitalem a pede superiori &c. innuēs propter hoc, ꝙ hoc nomen siue uocabulum (Pes) non semper uniformiter accipitur quādocunq; in aliqua expositione reperitur, immo hac differētia (. s. inferior, aut superior) semper debere terminari. Et hoc idem in. 9, signo huius cap. de hoc uocabulo, Radix ostendit cum dicit, Si iuxta radicem ipsius uitalis uersus rasettam &c. innuens ꝑpter hoc: ꝙ quotiēscunq; in aliqua expositione inuenitur hoc uocabulum (Radix) lineæ uitali attributum, aut alteri cuipiam linearū, nō semper uniformiter debere

intelligi, sed s'm eorum situm aut figurationem comprehendi, Quapropter quãdocunq; hmõi uocabula comprehenduntur, nõ sic superficialiter sunt accipiẽda. sed penetrare ꝓpriam ipsorum significationem ac uerum sensum discernere. Ex hac autẽ declaratione quilibet perfacile põt apprehẽdere uerum sensum 7. et. 11. ac. 12. signi huius cap. ac declarationẽ principii istiusmet cap. & Not. 1. cap. 18. 2. partis huius lib. ¶ Quo ad. 6. signũ, sciendum ꝙ (sicuti habetur in titulo huius cap.) principale intẽtum auctoris in hoc cap. est circa declarationẽ quattuor linearum principalium, quæ dicuntur cõi uocabulo, Lineæ naturales (q̃uis postea oĩa simul cõfundat) & ideo in hoc signo & aliis pluribus utitur hoc uocabulo. s. prima naturalis, et in. 26. signo dicit, ultima naturalis, intelligẽs per primam naturalem ipsam uitalem, per sc'dam naturalem intelligẽs illam quæ proprie dicitur naturalis, siue media naturalis, & per tertiam, intelligẽs lineam epatis, per. 4. autem & ultimam, ipsã mensalem. Et ideo in isto signo dicit, Si aliqua linearum prouenietium ex prima naturali ad mediam naturalem dirigatur &c. ut utriusq; cognitionem afferre uideatur. ¶ Circa signũ 11. Sciendum est ꝙ ex hoc habetur clara noticia expositionis meæ circa. 5. signum. Vnde hoc quod dicit, Si a pede primæ naturalis procedẽs linea &c. ibi noĩat pedem primæ naturalis finem ipsius uitalis uersus rascettam. Et cũ dicit (alterius pedem) intelligit principiũ lineæ mediæ naturalis: Ita ꝙ sensus est. Quãdo a uitali uersus rascettam ascẽdit linea quædam uersus principiũ ipsius mediæ naturalis & procedẽs exierit. s. & intersecãs ipsam naturalẽ ascẽderit uersus mõtem indicis, significat peregrinationẽ. ¶ Circa, 31. signũ cum dicit, Hoc idẽ significãt & affines corũ a minimo usq; ad finẽ tertii, sciẽdũ est ꝙ in hoc intelligit digitum auricularẽ, et anularem et me-

dium. in medio spacio uersus anularem. Videatis autem uos ul timum cap. 2. partis huius scd'i libri. Oia tamen falsa sunt, ni si intelligantur, ut expono in. 49. figura meæ chyromãtiæ, ut dictum est, & hoc idem de duobus sequẽtibus. ¶ Id autem qd' in. 13. signo de illis rimulis dicit, intelligẽdum est tãtummodo esse apud radicem medii uersus anularem.

¶ Cap. ultimum tertiæ partis, & est additio eiusdem Coclites, de modo iudicandi in chyromantia.



IXit Ptholomeus in uerbo duodecimo cẽtiloquii. Amor & odium remouẽt hoĩes a recte iudicãdo. Idẽ sentit philosophus rethoricorũ. 1. dum dicit, Amor, & odium, & ꝓprium cõmodum, sæpe faciunt iudicem nõ cognoscere, & ideo in huiusmodi nõ inest cognitio iudicandi hoĩbus, quia uirtus aĩæ non potest recte iudicium exercere ꝓpter cognitionẽ ab illa passione impeditam. Sed ut ad ꝓpositum redeam Reperio diuersos modos iudicandi ſm diuersas opiniones, tamen hic ostendam rectam semitam, qua usus sum, & est mihi experientia clara, doctos uiros nõ excludendo, quos tempore meo noui intelligere chyromãtiam atq; physonomiam, præcipue cõterraneum nostrum D. Franciscum de Panzarasis hoĩem doctum & peritum inter modernos, chyromãtiam & physonomiam intelligentem, q̃uis multi loquaces & garruli putantes se scire/cum nihil sciant, huic se facultati applicauerunt. ¶ Ad propositum

Not. I. igitur redeundo, ut recte iudicemus. Ista prima esse debent. s. prius debet esse facta optima manum lotio, & per aliq̃ntulum temporis ille de quo iudicaturi sumus debet quiescere, & esse ieiuni stomaci. i. non crapulosus, neq; ebriosus. Tempore æstiuo in loco calori opposito respiciendus erit. Tempore autem hyemis in loco ubi frigus non adsit, aer sit radiosus, ac etiam manus

minime sit defaticata nec corpus. Quia calefactio extrahit sanguinem a centro ad circunferētiam. Nō est inspiciendum in radiis solaribus, quia caliditas naturalis extrahitur a caliditate Solis & rubefacit cutem, & spiritus uisiui resoluuntur a radiis solaribus, quia ut dicit Aristoteles in. 2. de aīa, Excellentia sensibilis corrumpit sensum, quoniam natura extrema non patitur. ¶ Masculo autem dextrā, sinistram fœminæ pro principalioribus cōspiciendā cēseo, si bonus chyromāticus quis esse uelit. Et cum hoc qualitas & q̄titas manus, tactus, & forma eius cum suo situ aduertenda sunt. Et cum istis eminentiam tuberculorum, & depressionem, rubedinem, et palliditatem antedictarum lineationum mādare obliuioni nō decet. Considerare etiam debemus aggregationem & disgregationem digitorū trāsparētiam, & figuram, & formam corūdem articulorum & claritatem. & fuscedinem unguiū, ac eorum formam, cōiunctionem, aut disgregationem supremi anguli cū suo situ & figura. Præterea quoq; aduertenda est cordis & epatis linea & media naturalis cū mensali linea, necnō quælibet soror lineæ cordis illa. s. mōtis policis & cōcaui. Inspice etiā solarem lineā & Mercurii cōditionem cum ꝓportione lineæ mediæ naturalis. Talis enim ꝓportio ostēdit qualitatem ingenii, sicut facit astronomus in natiuitatibus a cōditione Mercurii. Et multitudinē uniuersalium linearum cōsidera, necnō cōsanguineos inspecta filios, diuitias, & calamitates, mortem uiolētam, aut quædam illius hoīs quem iudicas uidebis, cum ægritudinū qualitate tempora notabis cum annorum reuolutione, & mensurādo cum instrumēto, aut cum aliqua alia re, aut cum cōpassu de quinquennio in quinquennium, hoc etiam est de necessitate cœlorum motus rimari. ¶ Cogita ēt lōgitudinem & bonitatē uitæ, et causam prouenientem, & a qua causa, antecedēte aut primitiua ho-

No. 1. No. 3.

nam fortunā aut malam in prima secūda & tertia ætate quis
No. 4 suscepturus sit. ¶ Aduerte etiam quæ sit clymatum natura, & regionem & parentes si possibile fuerit, si non consideres supra dicta a recto tramite deuiabis ꝑcipue quoq; notabis exercitiū circa ꝙ uersatur homo iudicandus. diuersimode. enimiudicare debes atq; aliter in hispano, aliter in gallo, aliter in ethiope, aliter in thrace, aliter in lenone, aliter in cynedo, aliter in nobili, aliter in plebeo, aliter rustico, & sic de reliquis, aliter masculo & aliter in muliere. Nec aspicias hominem extenuatum quia calor naturalis est exhaustus, nec aliquem ante annorū nutritionē ut in. 1. lib. physionomie tactū est. Nec craspulosi inspiciēdi sunt sicut ante diximus quia fallax erit iuditium. Ego quidem decē milia hominum post prandium, & ad lumē lucerne inspexi, quo
Not. 5 rum ueridice fortunas prædixi. & Inquit. Hermes in sua chyromantia. signa ipsius manus sunt eius grossities tenuitas sudor uel humiditas siccitas asperitas lenitas pilositas scissure & li neationes. Ibi autē omnia sunt signa naturalia, & ideo hæc ars se nō extēdit ad iudicādum de accidentibus anime quæ nō habent signa in manu, quia non sunt a natura ut ars sutoria uel fabrilis & huiusmodi, et non negligas cōsiderare ambas manus ad inuicem proportionādo, quia natura frustra non lineauit sinistram sunt aliqui ignorantes qui unam manum tantum aspiciunt errantes in iudicando, caue ne manus callos patiātur quē admodū sunt manus carpētariorum fabrorum, & differentiā non facias (si uis recte iudicare) inter dextram & sinistram nisi ut dixi. Et sic finis est scd'i libri de chyromantia magna, ubi est chyromātia Conciliatoris cum additionibus nostris quæ nullo pacto sunt cōtēnende. Lector igitur accuratus omnia perlegat sine liuore ac inuidia. Et in iudicandis rebus nostris odiū præcipue absit, si autem sunt qui uelint maledicere lectione ope

ris huius digiti sunt.

¶ Tricassus Mantuanus.



Ste pauper homūtio, adeo assuctus est, confuse ac inuanum uerba proferre ꝙ nec propriis uerbis sit conceptum exprimere, semperq; in suis capitulis hincinde uagat. Vnde Sciendū est, ꝙ principale intentum siue propositum huius hominis in hoc cap. est (ut etiam in Titulo declaratur) ostendere ac exponere regulas ac modum iudicandi inter reliqua autem hoc unum est, ꝙ scilicet non odio aut amore quempiam iudicare scilicet quandocūq; aliquis chyromanticus uult, iudicium proferre de aliquo subiecto, non debet adulari nec alicui applaudere. sed solum iudicare, prout est Karatteribus aut signis demonstratur. Similiter neminem iudicare debet, aut, odio aut animi malignitate. Et nō sicuti quadam (his diebus) qui se Chyromanticum fore polixtur. Nam cum ex fortuitu cuiusdam inimici sui manum inspiceret, ipsum iudicauit determinate suspendi totius autem rationis sue fundamentum uanum & chyromanticum, erat, ob quorundam linearum significationem. quam ipse modo suo apropiarat. Demum autem cum rationes suas sustinere non posset ipsa ueritate coactus sponte confessus est malignitatem suam dicens. Iudicaueram quidem id quod uidere cupiebam. Vnam igitur regulam formare constituit neminem. s. odio aut amore iudicare. ¶ Quo ad. 2. Not. Sciendum est ꝙ regula illa quā ipse ibidem exponit falsa est Vera aut regula huiusmodi obseruantiæ est illa quam in. 2. parte meæ Chyromātiæ proposui. Et ad coroborationem huiusmodi meæ Doctrinæ adduci potest respōsio ipsius Coclitis in primo huius. Quæsito. 12. Attamē & ipse in fine huius cap. intētionem suam aliqualiter exponit quomō intelligenda sit opinio sua. ¶ Quum autē in fine huius. Not. 2.

dicit aliquo instrumēto (ut puta Circino siue cōpassu uel aliquo simili) lōgitudinem aut breuitatem uitæ nostræ cōsiderādā fore, iuxta commēsurationem ipsius Lineæ Vitalis de quinquēnio in quinquēnium, sciēdū est istud falsissimum esse, nec ullo pacto ueridicum existere posse. Multis autem iam annis elapsis uerū modum huius cognitionis obseruaui circa cōmēsurationem ipsius Vitalis, talemq́ꝫ esse reperi, qualē in. 2. parte nostræ Chyromantiæ cap, 2. declaraui. Et nullo pacto in tota scientia Chyromātiæ. Circinum aut compassus operatur, nisi ut in eadē parte Chyromātiæ cap. 4. exposui, Et hoc propter incipiētes, ut artis ac sciētiæ huius ueritatē adipiscere ualeāt. ¶ Quo ad Not. 3. Videatis qualiter intelligēdum sit illud ꝙ ipse obloquitur de causa primitiua & Antecedēte sicut. Ego exposui in. I. lib. huius. Quæsito. 19. Not. I. ¶ Quo ad. 5. Not sciēdum est ꝙ illa sententia Hermetis est una regula uniuersalis in tota scientia chyromantiæ. Et q̄uis ab aliquibus incomprehensibilis quodamodo sit, attamē, & adhuc ſm ipsius Coclitis expositionem magis incomprehensibilis omnino efficitur. Vnde sciendum est, ꝙ ubi cocles dicit (illa signa naturalia fore) debet sic legi. Illa signa uniuersalia sunt. Et quādo dicit, ꝙ illa accidētia nō sunt, a natura, debet sic legi. (Non sunt uniuersalia & omnibus cōmunia) Ita ꝙ propria & uera expositio hæc est. s. Signa illa quæ reperiuntur in manibus sunt uniuersalia, & omnes effectus suos uniuersaliter demonstrant, & in uniuersali & non in particulari (sicuti etiam diximus loquendo de causis & effectibus per huiusmodi lineas significatis. li. I. Quæsito. x. Not. 3. &. Quæsito. 19. Not. I.) & ideo ista scientia non iudicat de accidentibus particularibus, & actibus ac operationibus particularibus, quæ omnia operari cōspiciuntur ſm uniuscuiusq́ꝫ beneplacitum ac uoluntatem. Vt pote. Reperio Karacterem aut fi-

guram siue lineã aliquam in aliquo subiecto, eũdem mihi ostentantem, aptum et idoneũ fore Philosophari. Ex hoc iudicare nõ possũ ꝙ talis uir, quicũq; sit ille, magis sit futurus philosophus q̃ Theologus, aut Canonista aut Iurisconsultor, aut Astrologus, aut aliquid simile, uel in quacunq; alia sciẽtia profecturus, quoniam huiusmodi operationes particulares sunt uolũtati humanæ subiectæ, aut parẽtum obeditiõe præpedite. Simili quoq; modo, reperio hominum quempiam, arti Mechanicæ deditũ, & excellentiori modo in huiusmodi operaturum. Ex hoc iudicare non possum, ꝙ talis, magis futurus sit Faber q̃ Architector aut Sutor, uel aliquid simile. quoniam omnia ista sunt exercitia uoluntaria, & operationes particulares de quibus non possumus habere cognitionem (q̃uis aliquando aliqualem coniecturam) quoniam scientia ista est tantummodo circa uniuersalia & effectus suos uniuersales ostendit & uniuersaliter. Et hęc sufficiant quo ad secundum librum.

¶ Explicit. 2. liber Chyromantiæ Coclitis cum Tricasso Mantuano.

¶ Incipit liber tertius. Cum Dilucidationibus Tricassi Mantuani.



DVm mihi in animo erat. Tertiũ librũ scribere. Liber quidã chyromãtiæ cum multis mãibus ac lineis ad manus meas peruenit. Qui quidem ab Andrea quondam coruo compotus fuerat. Quẽ cum uere eorum esse dignoscerem miratus sum quo pacto hic Pauõis pennis suscę-

ptis se eorum non esse uoluit ostēdere. Et cum laborum aliorum fur & latro existat merito damnandus est. Dicet quispiam illud Terentianum, nihil dictum quod non dictum sit prius. Hoc ego quidem concedo ac confiteor, sed eos uituperatione dignos censeo, qui aliena pro suis absq; auctorum nomine audent in medium afferre. & eos magis reprehendendi tales sunt, quo minus sententias & intentiones auctorum non modo male intelligunt. sed pessime scribunt, Ego autem in opere meo summa cura cuigilaui auctorum nomina nec nō eorū auctoritates legētibus et aperire & manifestare. hic Andreas (nam uerū fateri licet) satis bonus est praticus longeue ætatis auxilio, licet in theorica nihil pœnitus ualeat.

¶ Si aliquibus uidebitur me aliqua ab eo excerpsisse, sciant me nō ab eo sed ab illis quos ipse imitatus est omnia sumpsisse. Qui enim a fonte aquam scaturientem suscipiunt melius sitim extingunt q̄ si ad riuulos accedant.

¶ Tricassius Mantuanus.



IN hoc. 3. uolumine, q̄uis Cocles in aliis uoluminibus, se maxima passione animi affici ostenderit, at tamen in hoc permaxime excedit. Virtuosorum enim non interest, tam turpiter aliorū scripta aut facta cōuitiari. Nec minima tamen admiratione quispiam indignari uelit. nam ex sua propia naturaliq; inclinatione, summo cum studio ī aliorum obprobriis cōuitiisq; oblectatur. Hoc autem, non ut pro Coruo propugnaculum afferam, dico (q̄uis & multotiens sustentari ualeat, ut ipsemet. Cocles, ipsa ueritate coactus. cōfitetur) sed ut oibus, & in omnibus, ueritas ipsa manifestissime ínotescat. Nec sibi auxiliū afferre ualet id quod obicem ponit scilicet ꝙ Coruus ipsarum linearum ac signorum declarationem proponat, aliorum omnium Doctorum auctori-

tate neglecta. Nam prima ac pricipalis pars Doctrinæ ac sciē-tiæ huius & immo ipsa propria doctrina in ipsa consideratione practica exercitioq; sistit, & non in speculatione. Hocq; nec Cocles ipse, nec alius quispiam, ualet obumbrare sicuti et in primo quæsito, primo lib. per optime conici ualet. Quoniam ista scientia ac Doctrina uersatur circa lineas, & Caracteres quæ in manibus reperiuntur, nullaq; manus inuenitur alterius manus esse conformis. sed quelibet (etiam minima linea, seu intersecatio) uariat effectum aut significationem denotatā, nulloq; quouis modo notitia aliqua aut scientia firma haberi potest in hac arte nisi ex ipsa practica aut exercitio. Vnde q̄uis aliquis speculatiuam cognitionem habeat ex aliquo Doctore, de aliquo signo aut linea, circa effectum aliquem, deinde experientia propria ueritatem inueniat talis significationis, aut lineæ, auctoritate propria (merito) dicere potest, effectum illum aut significationem ueridicam esse. Immo si talem significationem aliorum opinione aut auctoritate comprobare uellet, ipsam ueritatem, ac significationem ueridicam obumbraret. Vnde manifeste patet oppositiōe allatā, contra Coruum falsam existere.

❡ Capitulum primum de longitudine uitæ.

PRima radix est q̄ omnes uiuentes ex naturali quadam inclinatione scire desiderant periodum ac diuturnitatem uitæ suæ. Primo igitur tractabimus de longitudine & breuitate uitæ.

❡ Illi homines diu uicturi sunt, qui habent lineā uitæ satis longam, extēdētem se ad restrictam uel iuxta, cōtinuā eiusdem latitudinis per totū decēter latam profundam ac bene coloratā. 1

❡ Cerebri linea uel ut melius dicatur sensibilis uel cephalica quod idē est, quādo est cum bona latitudine & profunditate boni coloris & bene articulata usq; ad acumen manus & non ul- 2

tra,longam uitam significat,simulq; audaciam.
¶Linea capitis si in superiori parte angulum non acutum sed
3 rectum uel quasi rectum constituit.longam uitam dicunt osten
dere.Si uero acutus fuerit diu etiam uiuet, & talis erit natu-
re astute & uafre.Timidus tamen.
¶Quando linea Epatis est satis longa scilicet usq; ad mediã
4 naturalem,profunda & lata deanter continua & bene colora
ta,significat bonitatem epatis atq; digestionis, & per conse-
quens longitudinem uitæ.Aliqui dicunt. Si bassis trianguli erit
bene recta & longa & in medio aliquantulum diuisa,& riuu
losa & boni coloris.ostendit bonam dispositionem atq; longitu
dinem uitæ attestatur.Experientia non affirmo.
5 ¶Angulus dexter si fuerit rectus uel quasi apparens & be-
ne coloratus significat bonitatem cordis & sanguinis, et uirtu
tem fortem & per consequens uitæ longitudinem,
6 ¶Angulus sinister quasi rectus arguit bonam complexionem
& ob hoc uitæ longitudinem. ¶Manus magne & debite pro
7 portionate in quacunq; sui parte in qualitate & quãtitate,ar-
guunt bonam complexionem,& per consequens longitudinem.
uite.¶Manus carneæ & concaue cum bona soliditate,& bene
8 articulate.longam uitam demonstrant.
¶Si in medio spatio inter lineas trianguli sit planities bonam
9 complexionem significat (si bene coloretur)& ex consequen-
ti longitudinem uitæ. ¶Saturnina si cum linea uitæ coniun-
10 gatur rectaq; sit et non intersecata,& ad Saturnini digitum
uel prope deuenerit,Triangulusq; suam seruauerit proportio-
11 nem,diuturnitatem uite dicunt ostendere.
¶Si mensa manus equali sit constituta spacio,bonam in homi
ne complexionem indicat, & per consequens uitæ longitudi-
12 nem.¶Linea quædam oriens a rasceta se extendns per conca-

uum manus ad tuberculum Mercurii quem aliqui appellant uiam lacteam quando est continua & cum media naturali connectitur extendens se ad minimum tuberculum, bonam complexionem & mentis agilitatem testatur, longitudinemq; uitæ denotat, ut aliqui referunt.

¶ Quando linea mensalis fuerit bene continua satis longa profunda lata & recta significat bone dispositionis naturam, & membrorum radicalium prportionem & per consequens uitæ longitudinem, ¶ Terminus ipsius lineæ duobus modis perficitur. Aliqui tenent bonam terminationem esse quando terminatur sub diametro digiti saturnini. 13

¶ Alii dicunt ꝙ uera terminatio est, quando terminatur in principio montis indicis præcipue ad radicem ipsius. Ego dico ꝙ utroq; modo est uera terminatio. Prima enim est equalis. Secunda est extra equalitatem complexionis.

¶ Si spatium rasctte sit purum & bene coloratum significat bonam complexionem, & per consequens longam uitam. 14

¶ Linea saturnina in concauo manus, seu soror lineæ uitæ cum trinaria proportione quæ initium suum habeat prope rascettam uel circa & desinat usq; ad mediam naturalem cum bono colore, situ & positione, arguit longitudinem uite. 15

¶ Si tuberculus policis sit rotundus decenter & lenis bene coloratus bonam complexionem ostendit nec non longitudinem Vitæ. 16

¶ Quando omnes manus tuberculi sint bene eminentes & proportionati longitudinem uitæ declarant, præcipue si lineæ sint bene coloratæ. 17

¶ Quando Triangulus est bene equilaterus uel proportionaliter equilaterus & sit pulchrarum linearum bene coloratarum & rectarum, signum est equalitatis ipsorũ membrorũ 18

mineralium & longitudinis uitæ.
19 ¶ Soror lineæ uitæ in monte policis oriens a summitate anguli summi & se extendens quasi ad restrictam uel prope longitudinis uitæ signum est, & Luxuriæ.
20 ¶ Si pauce rimule in mōte policis fuerint, paucas infirmitates ostēdere dicūtur, & ex consequēti uitæ diuturnitatem.
21 ¶ Dicit coruus. Quando mediā naturalis trāsierit mōtem manus longitudinem uitæ arguit cum inopia &c. Cōceditur de lōgitudine uitæ. tamē cum mala complexione, & denotat naturā superfluam, & si aliæ principales lineæ correspondēt ad diuturnitatē uitæ. Caueas igitur a tali iudicio quoniā falsissimū est.
¶ Quādo mēsalis duos ramos efficit unum in medio mōtis in
22 dicis, & alium ad uitalem hominem lōgeuum arguit.
23 ¶ Dentes magni & spissi lōgitudinem uitæ existimantur arguere si causa primitiua non impediet. Quoniam nō est apud physionomos signum tante excellētiæ quāte est illud, per quod simpliciter possit sine alia proportione iudicari, quia ostēdit uirtutem specificā atq; occultā bene fixā esse, quia utputa humidum radicale atq; spermaticam, uirtutem a principio generationis robustiores representat.
24 ¶ Fatuum est plerūq; tradere iudicium de longitudine uitæ sine cōcordantia multorum signorum adinuicem. Errāt enim et uehemēter qui existimant ac sibi persuadēt se posse cognoscere periodum ac terminum uitæ alicuius, cum aliqua mēsuratione Verum est ꝙ per mēsuras poterimus imaginari etatem cōmunem quæ ut plurimum peruenit ad annos. 70. Ego iam mēsuraui cum circino, & secūdum mensuram inueni tempus septuagenarium in linea cardiaca & in aliis principalibus lineis correspondentibus, & tamē hi quos iudicaui peruenerūt ad annos octuaginta uel circa, Vidi etiam pluries aliquos qui secundum
lineas

potuissent peruenire ad annos solares seu chronicos, uariis mo
dis fuisse impeditos, utputa ab infirmitatibus, aut uulneribus,
aut laqueo, uel alia ui, ex quo dies eius abreuiati sunt. Iudicet er
go chyromanticus pensiculate, & cum erubescentia, & non ut
quidam qui honoris ꝓprii curam nō habent, & potius iacta
bundi sunt, & nō iudicant ꝯm ueram scientiam. Crede ut plu
res, scias ut pauciores atq; sapientiores.

¶ Tricassus Mantuanus.


T iunioris Senecæ sciētia utar, Turpe est docto
ri cum culpa redarguit ipsum. Cocles autem
noster in principio huius. 3. libri reprehendit
Coruum ex ignorātia manifesta quam dicit il
lum ostētasse in interpretatione Doctorum, de
expositione linearum. Deinde ipse Cocles in. 4. signo huius ca
pi. quorūdam opinionem adducēdo dicit. Si basis triāguli erit
bene recta & lōga, & in medio aliq̃tulum diuisa & riuulosa,
& boni coloris, ostendit bonam dispositionem ac lōgitudinem
uitæ, attamen ipse hoc ꝓpria experientia nō inuento, sciētiam
hāc affirmare recusat. O optima sententia. Ego autem dico ꝙ
ipse Cocles sentētiam non intelligit, ꝓpriamq; uocem ignorat,
nec reminiscitur illius sentētiæ ac cōis Doctrinæ superius posi
tæ: & maxime in. 18. cap. 2. partis. 2. libri. s. ꝙ quādo aliqua
principalium linearum inuenitur discōtinua siue disiūcta, &
ibidem reperiuntur aliæ lineæ siue sorores ipsarum: ipsæ lineæ
siue sorores supplent loco ipsarum linearum principalium, &
adiuuant tale subiectum ab illo periculo imminente propter ta
lem fracturam aut discontinuationem. Ita ꝙ tantum ualent
ipse lineæ fractæ simul cum ipsis sororibus oppositis in tali
fractura, quantum ualerent ipse lineæ si essent integræ. Vnde
eadem significatio est cum dicitur. Si basis trianguli erit in

medio aliquantulum diuisa & riuulosa boni coloris, longitudinem uitæ attestatur, ac si diceret ipsammet sententiam quam in eodem quarto signo exponit, scilicet, quod linea Epatis longa & continua & bene colorata usque ad naturalem, longitudinem uitæ indicat. ¶ Quo ad decimumquintum sciẽdum est, quod illa sententia est uerior quam ab ipso exponatur, licet male percipi poßit secundum expositionem ipsius. Nam talis linea non solum significat longitudinem uitæ, uerumetiam quando uitalis alicubi terminaretur, scilicet, circa medium ipsius Vitalis, tunc ip a linea Saturnina siue soror lineæ uitalis (eo modo exposita, ut ipse Cocles declarat,) supplet & adiuuat ipsam lineam Vitalem, ita ut tantum ualeat ut ualeret si integra perstitisset, scilicet, non solum pro illo tunc sed etiam & in futuro, prout tamen magis & minus fuerit larga, aut fuerit profunda uersus Rascettam, immo in ipsa Rascetta. ¶ Quo ad uigesimumprimum signum ubi ipse Bartholomeus Cocles arguit Andream Coruum, dicentem, tale signum significare quidem longitudinem ui æ, sed cum magna miseria & paupertate. Dicit autem ipse Cocles, quod malam complexionem significat, & etiam significat naturam superfluam & superexcedentem. Circa hoc signum sciendum est, quod male reprehẽdit Andream Coruum, immo sibimet contradicit, & maxime in his quæ secundo libro dicit. capitulo sexto secundæ partis, in fine primi signi, & in signo sexto capituli sequentis. Attamen illorum quilibet optime dicit, si tamen seipsos aliquantulum freno comprimerent. Dico igitur quod uerum est quod tale signum (prout dicit Coruus) paupertatem significat, illud tamen signum aliqualiter inclinatur uersus lineam mensalem, aut aliqualiter est tortuosum. Talis autem paupertas ostenditur esse circa finem uitæ, uel citius, prout magis & minus uersus mõtem initiatur. f.

fractum esse, siue discontinuum. Cocles quoq; bene exponit, attamen tale signum in fine inuenitur (in tali significato,) eleuatum in fine uersus Rasettam aliquantulum, in monte tamen manus persistendo per transuersum ipsius manus. In his tamen omnibus significat miseram ac infœlicem uitam in sua senectute, & hoc potius ex mala complexione q̃ aliquali alia occasione, scilicet, aut miseria animi, aut pusillanimitate, aut auaritia. Ita ꝙ quamuis adhuc diuitias habeat, non tamen fruetur ex sua maxima infœlicitate. Vnde communi sententia talis tortuositas siue discontinuatio in fine ipsius naturalis, significat in senectute ipsius uel circa adeo ipediri aut occupari in administratione propriæ substãtiæ, ꝙ quodammodo nihil iuxta proprium beneplacitum poterit operare, Videatis libro secundo, capitulo septimo secundæ partis, signo nono. ¶ Quo ad uigesimumtertium signum sciendum est, ꝙ aliquando aliqui reperiuntur qui duos dentes paruulos habent, omnes tamen alii sunt magni. Et tunc iudicandum est ac si omnes essent magni, quoniam illi duo supplent loco unius. ¶ Quo ad uigesimũquartum signum, sciendum est ꝙ quicquid dicit Bartholomeus Cocles, omnes sunt fabulæ, hoc dempto. s. cum dicit, nullo pacto fore possibile uitalem lineam determinate commensurare, sed solum coniecturaliter. ¶ Quo autem ad reliqua, multa sibi contradictoria narrat, & non solum sibi, sed & ipsi chyromantiæ, quoniam impossibile est ꝙ effectus demonstretur circa uitam nostram, aut finem, aut longitudinem, de quo aliquod signum non reperiatur in ipsa uitali, ut superius habitum est.

Cap. II. de breuitate uitæ.


Aracteres picti in monte Medii, ut ostensum est in suo loco in libro. 2. cap. 4. ægritudinũ multitudinem significant, et fortasse breuitatẽ uitæ. 1

3 ¶Linea media naturalis quãdo non tranſit diametrum in di
4 gito medio, ſignificat talem moriturũ in ætate iuuenili. ¶Li-
nea media naturalis ſubtilis, et pallida, debilitatẽ cerebri & cõ
plexionis, oſtẽdit, & ex cõſequenti breuitatis uitæ ſignum eſt.
5 ¶Crux quædam parua in fine lineæ mediæ naturalis ex oppo
ſito medii uel auricularis, ſignificat mortem infra annum, uel
6 cito, ut dicunt, hoc tamen a me nunquã fuit obſeruatum. ¶Si
ſphærica figura uel. Y. ſit iuxta lineam uitæ, ægritudines mul
tas oſtẽdit. Si quidem in parte ſuperiori. i. in principio, prætéri-
tas, ſi in inferiori, futuras. i. in fine, & mortem ꝓpinquare de-
mõſtrant. Si uero in medio loco, ſignificat aliquem de ſuis in-
firmari. Et ſi prædicta ſigna transfixa ſint, tunc mortem pro
7 pinquam dicunt oſtẽdere. ¶Quãdo linea media tranſit totam
manum, dicunt breuitatem uitæ ſignificare. Vidi utplurimum
ex reumate capitis infirmari. Et dicunt, q̃to magis tendit uer
ſus inferiorem partem manus, tãto ueiociorem mortem ſigni-
8 ficare. T. M. immo ex uulnere. ¶Si mẽſalis cum media natu-
rali angulum cauſant, breuitas uitæ denotatur, ut aiunt recen-
tiores obſeruatores. ¶Si linea uitæ fuerit breuis, breuitatem
9 uitæ arguit niſi iuuetur ab aliqua alia linea. ¶Ille Coruus ual
de niger poſuit in ſua picta chyromãtia lineam uitæ fractam
in medio poſitionis ſuæ, & refert talem fractionem termina-
ri ad annos. 25. Ergo ſm̃ ipſum periodus indiuiduorum termi
natur in anno. 50. qḋ eſt falſiſſimum. unde lucerna ſua eſt male
10 lucens. ¶Si triangulus in manu nõ uidetur in aliqua ſui parte
eſſe, nec aliquam ſui affert demõſtrationem, uidetur breuitatis
uitæ eſſe ſignum, & hoc præcipue corroboratur ſi lineæ ſunt
exiguæ, aut fractæ, ſiue capillares. ¶Si menſa manus inequa
11 li ſpacio a media naturali diſtare uideatur, malam hoĩs com-
plexionem oſtendit, & per conſequens. breuitatis uitæ eſt indi-

cium. ¶ Si in medio spacio inter lineas trianguli nõ sit plani- 12
ties, & male locus est ille coloratus, defectum arguit caloris,
& ex consequenti, breuitatem uitæ ostendit. ¶ Si linea mẽsalis 13
non seruauerit trinam ꝓportionem, & ulterius sit male colora
ta, aut fracta seu capillaris breuitatis, uitæ est signum. ¶ Ie 14
coralis linea si nõ seruauerit trinam ꝓportionem, & si fuerit
intersecta a multis lineis, uitæ breuitatem denunciant. ¶ Den 15
tes rari & minuti penitus, uitæ breuitatem demõstrare uidẽ
tur. ¶ Caue & præcaue indicare aliquid de breuitate uitæ, ni 16
si lineæ sint penitus deletæ, nam est opus dicere periodum deter
minatum s̃m terminationem linearum in tempore ægritudi-
num, quæ maxime repræsentantur in cardiaca linea. Quoniam natura specifica facit aliquotiens actiones quæ impossibiles apparent medico & physonomo circa negocia ægritudinum, quia duplex est complexio, una insequens materiam, alia insequens formam, quemadmodum scribit ueridicus Cõmentator in. 6. sui colligeth, cap. 1. loquendo de fine artis medicinæ, dicit enim Ars aliquãdo deficit ab indiuiduis ꝓpter materiales præparationes quæ sunt in ipsis, quia nõ est impossibile ut duo hoĩes unius & eiusdem temperate complexionis equaliter, & utuntur uno regimine,, & unus istorum deueniet ad meliorem finem quem cõsequi poterit per ipsius naturam. In alio uero in eodem regimine existẽte mali generabuntur humores qu, mortem inducẽt. Et causa huius est, quia in eius complexione est mala præparatio fixa, quæ est causa ut in ipso hæc malitia generetur, q̃uis hanc præparationem ignoremus. Et causa huius ignorãtiæ est, quia in naturis tot sunt præparatiões fixæ, ut eas per signa cognoscere nequeamus, & hoc accidit propter præparationum infinitatem (sicuti in naturali phylosophia est declaratum) quia ibi dicitur, ꝙ quælibet materia habet accidẽtia ꝓpria et

fixa in ipsa sine accidentibus quæ manant a forma, & hæc accidentia quæ sunt in materia sunt causæ multitudinis uarietatum quæ in naturis indiuiduorum inueniuntur quemadmodum accidétia propria formæ sunt causæ multitudinis uarietatum quæ in moralitatibus indiuiduorum hominum cognoscuntur. Et totum hoc est, quia in hoïe multæ species indiuiduorum uel compositionum inueniuntur, quia ultimum compositum, & ob hoc prouenit occultatio uarietatis proprietatum quæ in naturis et moralitatibus indiuiduorum inueniuntur, q̃uis in sensibilibus particularibus indiuiduorum manifestis quo ad nos communicent. ¶ Ecce aliquantulum egressi sumus ordinem libri nostri, non tamen propter hoc minus sequetur iuuamentum, quia hic remouimus unum dubium quod multi sapientes scire affectant. Ideo chyromanticus non debet desperare de aliquo indiuiduo, utrum moriatur uel ne. Sed debet dicere, tali tempore, anno, & ætate es procliuis ad aliquas ægritudines cum grauamine, & eris in periculo mortis, & non dicere de morte absolute, quia aliquando indicantes decipiuntur propter occultas ꝓprietates indiuiduorum a cœlo causatas. Si quis igitur uoluerit terminare tempora accipiat circinum ferreum uel argenteum, & incipiat mensurare in principio lineæ uitæ ab angulo summo de quinquẽnio in quinquẽnium & talis mensura sit tanta quanta est linea sic ducta ________ mensurando lineã cardiacam seu cordis, & in quacunq; linea computabuntur quinque anni. Et sic mensurabis usq; ad fractionem quæ cardiacã intersecabit, & si erunt duæ lineæ erunt decem anni, & si tres quindecim, et sic multiplicãdo pones numerum annorum infirmitatis quæ per intersecationem uel separationem, facile poterit iudicari. Verbi gratia, linea cordis est continua, lata, profunda, et colorata usq; ad sui medium, tunc mensura modo su

prædicto, & habebis annos ægritudinis, & si forte talis carẽtia cardiacæ capiet sex de illis paruis lineis, erunt anni triginta, & sic ſm mensuras indica tempus. Et si sit magna fractio, tunc magnum erit uitæ periculum. Sed si inueniatur triãgulus equilaterus erit minor infirmitas. Si in directo fractionis fuerit una ex duabus sororibus ualde etiam malitiam minuet fractionis. Et præcipue illa quæ est in cõcauo manus. Si uero ambas inueneris, intensius est iudicium euasionis. ¶ Et non obliuiscaris lineæ mensalis continuationem, punctuationem, uel fractionem, quia hæc est radix ægritudinum. Hanc igitur mẽsalem in tres ætates diuides, ut fit in aggregatione digitorũ. Etiam considera alias partes, sicut est bona manus consolidatio, pulchra digitorum proportio ac articulorum, unguium colores. Considera etiam qualitates ægritudinum, an sint ex cholera, an ex sanguine &c. & an a dolore seu uulneribus causentur, proportionando singula singulis, & sic recte considerando rectius etiam iudicabis.

¶ Tricaßus Mantuanus.

IN secundo capit, circa. 5. signum, admodum miror quo pacto sententia illa scientiæ huic ascribi ualeat, nam per seipsam absq; alia aliqua cõtrarittate falsissimã esse dinoscitur, deprauatãq; cõspicitur. Nusq̃ enim reperitur aliquis effectus (nec in chyromãtia aut physonomia) alicui alteri appropriatus a subiecto proprio, in quo tale quid significatiuum reperitur, & maxime circa infirmitates. Propria autem horum signorum significata, (maxime illius lineæ bifurcatæ,) sunt hæc, scilicet, ꝙ quando inuenitur unita ipsi lineæ uitali, significat talem infirmitatem illo eodem tempore pati quo per ipsam lineam uitalem connotatur ſm ipsius propriam commensurationem,

magis autem & minus s̄m eiusdem qualitatē aut quantitatē. Si aūt inuenitur iam talis commēsurationis tempora trāsigisse. præteritam fore significat, si autē in futuro, futuram. Hoc idem quandoq; uulneraturum siue percussurum in capite connotat. ¶ Quo ad. 9. signum, mirari non desino, qua temeritate audeat Coruum incusare, cum sit ꝙ ipse in calce huius cap. eo deterius in istiusmodi sentētiā ꝓlabatur. ¶ Vnde pro clariori notitia huiusce dubietatis, sciēdum est ꝙ omnia quæ Cocles in hoc concionatur falsum est ipsaq; experiētia teste omnia in contrarium cōprobantur. Id autem ꝙ Coruus asserit aliqualiter quidem currere posset, maximis tamē præsidiis ac glosulis fultum. Cum autem & Cocles in illo. 16. signo dicit, ꝙ quotienscunq; Vitalem lineam discontinuam esse dinoscitur maximum periculum Vitæ indicat, hoc quoq; falsum est simpliciter loquēdo. Ne autem in longum hāc protrahamus dilucidationē. Videatis ea quæ diximus i. 2. cap, 2. ptis circa. 5. figurā. ¶ Quo ad signum. xi. Sciēdum ꝙ uerum est. ꝙ Quadrangulus si in medio aut fine strictus inuenitur malam quidem complexionē significat, attamen nec ꝓpter hoc iudicandum est de longitudine aut Vitæ breuitate, immo proprium eius significatum, est ꝙ tale subiectum est naturæ uafre & animo peruersus, ac miserimus. auarusq;, hoc est eius proprium significatum, sicuti, & ipse Cocles hoc asserit. lib. 2. cap. 20. 2. partis ex auctoritate Morbeth, ¶ Quo ad. 13. signum, Sciēdum est ꝙ etiam cum ipsa mala coloratione, Rascettæ, adhuc considerandum est ꝙ ipsa Rascetta sit depressa uersus inferiorem ac exteriorem partem ipsius Manus. ¶ Quo ad. 16. signum etiam sciendum est ꝙ maxima difficultas est circa determinationem. Vitæ attamen regula hæc uniuersalis seruanda est in talibus iuditiis & maxime quando ex infirmitate quis moriturus prænoscitur, et

non subita morte aut uiolenta. Dico igitur, q̄ quotienscunq; re
peritur fracta linea Vitalis & in tali fractione inclinatur uer
sus Montem Policis, & in fine magis extenuatur aut subtilis
efficitur, nec aliqualem correspondentiam habeat cum reliqua
parte ipsius lineæ. Vitalis. tunc in illo eodemq; tempore ipsius
vitæ terminus significatur. Et hoc per maxime declaratur in.
2. parte Chyromantiæ capitulo. 2. in figura. 5. ¶ Alias quoq;
multas dicit et maximas fatuitates, quæ tamen non sunt præ-
sentis speculationis (licet & falsæ sint pro maiori parte, et ma
xime quo ad illa accidentia & causis ipsorum ac effectibus.

¶ Capitulum tertium. De egritudinibus in generali.

Litteram. A. in monte manus uarias ac diuersas 1
egritudines dicunt Chyromantici demonstrare
¶ Signa seu caracteres in monte medii aut sa- 2
turni ut in. 2. capitulo. secundi libri pictum
est capitulo de Saturno aliquando multitudinem egritudinum
denunciat. ¶ Linea oriens in concauo manus iuxta lineam uitæ 3
& habens ramum tendentem ad brachium similem radio, si-
gnificat egritudinem infra sex annos, si eiusdem lineæ partes
sunt grossiores quæ sunt circa brachium infra duos annos si- 4
gnificat. ¶ Lineæ paruæ iuxta radicē mensalis egritudines in
prima ætate demonstrat, iuxta medium in media, iuxta finem
in ultima ætate. ¶ Linea rubea & notabilis secans basses triā 5
guli & transiens per concauum manus egritudinem ostendit.
¶ Linula tortuosa prope angulum supremum & præcipue si 6
rubea extiterit, egritudinem infra annum dicunt significare.
¶ Angulus sinister deficiens in manu debilitatem stomachi, et 7
Epatis arguit, & per consequens multas egritudines. Stoma-
cus enim est ueluti lebes corporis in coquendo cibum, & instru
mentum prime digestionis. Epar uero est minera sanguinis, &

ibi decoquitur cibus, & alteratur secūda uice. si ergo ista mem
bra sunt debilia debilitatem corporis significabunt, & ad mul
8 tas egritudines corpus præparatum ostendēt. ¶ Linea tortuo
sa & fortiter reflexa in extremitatibus in monte policis iux
ta lineam uitæ egritudinem magnam illo eodem anno futuram
9 ostendit. ¶ Si superius iuxta concauum manus apud cardiacā
talis figura apparuerit linea tortuosa tunc infirmitatem mi-
norem uel maiorem ſm præsentiam signi demonstrat illo an-
10 no. ¶ Quādo media naturalis diuiditur a quibusdam obliquis
lineis, quot quot erunt diuisiones, tot corporis passiones osten-
dunt. Et si tales lineæ scindentes lineam capitis fuerit capillares
ex reumate infirmitas erit, si uero fuerint mutilate erunt ani-
mi passiones. Et si lineæ scindentes sint tortuose tantum infirmi
11 tatem ostēdunt. ¶ Si soror lineæ uitæ in concauo manus hoc est
linea saturnina sit tortuosa, uel ut aliqui dicunt, lata & tortuo
12 sa grauabitur ab infirmitatibus in copia. ¶ Soror cardiacæ in
concauo manus discontinua aut capillaris exuberantiā egritu-
dinum minatur. ¶ Si mons pollicis plenus rimulis fuerit infir
mitatum multitudinem ostendit, similiter. si orbiculis sit ple-
14 nus. ¶ Scala uel gradus in indicis tuberculo si sint eius cacu-
mina annexa & scissa supra modum a transuersalibus lineis,
15 egritudines corporis denunciat. ¶ Si in medio spatio inter li-
neas trianguli non sit planities & male coloretur defectum ca
16 loris representat, & per consequens copiam egritudinū. ¶ Si
autem linea epatis a pluribus lineis pallidis intercepta fuerit,
malam digestionem significat & dolores uarios ex ipsa pro-
17 cedentes propter malam digestionem. ¶ Si locus trianguli sit
18 cum liuore signum est corporalis doloris. ¶ Quando una linea
per restrictam transierit tendens tortuose in uitæ lineam, pro-
ximam significat egritudinem. Si pallida fuerit eam præte-

riisse notabit. Præcipue autem si in fundo nigrior fuerit, & si fuerit pallida egritudinem significabit futuram, & hoc intelligendum est si prope restrictam fuerit. ¶ Figura in monte Lu 61
ne similis. C. corporis multas indicat infirmitates. ¶ Si in pri 02
ma iunctura quattuor digitorum sit una tantum linea & sit intersecata a pluribus lineis longam ostendit infirmitatem, & cum difficultate, salutis. ¶ Quando media naturalis ab una 12
uel duabus lineis intersecatur methaphorizando ut crux in directo digiti medii aut auricularis & sit rubea aut rubeæ. infra anni spatium talis morietur, aut mortiferam ægritudinem subiturum dicunt denunciare.

¶ Tricassius Mantuanus.



Vlta Doctorum uolumina perlegi atq; discussi nec alicubi doctorum quempiam reperi, qui in hac arte aut scientia tempus aliquod determinatum ostēderet, hoc nostro Coclite dempto, qui nec minime erubescit hoc in capitulo determinatum tempus assignare, maxime autem in. 3. & 8. & 9. ac. 12 signo. Et tamen in aliis in locis, determinate indicare prohibeat. Quapropter. 9. signum ita intelligendū est. ꝙ scilicet ostēdit proximam infirmitatem, magis autem & minus prout grossior apparet aut rubra uersus Brachium, commensurationem tamen temporis & lineæ Vitalis. proportionate comparādo. Et hoc idem intelligendum est de reliquis. ¶ Quo ad. 12. signum considerandum est in qua parte ipsius Naturalis sint tales lineæ intersecantes, & iuxta parte determinatas ipsius lineæ Naturalis, sic iudicandum est secundum commensurationem eiusdē lineæ naturalis & ea ætate tales infirmitates futuras ꝑdicere, ac de ipsis īfirmitatibus hoc mō iudicare semp

tamen proportionem Lineæ Vitalis perseruando, & ipsius Li-
neæ Mensalis, in quibus semper infirmitates ostendūtur et præ
cipue in Vitali.

¶Capitulum quartum de his qui erūt beniuoli atq; iocūdi cū ingenii acumine, & cito irascuntur.



Liqua signa picta in loco solis ut in ꝓprio loco manifestatur in.2.libro.cap.7.dicitur, arguunt omne illud quod in rubrica supradicta scriptum est.

¶Tricassius Mantuanus,



N hoc capitulo per maxime considerandum est id quod notaui in.5.cap.2.partis Chyromātiæ, quoniam illiusmodi significata non solūmodo habent illas significationes sed & alias q̄ plures. Attamen, cap.hoc, isto in loco non bene conuenit.

¶Capitulum quintum. De egritudinibus capitis.



Inea media naturalis subtilis & pallida debilita
1 tem cerebri & complexionis ostendit. Et si frica-
ta modicum rubescit uelociter, debilitatem capi-
tis & dolorem ostendit & maxime ex reumate.
2 ¶Talis figura.G.in radice anularis egritudinē capitis ostē-
3 dere dicitur. ¶Si linea media naturalis est magis colorata ex
4 una parte q̄ ex alia.s.in principio dolorē capitis ostendit. ¶Si
linea cerebri sint quasi dispersa ita ꝙ quasi non uideatur linea
in inferiore parte sui ultimum defectum rerum, & sanitatis
5 extraneam spem attestatur. ¶Quādo linea naturalis sit ma
le colorata & male fixa & diuersificata diuersis lineis, mul-
tas egritudines declarat, & obuiationes significat & cito per
cipere temporis mutationes, ut puta frigidum & calidum &
6 applicationem sereni nebulosi aut pluuiosi. ¶Quādo linea Epa
tis est magis rubea uersus lineam uitæ aut medam naturalem

q̃ alibi dolorē capitis propter uitiū Epatis seu stomachi. ¶ Cū linea cardiaca rubet in medio & tendit ad brachium dolorem capitis dicunt significare. ¶ Si linea uitæ sit rubicundior a p̃te 7
superiori q̃ a parte inferiori infirmitatem capitis minatur. 8
¶ Dicunt aliqui recentiores ꝙ quando linea media naturalis est grossa & nimis pallore suffusa & discontinua atq; ruga- 9
ta debilitatem corporis & capitis egritudinem uel dolorē circa tempora ex reumate promittit.

¶ Tricassus Mantuanus.



Aduertendum est in hoc cap. & in multis aliis, ꝙ multotiens Cocles ipse ponit illa eadem signa in pluribus locis sed diuersimode illa exponit, & tamen sunt illa eademq; signa, & sententiæ eiusdē. Hoc autem prouenit quoniam hæc omnia ab eo adducuntur tanq̃ ab aliquo simplici compilatore prout in exemplaribus aliorum Doctorum scripta reperit, & non ex, aliqua scientia aut consideratione siue etiam noticia practica speculatione habita, ipsaq; uerborum ignorans significata. Septimum namq; & . 8. signum sunt idem q̃uis ipse ea peruertere conetur. Similiter. 5. & . 9. signum idem sunt.

¶ Capitulum sextū. De infirmitatibus oculorū.



Littera, C. in mote Policis uulnera in oculis ex ferro uel igne s̃m fere omnes ostendere uidetur.
¶ . O. littera uel punctus, iuxta cardiacam & re- 1
strictam quot signa erunt tot erunt lesiones in oculis. ¶ Adhuc. C. littera in radice medici destructionem & infirmitatem oculorum ostendunt. Item. O. littera uel fouea seu 2
punctus in radice medici existentes infirmitatem oculorum denotant. Et si littera. O. perfectum orbem nō clauserit cecitatem
aut alia in oculis accidentia denotat s̃m quosdam, ¶ . D. figu- 3

ra in loco lune oculorum infirmitates ualde intensas demonstra
4 bit. ¶ Linea media naturalis habens quosdam punctos inordi-
natos dolorem oculorum minatur plerunq; ab antecedente cau
5 sa. ¶ Vidi punctum in media naturali in Alexandro scadinari
amico meo in medio loco mouentẽ se a proprio situ uersus ini-
tium cardiacæ, & hic erat in manu sinistra in destra uero nõ, an
no illo euenit sibi egritudo magna in oculo dextro & euasit in
columis quia talis orbiculus non fuit in dextra, Et fuit causa an
6 tecedens. ¶ Quando angulus supremus nõ cõiungitur & quæ-
dã linea semicircularis scindat locũ ubi coniunguntur prædi-
ctæ duæ lineæ facientes angulum, & unum caput prædictæ li-
neæ respiciat uersus partes brachii significat ꝙ ille excæcabi-
7 tur. ¶ Dicunt recẽtiores. Si in medio lineæ solaris aut in medio
tuberculi orbiculus fuerit oculi cecitatem ostendit. ¶ Dicunt
8 moderni obseruatores. Si in media iũctura cuiuslibet digiti tã
tũ fuerit una linea hoc est in indice, medio, fido & auriculari,
& in duabus aliis iuncturis fuerint duæ, talis perdet unũ ocu-
9 lum. ¶ Aliqui dicunt ꝙ in quocunq; loco lineæ uitæ reperiatur
unus punctus seu paruus circulus uel orbiculus amissio oculo-
rum significatur, ego per experientiam hoc testor. ¶ Alii as-
01 serunt ꝙ si in percussione manus reperiatur unus orbiculus aut
plures lesionem oculorum indicari, & dicunt ꝙ istud procedit
a causa primitiua cuius rei tamen experientiam ignoro. C. lit
tera in loco lune in oculis malum aliquod ꝓtẽdere dicitur.

¶ Tricassius Mantuanus.



Ertium & septimum signum eadem infirmi
tate laborant, qua & .3. & .8. capituli præce-
dentis. ¶ Ad clariorem autem huius capitu-
li noticiam sciendum est (sicut & Cocles in-
nuit q̃uis obscuro sermone) ꝙ maxima consi

deratione uidendũest, an tales infirmitates ex ipsa natura aut accidente aliquo proueniant. ¶ Quo ad. 9. signum sciẽdum est ꝙ tale signum non est proprie linea siue per modum lineæ, sed est ueluti signum uarole, aut alteris alicuius & quando multũ profundatur, significat tantummodo periculum, aut percussionem circa oculos. ¶ Quo ad. x. signum, cauendum est, ne forte hoc idem acipiatis, pro illo signo posito in figura. 27. meæ chyromantiæ, immo debet esse ueluti linea circularis & nõ fossula aliqua, debetq́ʒ uersus Montem Manus locari. ¶ Quo ad. x. sciendum est ꝙ aliquando inuenitur tale signum male apparẽs & tunc minuitur malicia ipsius significationis, taleqʒ periculum procedit ex infirmitate naturali.



¶ Capitulum septimum De dolore colli.

SI media naturalis a medietate uersus pedẽ eius rubea fuerit ut Chyromantici obseruauerũt colli dolorem arguimus. ¶ Tricaßus Mãtuanus.



QVo magis Coclitis Doctrinam perpendo eo amplius nausæam & abhominationem patior Ista namqʒ est illa eadẽmet sententia quam ipse adduxit in. 3. & . 6. signo capituli. 5. huius libri. Nisi forte dicere uelimus ꝙ accipit collum et caput ꝑ una parte tantum, iuxta ipsius Chyromantiæ diuisionem quod tamen & eo deterius apparere ostenditur.

¶ Capitulum octauum. De pthisi seu ethica passione.



INquit Messue ꝙ pthisis est detrimẽtũ desicationis & cõsumptiõis cadẽs in corpus calore febrium habitudinalium minutarum & exuberatione pulmonis. Et ulceratio quidem huiusmodi causam habet ex præcedẽti dispositione, catarro acuto ulceratiuo instillante, & imprimente in pulmonem hora post

bordam sicut accidit ex frequenti distillatione super petram.
1 ¶Raro autem cōtigit hæc passio pueris & senibus, & si interdum talis infirmitas accidat senibus occultari potest in eis & diu uiuere possint cū illa. Expositi autem qui cadāt in pthisim sunt habentes cerebrum debile, & habentes pectus strictū in creatione sua, & habentes humeros alatos, sicut sunt curuaturæ alarum auium, & collum subtile & lōgum, & sit depressus inter alas & humeros, & sibi sit eminentia epiglotis, &
2 nasus sit curuus, & cito ad iram commoueatur. ¶Si basis triāguli fuerit magis rubea ubi debet tāgere lineam mediam naturalem, signum est fœtidi pectoris, oris, & uniuersalis caloris, seu dispositionis ethicæ passionis. ¶Si manus sit calida,
3 macilenta, & sicca, & cutis eiusdem sit subtilis, siccitatem et
4 propinquam significat febrem. ¶Vngues curui cum digitis macilētis, denotat ethicam paßionem. Dixit auctor incogni-
5 tus. ¶Quādo linea stomaci seu epatis aut pulmonis, qđ idem est, finitur in primam iuncturam medii, significat epatis discrasiam, & talis efficietur pthisicus.

¶Tricassus Mantuanus.

Circa. I. signum huius cap. cum dicit debile cerebrum significare, intelligitur de uirtute fantastica siue ipsius fantasiæ, & tales aliquādo inueniuntur esse (ex sua ꝓpria natura) hōies ingeniosissimi. ¶Quo ad. 3. signum cum dicit manum calidam inueniri, hoc intelligitur de cōcauo ipsius manus. ¶Quo ad. 5. signum, sciendum ꝙ aliqui inueniuntur habentes talem lineam, sed nō proprie in ipso medio ingrediētem, immo uersus indicem ascendens. Et hi utplurimum fatui sunt, & cholerici, & naturaliter inebriātur libentissime.

¶Cap. IX. de passione cordis.

Scribit



Cribit Conciliator seu Petrus Appoñ, aut de Ebano super Mesue ubi loquitur de cardiaca passione. Omnium accidentium aduenientium corpori humano causa intrinseca uel extrinseca, Primus concursus est ad basim, in qua naturalis uigor spirituum & uirtutum omnium sigillatim creatur. Spiritus sapientiæ sedes animarum ac uitæ, naturale principium motus & quietis, quo deficiente nulla amplius corpori dari possunt suffragia. Quo mortuo continuo moriuntur omnia membra. Cor enim est terminus omnium operationum animæ rationalis. In cerebro quoq; omnes hæ & illæ incipiunt operationes, & in corpore suscipiunt complementum. Sua uirtus est tanq̃ forma omnium membrorum irradians & uiuificans uirtutes organicas, in perfectione. In materia uero est non intelligibilis formæ, quia Deus gloriosus sicut diuini decoris ratio postulauit, membrum curis sollicitum rectificare curauit. ¶ Corde igitur alterato alterantur cætera mẽbra & uir- 1
tutes corporales, eo quoq; confortato, cuncta cõfortantur. ¶ Si 2
igitur a principio lineæ cordis procedat linea ut arcus, cordis dolorem minatur, ut aiunt illustres patres Chyromantici & Caldei.

¶ Tricassius Mantuanus.



Stud signum huius capituli debet esse uersus montem indicis, immo in ipso monte uersus indicem. Etiam quando ipsa uitalis esset flexa siue curua in ipso monte uersus indicem, eundem retinet significatum. Talis autem effectus eo amplius uigorem suum assequi dinoscitur, quo huiusmodi signa sunt magis flexa, aut rubra. Videatis quoq;. 9. Quæsitum primi libri.

¶ Cap. X. de ægritudinibus stomaci.



1 Enter ſeu ſtomacus eſt organum digeſtionis prĩ
mi chili generatiuus, unde ſicut meſaraycæ ſunt
præparatoriæ digeſtionis epatis, ita os ſtomaci.
Vnde Auicenna, nutr ens in maſticatione ali-
quam habet digeſtionem cui deſeruit Meri ſeu yſophacus a
parte ſuperiori ad ducẽdum cibaria eidem. Et inteſtina cum me
ſaraycis ad expellendum nociua & diſtribuendum utilia dige
ſta & chiloſata in eo. Ideo uocatur lebes corporis, cum enim
ſtomacus lapſus eſt totum corpus labitur. ¶ G. littera a radi
2 ce anularis, procliuum hominem facit ad ægritudines ſtoma-
3 ci. ¶ D. figura in minutulo tuberculo male colorata, dolorem
ſtomaci arguit, uel circa. Iterum. D. littera in loco lunæ, ſtoma-
4 ci quoq; infirmitatem protendit. ¶ Linea epatis diſcontinua,
pallida, & male colorata ſignificat infirmitatem & paßio-
5 nem ſtomaci atq; iecoris, & per conſequens, malam digeſtio-
nem. ¶ Manus debilis & mollis carens linea epatis, defectum
nunciat. ¶ Si in loco ſiniſtro anguli fuerit angulus uel aliquid
ſimile, debilitatem ſtomaci arguit.

¶ Tricaſſus Mantuanus.



Duertendum eſt ualde circa ultimum ſignum huius cap. quoniam cum ſit ſignificatiuum plurium effectuum, facillime quippiam in hoc decipi poſſet. Vnde hoc quod Cocles dicit in iſto loco, intelligendum eſt quando linea epatis eſt ſubtilis aut male apparens, et maxime uerſus naturalem, uel quãdo eſt diſcontinua.

¶ Capitulum undecimum, De his qui cum religioſis ſunt coniuncti, & faciunt opera mulierum, Et ædificia, pecuniam, ac uarias picturas ualde diligunt, & etiam Mulierum ornamenta.


Vnt illi qui habent caracteres, ut hic. ℞. bene dispositos in minutulo. Scias tamen ꝙ nunquã usq; ad hunc diem cognoui, neq; expertus sum aliquid de caracteribus seu diuinis litteris in manibus, licet uarii uaria de his scribant.

¶ Tricassus Mantuanus.


Otãdum est ꝙ fatuus iste propriæ uocis significatum ignorabat. Quæro namq; si quis gentilium hoc signum suis in manibus haberet, quem effectum futuru; prædiceret. In omnibus igitur fides sibi nõ est adhibenda, ꝑpter maximam ipsius ignorãtiam quæ a quolibet legente facillime conspici potest. Nec sibi in aliquo unq̃ fidem adhibui, nisi prout ex quottidiana experientia uerum esse probabam, licet raro aliquid boni afferat. ¶ Dico igitur tale signum (in quocunq; subiecto reperiatur) significare mentis ac corporis aliqualem agilitatem, ac pene in omni operatione exercitioq; delectari, ac in rebus curiosis seu placidis, nec dedignari in aliquo, adeo ut & ipsarum muliercularum officia familiaria seu quottidiana aliquando exerceat. Et cum his omnibus non sunt magni ingenii aut consilii (nisi forte in operatiõibus malis) q̃uis in oĩbus soliciti sint nec tedio, nec indignatione afficiantur. ¶ Hoc quoq; iudicium haberi potest circa sequens capitulum, quo ad illas significationes ibidem expositas. Vnde dico ꝙ talia signa significant homines boni capitis ac consilii, & in sua senectute catholicos esse futuros, ac ueluti religiosos & bonos in apparẽtia, licet opera ipsa signis ac sermonibus non respondeant.

¶ Capitulum duodecimum, De his qui sunt grauis loquelæ et suspitione pleni, & qui cum sapientibus ac religiosis commiscentur.


Vnt illi qui habent aliquos caracteres pictos
in minimo monte, ut dictum eſt in.2.lib. cap.9.
Aliqui dicunt ꝙ ſunt naturaliter elegantes, hoc
tamen nunq̃ expertus ſum.

¶Cap.XIII.De ſignis malæ digeſtionis.


1 Vtis tenuis et debilis flegmaticam naturam ui
detur oſtẽdere, malamq́; ſimiliter digeſtionem
2 declarat. ¶Lineam menſalem fractam & ca
pillarem, digeſtionem malam dicũt chyromãti
3 ci oſtendere. ¶Triangulus ſi in aliqua ſui parte deficiat, aut
ꝙ lineæ eiuſdem ſint tenues ſeu capillares, malam digeſtionem
4 indicare dignoſcitur. ¶Linea cardiaca capillaris atq; diſcon
tinua & male colorata, digeſtionem perfectam perficere non ſi
5 nit ſtomacum. ¶Linea cerebri male colorata & capillaris, di
6 geſtionem bonam uidetur denegare. ¶Angulus ſummus ual-
de ſeparatus cum incontinuis atq́; capillaribus lineis, digeſtio
7 nem malam minatur. ¶Linea epatis in tempore iuuentutis in
manu carens, & locus ſuus pallidus atq; depreſſus, digeſtio-
8 nem minime laudabilem affirmat. ¶Si baſis trianguli ſit in
tercepta a lineis pallidis, dolores uarios oſtẽdit propter malam
digeſtionem. ¶Tricaßus Mantuanus.
¶Secundum ſignum huius debet reperiri in principio menſa-
lis. ſ. uerſus percuſſionem, & talis effectus prouenit ex frigidi
tate ipſius complexionis. ¶Tertium autem ſignum & ſextũ
idem ſunt, & eiuſdem ſignificationis & rei.

¶Cap.XIIII.de ſignis bonæ diſpoſitionis.


1 Anus autem ſolida ſimul cum palma quæ ſit boni
tactus, ſanguineũ denunciat, & pariter bonam
2 indicat digeſtionum. ¶Linea menſalis cum tri-
na ſui & laudabili proportione & bene colorata,

bonam arguit digestionem. ¶ Linea cordis cum trina sui pro- 3
portione et bene colorata bona; representat digestionem. ¶ Li 4
nea media naturalis cum trina sui dimensione et bene colorata.
digestionem laudabilē denotat. ¶ Triangulus equilaterus, sum 5
mam atq; laudabilem optimamq; arguit digestionem. ¶ An 6
gulus supremus eminens atq; acutus, digestionem quoq; bonā
denotare uidetur. ¶ Angulus summus ualde seperatus, digesti 7
uam bonam affirmat. Et hoc intelligitur quando ipse lineæ sint
craße & rubeæ. ¶ Linea epatis cum trina sui proportione cū 8
media naturali connexa & bene colorata, digestionem quoq;
bonam promittit. ¶ Linea saturnina in concauo manus cum bo 9
na & trina sui proportione & bene colorata, digestionem bo-
nam declarat. ¶ Soror lineæ uitæ in monte policis cum dimen
sione trina & bene colorata, digestionē bonam arguit. ¶ Ma 10
nus bene tuberculata cum tuberculorum eminentia & in me- 11
dio concauo foueata cum bona soliditate, digestionem bonam
ostendit. ¶ Color manus ex albo & rubeo mixtus & color sit
perspicuus, brunus clarus, atq; castaneis similis, bonam dige- 12
stionem dicitur indicare. ¶ Soror lineæ mensalis quando repe
ritur in manu, potentiam innati caloris arguit, & ex consequē 13
ti bonam digestionem, ut pluries notaui.

¶ Tricassus Mantuanus.


Vo ad. 11. signum sciēdum ꝙ q̄uis uideatur con
trarium. 15. signo. 3. cap. attamen nulla cōtradi
ctio uersatur. Nam ibidem dicitur ꝙ triāgulus
non debet esse depressus, hic autem dicit ꝙ q̄uis
triangulus sit depressus & tuberculi sint eleuati ꝓpter eminē
tiam ac bonitatem tuberculorum minuitur malitia siue depres
sio trianguli, retinetq; ꝓpriam significationem, bonamq; di-
gestionem demonstrat. Videatis etiam. 8. & . 9. signum. 1. cap.

¶Signum autem. 13. eo magis efficaciam propriam retinet, quo ipsa mensalis magis continuatur in principio. Et si mensali deficiēte soror eiusdē supplet, adhuc ipsa digestio in suā perseuerat perfectionem. ¶Cap.XV. De ægritudinibus rænū.

1

Raticula uel scala seu craticulus ī tuberculo Sa
2 turni, dolorem rænum denotat. ¶Signa seu caracteres in monte lunæ (ut in lib. 2. capi. x. pictum reperire potes) dolores rænum uidentur
3 indicare. ¶Sine dubio linea mensalis cum semicirculis uel semicirculo in diametro digiti medi, aut inter medium & medicum in diametro, rænalem morbum indicat, ut sæpe notaui.
4 ¶Quando sub auriculari uel sub medico fossulæ siue granæ rubeæ fuerint, siue pūcti uel gradus, dolorem in rænibus præparat, ut aliq̄bus placuit, et præsertim Vgoni, hoc tñ ego nō uidi.

¶Cap.XVI. De signis yliacæ passionis, & de colico dolore.


Yppocondria sunt a latere sub costis, ylia uero super anchas. Yliaca autem passio est in intestinis gracilibus. Colicus dolor seu colica passio est in intestinis grādioribus, & præcipue in illo intestino qui dicitur colon. ¶In hoc autē loco large sumitur ꝓ utraq; passione. ¶Scala uel craticulus seu craticula in tuberculo Saturni yliacos dolores, ut dicunt multi ostendit.

¶Tricassus Mantuanus.


Vintumdecimum et. 16. cap. circa cādem materiam uersantur. et. 1. signū. 15. cap. est illudmet qđ in. 16. adducit. Verūtamē aliud est dolor colicus, aliud yliacus, et aliud dolor rænum, in chyromātia aūt ꝓ una parte corporis oēs accipiuntur, & uno tātum uocabulo utimur. s. rænum. Vnde dolor yliacū (ut Cocles etiam adducit) est dolor in intestinis gracilibus colicus aūt in

maioribus, dolor aūt rænum est ille qui ꝓprie aduenit circa inferiores partes dorsi. ¶ Quartū aūt signum licet uerum sit. tamē aliquādo ēt significat infirmitatem circa genitalia. Et hoc intelligitur quando sunt rubeæ aut multum profundæ.

¶ Capi. XVII. de his qui de natura sui sunt ingrati et asinini.



Ngrati inter oēs hoīes maxime euitandi sunt cū ingratitudo oīa destruat bona, quos ut cognoscamus nihil debemus prætermittere. Igitur qui habēt figuram. C. in loco Solis, ingratam atq; asininā naturā præ se ferunt.

¶ Cap. XVIII. de dolore uētris.



Inea mēsalis si sit magis rubea q̄ aliæ lineæ pricipales, uel aliæ principales sint pallidiores ipsa. dolorem intestinorum et aliarū partium inferiorum significabit. 1 ¶ Et est sētētia Hermetis & oīum Caldeorum qui multū in hac arte ualuerunt, ꝙ linea mēsalis testimoniū affert super rænes, uesicam, matricē, uētrem, splenē, anum, uirgā, testiculos, femora, seu inguina. Ideo disiunctiua sentētia datur. Linea ergo mēsalis malā dispōnem uentris certificat si fuerit fracta, aut itersecta, et palida. 2

¶ Qn̄ linea epatis habuerit puncturas paruas uel iuxta eam fuerit duriciē uētris, & costarū dolorem atq; malitiā significabit. 3

¶ Linea mēsalis nō ꝓfunda, stricta, pallida, discontinua, secta per alias inequales, dolorē uētris & eius fluxū, ut Vgoni placet, significat. 4

¶ Linea uitæ si sit rubicūdior in parte inferiori, infirmitatē uētris uel partium inferiorū, ut dicūt significat. 5

¶ Tricassius Mantuanus.



Ignū. 2. et. 4. sunt quodāmodo eiusdē sentētiæ. Lineæ aūt ille quæ itersecare dicūtur ipsā mēsalem debēt esse in principio ipsius ubi ꝓprie considerantur infirmitates partium inferiorum

illiusmodi. ¶ Quo ad. 5. aduertendum est ne Vitalis sit nimis larga aut profunda, quoniam tunc significaret habundantiam cholere, & etiam eodem tempore plus solito in rebus martialibus occupari.

¶ Capitulum. XIX. De egritudinibus Epatis.



Multum delectatus sum egritudines quantum mihi possibile est omnibus denunciare, ut hi qui talia habituri sunt medicos consulant, ac sanitatem conseruent. Figura igitur talis. D. in loco Matris dolorem Epatis minatur.

¶ Tricassus Mantuanus.



2 nunq̃ obseruaui. ¶Si duo acuti anguli in quadrãgulo reperiã tur & transuersa linea eos secuerit, uel per directum tetigerit & in inferiori parte quadranguli, igne perituri ob hoc indica

3 tur. ¶Quidam cuius nomẽ ignoro scribit ꝙ lineæ tres ueniẽ tes a prima iunctura policis uel sub police in lineam uitæ, osten

4 dũt igne periclitari seu mori. ¶Littera.C.in loco Veneris ostẽ

5 dit ꝙ habens propter ferrum uel ignem patietur. ¶Si una linea transuersauerit angulum supremum quasi in fine, & ma

6 ior pars de ea fuerit in inferiori parte, talis habens igne morietur, ut dicunt. ¶Plures lineæ se coniungentes & incipientes a uitali crassæ & directæ sursum policem uersus ascendentes, tamen ipsum contingentes, mortem in igne significant. Si uero a police descendant deorsum nec tangant lineam uitalem, periculum in igne, et cõmissum facinus aut scelus, & superbiam, iracundiam, leuitatem et fugam minantur, (ut aper

7 tissime dicit Anthiocus. ¶Dicit Coruus, quando manus extrinsecus infra supremam compaginem habeat lineas duas in

8 ter se coniunctas, magnum damnum ignis minabit. ¶Dicunt aliqui, ꝙ quando inueneris duas lineas adiacentes super lineam uitæ prope radicem policis extra positas inter indicem & policem, hominem significat ab ignea combustione damnum aliquod sustinere uel in rebus, uel in corpore proprio.

¶ Si linea uitæ superius tumescant in multis locis uersus polli cem propter ignem laborantem demonstrat. Nunq̃ tamen ego de combustione usq; ad hanc diem iudicaui. ¶ Si autem figura. C. fuerit in loco solis lesionem ab igne minatur.

¶ Tricassus Mantuanus.



Rimum signum. & .3. & .6. idem sunt quo ad positionem siue unionem, q̃uis .1. & .3. descẽdãt uersus uitalem. 6. autem ascendatur uersus pollicem, & eandem significationem retinent Ipse namq; scribit ea quæ ab aliis scripta reperit. Ego autem scribo quæ propria experientia percæpi. ¶ Illud autem ꝙ. 5. signo dicit ꝙ. s quando tales lineæ coniungunt se uersus Vitalem significant hominem nequam. falsum est. ¶ Quãuis uero illa figura illarum linearum positarum in .1. signo parua sit, nihil ad hoc refert, nam tantummodo modum illarum linearum ostendunt. ¶ Septimum autem & .8. signum idem sunt. ¶ Quo autem ad. 9. non est intelligẽdum, ꝙ linea Vitalis sit proprie tumida sicuti ex propsito declaraui (.2. li. cap. 1. 2. partis. Not. ultimo) quid sit linea. Tumida, immo intelligendum est hoc in loco Vitalem tumidam esse quãdo apparet aliquantulum eleuari uersus Montem Policis, ueluti etiam aliqualiter figuratum, apparet in Chyromantia mea figura. 9.

¶ Capitulum. ly. de amputatione capitis aut suspensione.



Ensalis linea si cum linea uitæ coniungatur et faciat angulum cum ea. & non sit ibi media natu turalis talis decapitabitur ex improuiso fortasse ab inimicis. Et aliquotiẽs sententia prætoris ſm correspondentiam aliarum linearum. ¶ Si autem hæc linea non coniungatur sed respiciat mediã naturalẽ erit in periculo & timore mortis attamen euadet. ¶ Si

quædam linea circuit policem iuxta supremam iũcturam eius
3 suspensionem denotat. ¶ Si linea arcualis quæ est in dorso digi
ti uersus iuncturam cõiungatur cum quadam alia arcuali exi
4 stente ex parte ungule suspensionem denotat. ¶ Si in dorso polli
cis apud ungues reperitur forma sphærica completa suspensio
nem minatur. Iterum si reperiatur super dorsum policis in ul-
tima iũctura sphærica forma iuxta unguẽ & ille circulus rea
liter interscatur in medio ab una linea per transuersam positu-
ram suspẽsionem aut strangulationem minatur. ¶ Quando in
5 prima iunctura policis reperitur linea continua grossa & ru-
bra circuens ipsam iuncturam amputationem capitis signifi-
6 cat. ¶ Si inter primam & secundam iunctura; policis in par
te domestica reperiantur una uel plures lineæ uehemẽter arcua
les & sunt rubee & crasse, suspensionem minantur. ¶ Si uero
linea supradicta non ualde circuit pollicem cadet in periculum
7 attamen bene euadet. ¶ Si figura ut quadrangulus in angulo
sinistro aut in triangulo apparuerit, sm Vgonem habens illam
8 suspendetur. ¶ Raro euadunt a suspensione aut a mala morte il
li qui habent lineas principales tantum cum residuo infortuna
9 tas ut multotiens notaui & præcipue in anotomizatis. ¶ Si li
nea semicircularis iuncta lineæ uitæ fuerit in sinistro angulo
uel in aliis angulis uel in triangulo in cruce esse ponendum ha-
bentem existimant. Antiquiores uocabãt crucem illud quod nos
dicimus furcam & non est uis quam formam habeat dummo
do pro patibulo quodam ponatur.

¶ Tricassus Mantuanus.



D clariorem noticiam habendam. primi signi re-
curẽdum est ad ea quæ dixi in capitulo. 40. signo.
2. & in Chiromantia mea. 2 parte. cap. 6. Simi-
liter & omnium signorum huius capituli.

¶ Capitulum.lvi.De his qui sunt faturati seu fascinati.

SCribit auctor quidam cuius nomen ignoro quod hoc signum.I.per transuersum in secunda iunctura medii significat esse fascinatum siue factuatum, & ei data est res uenenosa, & mala in cibo siue in potu. ¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Istud idem signum, significat etiam quandoque uenenari aut etiam aliquo uenenoso animali offendi.

¶ Cap.lvii.de his qui patiuntur morsum equorum.

QVando in secunda iunctura medici inueniuntur bine lineæ tortuose significat morsum siue uulnera ab equis facta dicunt chiromantici.

¶ Cap lviii.De his quia fratibus iterficiuntur.

QVadrangulus in monte manus iuxta ipsam percussionem significat habentem interfici a fratribus suis ut ait quidam.

¶ Cap.lix.De signis magni seu parui iecoris.

Digiti longi longitudinem auricularum epatis significant, magnitudo eorum eiusdem declarant magnitudinem paruitas uero paruitatem plumbeitas digitorum discrasiatum epar denotat.

¶ Capitulum.lxii.De qualitatibus ingeniorum.

INgenium est rectus & uniuersalis discursus ad cognitionem rerum sensibilium siue agibilium in una quaque re.Cuius sunt tres differentiæ.Prima est ingenium equale temperatum. Secunda est ingenium nephandum seu prophanum aut uafrum.Tertia est, ingenium ad omnem partem applicabile.Primo accipiam ingenium tantum in rebus moralibus quæ habent & proximis utiles existunt.Et istud causatur a temperamento spirituum in de

bito & proportionato organo applicato, quod per maxime dis-
cernitur a cõditiõe oculorũ qui sunt caprini seu coloris cœlestis,
cecropi, aut qui inter nigrũ & uarium medii sunt, nec multũ
radiosi neq; cũ aliqua macula, aut rubedine, aut citrinitate, &
qui sunt in debita positura idest nõ nimis cõcaui neq; protẽsi ad
exteriores partes sed medio modo se habẽt & tales i manibus
habẽt angulum acutum & plerũq; triangulum. ¶ Secũdum
ingenium nõ applicatur nisi ad malum. utputa ad homicidiu;
uolũtariũ deceptionemq; aliorum et ad crudelitatem & frau
des & falsos contractus & istud est ratiõe caliditatis aut fri
giditatis intense. Si est cum caliditate utitur nimia audacia ce
leritate motus, & multis uerbis & similibus. Si est ratiõe fri
giditatis, hoc fit ex materia melancholica & quicquid facit
cum timore pigritia & blãdis uerbis operatur. Et talis aliquo
tiẽs habet oculos profundos cum maculis, & intuitus eius est
ut ferarum, & plerumq; caret angulo supremo, & aliquãdo in
eo saturnina linea reperitur, & talis est pater fraudis atq; ma
lignitatis, & si angulum supremum habet reperitur cum li-
neis crassis atq; rubicundissimis. ¶ Tertia uero igenii species
medium tenet in prædictis signis & cõditionibus & applica-
tur ad res congruas & incongruas. Nota ꝙ non reperitur in
diuiduum sine discursu & ingenio nisi comparatiue, cõparãdo
unum alteri uniuersaliter. Quia nõ est homo tam rudis inge-
nii qui in suis negociis non discurrat aliqualiter. Sũt etiam ali-
qui qui sunt dotati a natura in aliqua mechanica arte aut alia
re particulari miro modo quod cognosci nõ potest. ¶ Dicamus
1 igitur de bono & equali ingenio secũdum signa, ¶ Triangu-
lus penitus equilaterus bonum indicat ingenium. ¶ Si linea ca
pitis fuerit recta & gibbosa & boni coloris & bone latitudi-
2 nis & sufficiẽtis ꝓfunditatis bonũ intellectũ & clarum signi

ficat præcipue quãdo nõ se extendit per tuberculum lune. ¶ Li 3
nea epatis si in superiori parte angulum nõ acut sed rectũ con
stituit acumen ingenii ostẽdit. ¶ Tactus temperatus & bonus 4
qui magis appropiquat caliditati et lenitati q̃ frigiditati aut
asperitati, & magis carnositati q̃ macillentie arguit bonita-
tem complexionis & optimum ingenium ut manus mea indi-
cat. ¶ Quãdo angulus causatus a linea uitæ & epatis et fue 5
rint crucẽ significat bonitatẽ intellectus & naturaliter ille est
inclinatus ad bonum ut teneo in manu mea dextera. ¶ Quãdo 6
linea epatis & saturnina cũ media naturali, scilicet in fine, cau
sat triãgulum, tũc significat dispositionem ad nigromãticam
stuitatem, incantationes & similia. Et si proportione optima
reperiãtur subtiles indagatores antiquorum negotiorum ac re
rum sublimium ostẽdit, quæ principiis carẽt. similiter & adu
nata. ¶ Qui habẽt palmam longam cum proportionatis digi 7
tis bonum indicãt ingenium in multis operibus. ¶ Vngues la-
ti & longi decẽter tenues & splẽdidi, sub rubentes dãt signum 8
optimi ingeni, ut inueni semper. ¶ Color albus & quasi perspi
cuus clarus & subrubẽs aliqualiter, qualitatem ingenii cõmu- 9
nem ac bonitatem & mores optimos ostẽdit, talis enim color
debet esse in toto corpore bene disposito, imaginamur enim q
corpus prospicuum album extendatur super corpus sanguineũ.
¶ Quicunq; pilos decentes indebita quantitate habuerit su- 10
per dorsum manus & specialiter circa partem inferiorem &
circa policem, & super digitos signum est bone cõplexionis &
naturæ, & percõsequẽs bonum ingeniũ repsentãt. ¶ Aliqui sic 11
scribunt, & in hoc uidetur esse aliqua differentia. Pili decenter
parui in dorso manus uersus percussionẽ, & super dorsum quat
tuor digitorum super primas duas iuncturas, si pili sint pauci
& parui & permixti coloris significat ingenium subtile &

82 altum & penetrabilem intellectum. ¶ Tuberculus Mercurii
quãdo reperitur cum bonis & nitidis lineis prope radicem ar-
13 guit bonitatem ingenii dummodo locus sit clarus. ¶ Si in di-
gito minimo reperiũtur lineæ pulchre & clare per lõgitudinẽ
4 ingenium bonum præstant. ¶ Si una ualde lõga linea uel plures
reperiantur in digito minimo oriẽtes a radice digiti extenden-
tes se usq; ad secundam aut tertiam iuncturam bonum & fa-
15 mosum ingenium indicãt. ¶ Si linea in rasceta unica fuerit cõ
tinua & recta brachium circuens bonum ingenium promittit
& moderatum in rebus suis peragẽdis, & denotat hominem
16 boni cõsilii, qui & semper studet bene uiuere. ¶ Color brunus
clarus bonum ingenium & mores indicat Dixit auctor inco-
17 gnitus. ¶ Si in medio spacio inter lineas triãguli sit planicies
bonam complexionem significat maxime si bene coloretur, &
18 ex cõsequenti bonum discursum & igenium. ¶ Si in manu sint
multæ lineæ trãsuersales scindentes lineas naturales enim subti
litate sui corporis subtilitatem ingenii arguũt. ¶ Linea epatis
91 cum trina sui proportione & situ, & colligãtia nõ in secta &
si sit locus coloratus bonitatem ingenii promittit. ¶ Linea so-
20 laris cum trina sui dimensione in diametro digiti usq; ad ra-
dicem bonum demõstrat igenium. Et si fuerit duplicata aut tri
plicata in radice intẽsum magis dat pronosticum. Valde felix
ingẽium est illius qui habet triãgulum equilaterum cum linea
solis ut notatum est, & si habeat locum mercurii bene cõditio-
natũ, & similiter idicis tuberculum eminẽtem lineatum atq;
coloratum, & tuberculi manuũ eminẽtes colorati atq; lineati
cum suis cõditiõibus igeniũ bonum describũt, fama nãq; istius
ad astra usq; perueniet. ¶ Linea saturnina cum trina sui di-
mẽsione et positura bona ita q nõ trãsferat se ad mẽsalem sed
ad mediam naturalem igenium in rebus antiquis præstat, &

si habuerit correſpōdētiam bonam hoc idem fortificat, si autē malam habuerit correſpōdētiam ingenium prophanum præstat. ¶ Si una linea bene conditionata reperitur in mōte Saturni iniicians a mēſali uſq; ad radicis mōtem si deuenerit ingenium bonum oſtēdit maxime in agricultura & rebus antiquis
¶ Notaui etiam multotiēs ingenium eſſe ſopitum atq; ſuffoca 21
tum a rebus uenereis, ut in luxuria & cū pelicibus. Ex quo uidi tales habētes mōtem ueneris ualde tumefactum clarū atq; coloratum & linearū cū proportione in minimo mōte, & aliis effeminatis ꝓportiōibus ut in iſto.3.lib. patebit. ¶ Manus con 22
caua cum bona ſoliditate acumē ingenii uidetur oſtēdere, Articuli digitorum proportionati nō tumefacti ingenii præſtātiā denotāt.expertus ſcribo. ¶ Linea cordis ſtricta & ſubtilis & 23
bene colorata & ſpecialiter uerſus mediā naturalem hominem 24
ſani cōſilii atq; ſubtilitatem itellectus arguit. ¶ Quādo linea uitæ fuerit acuta & ſuperius cōiuncta ſignificat hominē ſubtilis imaginationis & boni cōſilii. ¶ Quando proſperitatis 25
linea ſeu ſaturnina ad mediā naturalē deuenerit et quaſi ſuo curſu uideatur eam offendere probū ſignificat hominem & inge 26
nio magno, & de hoc non eſt dubium, & ortus ſuus debet eſſe a raſcetta aut prope. ¶ Quando linea cardiaca uerſus reſtrictā fuerit craſſa & boni coloris hominem boni arguit cōſilii, ſubti 27
lem & ingenioſum atq; fidelem omnibus, catholicum quoq; indicat, ut dicit niger coruus. ¶ Quando linea uitæ in uertice fuerit inuenta bifurcata et unus de illis ramuſculis faciat acutum angulum cum media naturali bonum ingenium largitur 28
atq; conſilium & uirtutem, amatorem quoq; & uerecundum.
¶ Quando inueneris tres ramos a raſcetta orientes qui uitæ coniungātur, quiq; poſtea cum baſſi trianguli manus foueæ ad 29
hereant, acutum ingenio, animo forti iuſtitiæ amatorē & pro

bum hominem dicunt ostendere.

¶ Tricassus Mantuanus.



Misi.60.& .61.capitulum tanq̃ uana & fabulosa. Quo aũt ad.2.signũ huius.62.ca. sciendũ.ꝙ Naturalis dicitur esse recta & gibbosa, quando ex qualitate sua ac propria dispositione recta est ac continua attamen in Angulo supremo est aliquãtulum inclinata uersus quadrangulum, itaꝙ Angulus supremus est aliqualiter obtusus.i.largus sed tamẽ unitus & coniunctus, & demum Naturalis ipsa adsuum cursum protendit. ¶ Quo ad.sciendum ꝙ linea.Epatis, dicitur Vitalem seccare in modum Crucis.quando.Angulus Dexter est aliqualiter rectus & ipsa linea Epatis intersecãs uitalem aliquantulum ipsum Montem policis ascendit, sicuti apparet in Chyromantia mea.3.parte figura.10. ¶ Quo ad 6.signum sciendum est ꝙ non solum illa Saturnina quam ipse exponit illum effectum significat, sed quælibet alia linea quæ a Monte manus intercæset & Naturalem ascendat ¶ Cum autem dicit illas scientias ꝑ priis carere principiis. Dico ipsum istiusmodi scientiarum nec minimam cognitionem habere, practicam aut speculatiuam. Nam tales scientie, suis polent prĩcipiis. sed non cognoscũtur nec intelligũtur. Et si quandoq; quispiam talia principia nouerit, neminem alterum cognoscere desiderat. immo anxius latere cupit. Et qui expertus est testimonium redere potest. Pauci tamen sunt qui simul omnia principia inueniantur habere . immo nec huiusmodi scientiarum habere possint. ¶ Quo ad decimum, & undecimum signum . Sciendum ꝙ illiusmodi signa nullam uarietatem aut cõtradictionem habent. Et ipse Cocles propriã uocẽ ignorauit insimulq; & illorum Doctorum auctoritates. ac sensuum expositiones . Et huiusmodi pilositatis declara-

tionem habetis ex secunda parte meæ chyromantiæ, cap. I. Notan. x. ¶ Declarationem quoq; signi. 13. habetis circa quadragesimũseptimũ ca. ¶ Quo ad. 22. uideatis undecimũ signũ capi. 14. & 7. signum cap. sequentis. quoniam istud. 22. falsum est. ¶ Videatis. 27. & 24. signum huius cap. & utrorunq; declarationem habebitis.

¶ Cap. LXIII. de nephando atq; maligno ingenio.

Nephãdum atq; prophanum ingenium causatur a calido & sicco, aut a frigido & sicco. i. a cholera aut melãcholia, ut supra dictum fuit in. I. lib. de physonomia, cap. I. in uersiculis, et est illud quod semper malum operatur saltem appetitiue seu imaginatiue si non potest cum actionibus. ¶ Color ruffus & oculi lucentes & crebra palpitatio oculorum, dolosum atq; diabolicum 1
ingenium nunciat. ¶ Cutis tenuis & suauis & multum frigi 2
da hyemis tempore & calida in æstate, melancholicam qualitatem denotat, & per consequens nephandum atq; malignum 3
ingenium. ¶ Digiti erecti si flectãtur uersus dorsum manus, 4
subtilitatem ingenii iudicare uidentur. ¶ Saturnina si cum linea uitali coniungatur rectaq; & non intersecata ad saturninum digitum deuenerit, hominem arguit profundi consilii, secretum, & calidum, sed ceruicosum, superbum, & qui ualde dedignatur. ¶ Si summus angulus acutus rectis constituatur li 5
neis, ingeniosum, fraudolentum, atq; mendacem declarat. ¶ Si 6
linea cardiaca in parte superiori habuerit incessum tortuosum & sit rubra, ingenium notat dolosum. ¶ Si in medio spacii inter 7
lineas trianguli non sit planicies bona & sit male colorata & ibi sunt rugæ aliquæ, siccitatem cordis ostendit, & ex consequenti, malignum atq; rudem ingenium. ¶ Si aliquis habet 8
colorem faciei rubeum ac flammeum, præcipue cum exuber-

tia lētiginis, astutum atq; ingenii uulpini hominem penitus ar
9 guit. ¶ Quando basis trianguli paululum fuerit tortuosa &
palida, significat astutiam & ingenium magnum, cum ira-
10 cundia tamen, ut aiunt. ¶ Rubedo cutis si spissa fuerit non cla
ra, hominem significat dolos & fraudes continue imaginari
atq; malignum ingenium largitur, ut fuit in nephario. ¶ Ni-
gredo autem cutis si suauis uel fusca extiterit, signum est astu
11 tiæ & cautelæ, atq; nephandi discursus. ¶ Si per restrictam
lineæ sparsæ inuentæ fuerint se inuicem non contingentes, sed in
diuersa abeuntes, magnum ingenium significabunt, & homi-
nem malarum cogitationum, & qui multa finget, & si id qđ
mente cogitat efficeret, peßimam sortem incurreret, ut inquit
12 niger Coruus, hoc tamen simpliciter non aßero. ¶ Quando
binæ lineæ oriuntur a rasceta & oblique atq; continue a media
naturali deueniunt, ingenium perfidum, & infortunatum ui-
13 rum ostendunt. ¶ Quando linea cardiaca fuerit crassa atq;
14 rubea in fine sui, astutū atq; calidū discursum arguit. ¶ Quā
do linea uitæ in uertice suo fuerit subtilis, torta, & bifurcata,
ingenium acutum, sed uagantem innuit, & multam astutiam
præstat, & maximam cupiditatem uisendi uarias regiones.
15 ¶ Quando media naturalis habet ramusculos ad inferius tē
dentes, ingenii hebetudinem significat, sed aliquatenus astutū
ingenium denotat ad malum perpetrandum, & intellectum
16 ad iniqua & mala procliuem. ¶ Figura. F. in triangulo, homi
17 nem calidum arguit & ingenium acutum. ¶ Manus grossæ
& digiti circa extremitates unguium acuti, cupidum, & fal
sum, & natura omnino prauum denotant, ut pluries notaui.
18 ¶ Quando angulus summus in infima parte formatur, præ
cipue in diametro medii, ingenii prauitatem atq; subtilitatem
19 indicat, de quo non est confidendum. ¶ Quādo inueneris men-

salem

salem cum duobus ramis, unus sit ad radicem indicis uel prope, alter sit ad medium acutus, notabis ingenium ad acquirendam rerum copiam idoneum, simulatorem tamen, & quo magis in apice tenuis fuerit, tanto magis habens erit pessimus, ut dicunt recentiores, præcipue Coruus non ualde niger in hoc loco. ¶ Qui habet multas lineas in digito medio p. usq̃ alibi, & 20
specialiter quando quædam linea .i. saturnina oritur in rasetta & extenditur per palmam usq; ad digitum mediũ, tales sunt cogitabandi cum malefico & prophano ingenio. ¶ Gibbosi, 1
lippitudinariiq; aut superflui in aliquo membro, ingenium maleficum habent. Strabones quoq; fugiendi sunt quia in nephandis acutum habent ingenium. ¶ Oculi si fuerint profundi, ingeniosum, dolosum, atq; malos mores indicant. ¶ Breuitas col 22
li cum carnositate, malignitatem atq; dolosam indicant natu 23
ram, & tales referuntur ad lupos methaphoricæ. ¶ Oculi par
ui atq; rugosi, malignitatem arguunt, & acumen ingenii, præ 24
cipue in malignitatibus, & referuntur ad symias. ¶ Soror li
neæ mensalis si in aliquibus reperitur. maleficam naturam pronunciat. 25

¶ Tricaßus Mantuanus.

Circa. 4. signum sciendum q̃ talis linea saturnina non ascendit a rasetta uniendo se uitali, (ut superficialiter littera dicere uidetur) imo egreditur ab ipsa uitali quasi ramus eius, a parte tamẽ superiori uersus rasettam. ¶ Quintum autem signum dicitur formari rectis lineis quando non multum large unam ab alia in ascensu ipsius anguli extenduntur, ita q̃ triangulus sit strictus, aut q̃ constituant angulum supremum quasi in opposito medii, sicut dicitur in decimo octauo signo huius capituli. ¶ Quo ad decimumquartum signum uideatis differentiam quam ponit inter istum & sextum, & utro

rumq; cognitionem habebitis. ¶ In. 15. signo cum dicit signi ficare ingenium rudem ac hæbetem, intelligitur de ingenii offuscatione, nõ ꝙ semper sit eodem modo, sed ꝭm temporum mutationem, maxime humidi & calidi, ita ꝙ sibi impeditur organum uirtutis fantasticæ, et quando aliquis semetipsum custodire negligit, faciliter ad stultitiam deuenit. Et quando tales rami essent intersecati aut discontinui, significant a tali infirmitate periturus.

¶ Capitulum sexagesimumquartum. De hæbetudine & ruditate ingenii.



VLlum indiuiduũ reperitur sine ingenio, immo stultus nõ caret discursu respectu brutorum. Nemo unq̃, ut. A. G. in. 2. cap. 6. ait, tam efferis est moribus quin faciat aut nõnunq̃ aliquid qđ laudari queat, Vnde antiquissimus uersus uicæ ꝓuerbii celebratus sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus, dicit etiam Simplicius. 2. de aĩa, textu cõmenti. 94. prudentia duplex sequens imaginationem, sequẽs rationem rectam, prima brutis & homini cõis est, scđa soli hõi competit, unde si aliqua aĩalia prudẽtia dicantur & ratione experta, de prudentia primo modo

1 dicta uerificatur. ¶ Dicamus igitur de ruditate ingenii respectu perfecti discursus qui in aliquibus reperitur flegmatica cõplexio naturam inordinatam ostendit. atq; ingenii ruditatem,

2 & similiter pura melãcholia. ¶ Quãdo linea uitæ est ꝓfunda & grossa & coloris terrestris, & maxime in fine uersus me-

3 diam naturalem, naturam rusticanam ac rudem ostẽdit. ¶ Linea uitæ si fuerit grossa, lata, & male colorata, & pallida, ru-

4 ditatem nunciat intellectus. ¶ Linea media naturalis nimis lata & grossa, defectum prudẽtiæ & ruditatem ingenii deno-

5 tat. ¶ Linea media naturalis habens in se grossas puncturas

bene coloratas & non terrestres. bonitatem uirtutis apprehen-
siuæ promittit, sed malam indicatiuam. ¶ Si aut grossas & 6
nigras puncturas habuerit, ruditatem ingenii testatur, si autē
fuerit grossa & magnas puncturas habuerit, hæbetis ingenii
est signum. ¶ Angulus dexter obtusus siue grossus est signum 7
malæ dispositionis naturæ, & ruditatem sine ratione dantem,
procliuitatem indicat. Si autem angulus sinister obtusus, rudi-
tatem & incōstantiam arguit. ¶ Si in monte manus reperian 8
tur quædam lineæ rectæ duæ uel tres bene coloratæ, imperitiā
& inscitiam attestantur, & specialiter si quædam parua crux
reperiatur cum eis. ¶ Longa palma cum grossis & curtis di 9
gitis, ruditatem ingenii representat, cum longis autē digitis et
cum crassis articulis conglobatis, flegmaticam complexionē
ostendit cum maxima ingenii ruditate. ¶ Mensa manus ine- 10
quale spacium cōstituens, ruditatem ingenii uidetur indicare.
¶ Vngues in medio profundi & spissi, immundos homines si
gnificant rudes & pauca scientes, maxime cum caro circa di 11
gitos alta atq; grossa fuerit. ¶ Quādo linea mensalis ingre-
ditur ualde inter saturninum digitum & salutarem, rudita-
tem ingenii indicat, atq; paruam sapiētiam præstat, ut dicunt 12
moderni. ¶ Manus grossæ & pingues, hæbetudinem ingenii
demonstrant. Digiti quoq; hæbetudinem intellectus pronun-
ciant. ¶ Linea media naturalis si simul cum linea cordis an 13
gulum strictum efficiat, hæbetudinem, ac ruditatem inge-
nii significare dicimus, tamen bene cælantem & occultantem
consilia arguit. ¶ Si uero in manu penuria fuerit linearum, 14
hebetudinem & ruditatem ingenii apertissime demonstra-
bit, & tales habentes utentur inhonesta atq; beluina natura.
¶ Quando prosperitatis linea oritur a restricta uel prope & 15
peruenit usq; ad lineam sensibilem, & fuerit tortuosa, ru-

ditas ingenii arguitur, & uirtutis contemptivum demõstrat.
16 ¶Oculi grossi atq; eminentes, ruditatem ingenii atq; belui-
17 nam naturam ostendunt, & maximos persuasiuos, & stultos.
¶Genæ tumefactæ, & etiam frons ualde magna, bestialem
18 naturam & discursum indicare dicitur. ¶Habitudo curua
ratione carnis cum caducitate membrorum atq; incessus ual
19 de lentus, ignauiam atq; rudem naturam promittunt, nisi in se
nectute contingat. ¶Mandibulæ oblongæ, os magnum & la-
xum, dentes magni atq; acuti, præcipue canini aut duplicati,
20 bouinum ingenium demonstrant. ¶Quando basis trianguli
paululum fuerit tortuosa et pallida, proximum dolorem signi
ficat, si fuerit cum crispitudine, hominem tardum dicunt ar-
guere, & flegmaticum, & uitiosum cũ ruditate ingenii. ¶Li
21 nea cephalica si longa extra fossatum fuerit, ingenii rudita-
tem indicabis.

¶ Tricassus Mantuanus,



Ropter uarias ac diuersas passiones & acciden
tia. 2. & 3. signi. s. quo ad positionem & quali
tatem eius ac grossitie, quæ pluribus modis po-
test intelligi remitto uos ad. 49. figuram. 3. par
tis littera. F. ¶Quo ad. x. signum sciendum ꝙ
ungues depressas esse nõ dicuntur, sed profundas, ita ꝙ ab una
parte ad aliam ipsius digiti non uidentur quodammodo arcua
les esse, ac ex utraq; parte supereminet caro. ¶Quo ad. 16.
sciendum ꝙ oculorum quidem eminẽtium duplex est differen-
tia. Vna est, quando oculi sunt parui & eminentes. Alia quando
sunt magni & eminentes. Et primi quidem significant hoiem
astutum & tenacem ac iniquum, & eo magis quo sunt rotundi
ac ueluti acuti in medio propter maximam eminẽtiam pupillæ
oculi. Secũdi autem illud significãt qđ in præsenti signo dicitur.

¶ Quo ad.17 signum sciendum quod in hoc loco frons magna intelligitur quãdo est multum lata uersus timpora et depressa, ipsaq; timpora sunt eleuata siue eminẽtia. ¶ Quo ad.18. sciẽdum quod eundẽmet effectum significant quãdo stant cum tybus uincatis ac flexis in curuatione genuũ .s. eo loco quo curuãtur.

¶ Cap. LXV. de infidelitate.



Littera. D. in indicis tuberculo indicat infidelitatem maiorem oĩum in suo genere. 1
¶ Littera. F. in triangulo ostendit uirum falsum, calidum, mendacem, & proditorem, ob quam rem malum habebit. 2
¶ Linea cardiaca uel lata & male colorata 3
& pallida, infidelitatem certificat. ¶ Linea cordis ualde rubra uel liuida & tortuosa uersus mediam naturalem, deceptorem, luxuriosum, atq; animi peruersitatem ostendit. ¶ Linea 4
media naturalis interrupta, falsitatem arguit. ¶ Linea epatis 5
si in superiori parte facit angulum acutum, deceptorem facit et
fraudulentum cum uafricia atq; maxima caliditate. ¶ Quã- 6
do media et cardiaca nõ bene cõiunguntur, sed notabiliter adinuicem distãt purum spacium dimittẽtes, significatur impurus uir, detractor, & mendax, de quo nõ est cõfidendum, immo ab aliis est separãdus. Similiter quãdo & illud spacium sit callosum, aut durum, uel siccum, atq; coloratum. ¶ Si angulus dexter nõ reperitur uel nõ cõiungatur prædictæ lineæ, arguitur 7
instabilitas maxima, & demõstrat hoiem cui nulla inest fides
neq; cõsciẽtia, nõ enim curat de aliquo, nisi solum quod possit ad- 8
implere qđ optat. ¶ Angulus sinister si fuerit acutus, astutum 9
& calidum denotat instabilẽ & cauillosum. ¶ Linea mẽsalis fracta seu pallida, discõtinua, seu male disposita, infidelitatem arguit. Et similiter quãdo cum rubedine extẽditur ad mõtem indicis. ¶ Quãdo linea mensalis fuerit bifurcata in superiori 10

12 parte,infidelitatem præſtat.¶Linea media naturalis quãdo
fuerit bifurcata in parte inferiori, infidelitatem indicat &
13 hypocriſiam.¶Multæ lineæ in monte policis interciſæ ſeu glo
14 meratæ & ſubtiles,infidelitatem oſtẽdunt.¶Si duæ lineæ cin
gant ultimam iuncturam policis ſine inciſione aliqua,infidum
15 arguit,hoc idem ſignificãt ſi ſe mutuo interſecãt.¶Si inequa
li et anguſto ſpacio linea menſalis a media naturali diſtat,ma
lam hominis complexionem oſtendit, & per conſequens infide
16 litatem demonſtrat.¶Angulus ſupremus rethiculatus et acu
17 tus ſeu ſeparatus , infidelitatem prænotat. ¶Quando baſis
trianguli finitur in cauea manus & non adheret cardiacæ,in
18 fidelitatem innuit.¶Grana ſeu puncta rubra in linea cardia
ca,ſignificant habentem eſſe proditorem ſuorum ſociorum, et
talis propter immoderatam luxuriam uitam præoccupãt &
19 ante tempus moritur.¶Si linea cerebri fuerit ualde curta ita
ꝙ nõ exeat concauum manus,hominem modicæ fidei ſignifi-
20 cat.¶Figura.F.in loco Martis,infidelitatẽ protendit. ¶Si li
nea media naturalis fuerit tortuoſa & diſcontinua , aſtutum
ac detractorem nunciat.Attamen in cõſilio præualentem ſigni
21 ficat.¶Quando uitæ linea & media infra & indirecto di-
giti medii coniunctæ fuerint,miſeriam animi prauitatem &
ingenii ſubtilitatem,& in acquirenda pecunia hominem ſolici
22 tum facit,ac nemini fidum.¶Angulus dexter inferior ſi non
cõiungatur & ſpacioſus fuerit, animi ſignificat malignita-
tem abſq; fidei firmitate atq; cõſcientia,ut Coruus affirmat
32 & bene dixit.¶Quando angulus ſupremus fuerit diſiunctus
& paruæ lineæ in eo extiterint,homo deceptor ſignificatur &
detractor, & his qui omnibus uitiis ſit repletus , facit etiam
hominem ingenio acutum cum omnibus uerborum blanditiis.
24 ut dicunt.¶Color liuidus atq; flauus,aut glaucus,ſublimem

malignitatem atq; infidelitatem arguit. ¶ Ille qui reperitur 25
in debita ætate sine barba & qui habet paucos pilos, fœmineam atq; infidam naturam ostendit. ¶ Oculi in pfundo situa 26
ti, malitiosum hominem atq; infidelem oino demonstrant.

¶ Tricassus Mantuanus.



D intelligentiam huius capituli & sexagesimi quarti supradicti sciẽdum: q quotienscunq; subiectum aliquod esse malæ complexionis inuenitur, scilicet malæ aut intemperatæ naturæ pp̄ter frigiditatem aut siccitatem excessiuam, tale dico subiectum potest iudicari iniquum esse, & ingenii uafrii, & infidelitatis nota detineri. Vnde Cocles in hoc capi. multa signa adducit, quæ et in cap. 63. cõtinentur. Et ego etiam multa prætermisi in hoc capitu. recitare, quoniam illic sunt adducta, & etiam omnia alia eandem significationem retinent, significant q; hominem malignum & ingenio peruersum, & infidelem, q̄uis & aliquando alios effectus particulares ostendant & abinuicem diuersis. ¶ Quo ad. 6. signum, ut clariorem noticiam habeatis figuram. 49. littera. G. meæ chyromantiæ. ¶ Quo ad. 9. sciendum est q quando talis angulus esset inclinatus in monte uersus percussionem non habet talem effectum immo submersionem significat, aut suffocationem, put ex euidentia linearum percipi potest. ¶ Quo ad. 11. signum sciendum q hoc intelligitur quando mensalis reflectit ramos uersus angulum supremum. Et etiam tunc significat loquacem & bilinguem. ¶ Quo ad. 15. sciendum q ultra hoc q quadrangulus sit strictus debet etiam esse rectus, & naturalis debet esse aliq̃tulum longa. Significat quoq; hominem litigiosum. ¶ Quo ad. 20. sciendum est, q tunc istud signum uerum est quando uitalis est longa: aut linea Saturnina supplet loco

Vitalis sin autem, breuitatem uitæ significat. ¶ Quo ad. 23. sciendum. q si ibi inueniantur aliquę lineæ per transuersum in modum crucis interscecate, minuunt eius malitiam.

¶ Capitulum. 66, de fidelitate.



1 Orma perfecta sphærica uel triangulus in lo-
co Iouis notāt sapiētiā atq; fidelitatē. ¶ Lit
tera. C. in loco Veneris ueridicum atq; fidelē
2 denunciat. ¶ Linea cordis stricta & subtilis
bene colorata specialiter uersus mediam natu
3 ralem hominem sani cōsilii atq; subtilitatem
intellectus & fidelitatem largitur, ¶ Quādo linea uitæ fue-
rit recta bene & acuta & superius cōiuncta significatur ho-
mo subtilis imaginationis & boni consilii, & qui maxime uti
tur fidelitate, & si talis linea omnes bonas cōditiones habuerit
4 quas debet habere præter hoc scilicet q non insit in superiori
parte cōiūcta, tūc cæteras uirtutes habet, sed non celat. ¶ Linea
5 media naturalis recta sine curuitate significat hominem ue-
racem atq; maxime fidelem. ¶ Angulus dexter rectus uel qua
6 si apparēs & bene coloratus arguit bonam complexionem &
bonos mores & ex cōsequēti fidelitatē. ¶ Lineæ uel rami i prī
7 cipio mediæ naturalis recti similes arbori palme sursum aspi-
ciētes fidelitatem indicāt. ¶ Linea mēsalis bene continua satis
lōga profunda lata & recta significat bonam complexionem
8 membrorum radicalium & bonos mores & per cōsequēs fide
9 litatem. ¶ Quadrangulus rectus & bene coloratus rectitudi
nem & fidelitatem promittit. Similiter si. ¶ Quicunq; pilos
decēter in debita habuerit quātitate supra dorsum manus, &
specialiter circa partem inferiorem & circa Pollicem & super
10 digitos signum est bone complexionis & naturæ, & per conse
quēs rectitudinem atq; fidelitatem in habente arguit. ¶ Binæ

paruulæ lineæ sub ungue policis, si equidistãtes fuerint & cõne-
nexe fidelitatẽ promittũt. ¶ Si in qualibet iunctura excepta ea ll
quæ est policis fuerint duæ lineæ æquedistantes bonum signum
erit, & significabũt hominem ueridicum atq; fidelem. ¶ Si 12
quis habet digitos in extremitate latos talis erit fidelis & bo
nus socius. ¶ Binæ lineæ æquitãtes se in quadrangulo manus ut 13
crux quando fuerint bene disposite fidelitatem declarãt. ¶ D. 14
littera in monte indicis fidelitatem ostẽdit excepto ꝙ causa lu
xurie decipit omnes. ¶ Qui habuerit lineas subtiles ĩ radiæ di 15
giti solis plus q̃ alibi erit fidelis, amicus curialis, & sapiens,
largus & benignus. ¶ Figura. F. in loco lunæ fidelitatem atq; 16
bonam uoluntatem promittit.

¶ Tricassus Mantuanus.


Resens capitulum in multis signis, correspõdẽs
est. ca. 62. eorumq; multa prætermisi. illarũ in
ditio discutiẽda ac repetenda his qui chyromã
tiam profiteri uolũt nam facilime cognosci po
terunt, a quocunq;. Et enim huiusmodi signa bo
nam complexionem significant quæ ex humorum temperata
qualitate procedit. Naturaliter namq; quodcũq; signum signi
ficat hominem fidelem. hoc idem temperatã qualitatem & bo
nam complexionem significat, nisi fortassis ex accidẽte aliquo
effectus aliquos haberet contrarios, ut puta, in aliqua passio-
ne, ut ex cholera, siue etiã Luxuria quæ magis mouet affectio-
nem nostram, sicuti etiam naratur, in. 15. signo. Et adduc quã
do sunt bonæ naturæ ac complexioni sunt etiam boni ingeni, ac
fideles, sed non. econtrario. s. ꝙ quando sunt boni ingenii sunt ẽt
fideles immo aliquando sunt boni ingenii & tamen sunt iniqui
& maligni animo, & solum in malum tali ingenio operantur.
¶ In. 4. signo sciẽdum ꝙ Vitalis dicitur recta in principio,

scilicet ita ꝙ per directum cadat/a/Rasceta uersus principiū. Naturalis, aut econuerso, sed intelligitur recta ſm suam propriam dispositionem. s. ſm ꝙ Mōtem policis circuit inter medium indicis ad Rascettam, integra & cōtinua. ¶ Quo ad. 13. sciēdum ꝙ digiti in extremitate inueniūtur esse in triplici differētia. Prima namq; est quādo sunt acuti & habent Vngues strictas, & longas & aliqualiter arcuales siue Tumidas. Et omnes hi sunt naturaliter pigri & negligētes. ¶ Secūda autem est quādo Vngues sunt proportionaliter largi, & caro Vngues nō superexcedit. Vnguesq; sunt in proportione cōmuni, et significat naturam cōmunem ac complexionem temperatam. ¶ Tertia autem est quādo caro supereminet Vnguibus ipsis, ita ꝙ Vngues in comparatiōe digitorum depressas esse uidentur licet sint late, et significāt homines rudes ac male cōplexionis in speculatiuis. Hic autem intelligit de. 2. differētia. ¶ Quo ad. 15. signum sciendum ꝙ huiusmodi homines, & si in reliquis uideantur esse fideles in luxuria tamē fidem nō seruāt, nec etiam in reliquis est sibi magna fideles adhibēda. Et ex hoc habetis declarationem primi signi. 65. capituli & . 69. ¶ Multa quoq; alia signa pretermisi rōne supradicta in principio.

¶ Capitulum. lxvii. De signis maxime instabilitatis.



Axima instabilitas deteſtāda est, quia multi multas res incipiunt quas propter eā, postea nō perficiūt, & habēt celeritatem in discursu suo sed imperfecte aut oblique, mediocris autem instabilitas laudatur, quia nō caret discursu & sepius in melius mutatur, ut sapientes faciūt quia instāti boni cōceptus nō perficiūtur sed in tēpore. Hos autem uulgus insipiēs stultos uocat & instabiles, & nō sciūt ꝙ sapiētis est mutare propositum, tempore tamē & loco. ¶ Linea cordis discōtinua uel ni-

nis breuis facit ho minem nunq̃ aut raro ad finem optatũ ali-
quid producere. ¶ Linea cordis bifurcata in parte ſuperiori ua 2
gabũdũ & conſilii mutabilẽ innuit. ¶ Linea uitæ magis groſ- 3
ſa uerſus mediã na turalemq̃ uerſus raſcettam ſignũ eſt uaga-
bundi & mirabilis cõſilii. ¶ Quãdo media naturalis eſt bre- 4
uis & diſcontinua mutabilitatem & leuitatem ſignificat ani
mi cum incõſtantia ſuorum uerborum. ¶ Si rami procedãt a 5
principio lineæ mediæ naturalis ut lineæ & ſit magne & cur-
ue, & tales rami uadãt ad inferius reſpiciẽtes mõtem manus
hominem lunaticũ oſtẽdũt. ¶ Et ſi epatis linea et cardiaca non 6
cõiungũtur nec facinat dictæ lineæ angulum uanitas atq; inſta
bilitas uidetur oſtẽdere talis poſitura. ¶ Multæ lineæ ſubtiles 7
& interciſe uel cõglomerate in mõte policis ſignificãt inſtabi-
litatem maxima ut aliqui ſcribũt. ¶ Si in regiõe angulus dex 8
ter nõ fuerit nec aliquis alius angulus neq; cõiungãtur prædi-
ctæ lineæ uarietatem animi & ſine ſtabilitate denotat. ¶ Men 9
ſa manus inequalis & male cõditionata maximam lubricitatẽ
policetur. ¶ Linea quædam oriẽs a raſcetta ſeu linea cardiaca, 10
extẽdens ſe per caueam uſq; ad tuberculum mercurii & male
cõditionata, præſertim ſi a pluribus lineis interſecabitur uel ab
unica tantum, & cauſet ſignum ut crux, & appellatur uia la
ctea uanitatem cum maxima inſtabilitate oſtendit. ¶ Si linea 11
uitæ ſuperius multas habet plicas hominem immutabilis con
ſilii facit & propoſiti. ¶ Figura. E. in loco Lune paruam ſtabi 12
litatem denotat.

¶ Tricaſſius Mantuanus.



N hoc capitulo Cocles noſter mathas proprii in genii ſuperexcedit, et ideo non mirum ſi ueluti Picca loquax uerba deprobat nominaq; incongrua ac in pertinẽtia adducat. Dicit igitur duas differentias Inſtabilitatis repiſſe quarum altera

inter sapientes uigere asserit, quoniam sapientis est mutare cõsi lium. Et in ista ultima differentia, arguit insipientiam uulgi di centis talem Instabilitatem, fatuitatem existere. Et rationem su biungẽdo dicit, ꝙ in instanti boni cõceptus nõ perficiũtur sed in tẽpore. ¶ In quibus paucis uerbis multas fatuitates adducit. enimuero (ut reor.) optimam intẽtionem habebat sed defuit uirtus. Sciẽdum autem ꝙ illud quod ipse uocat, conceptus pro prio nomine ac uocabulo dicitur collatio rationis siue Rationa tio, & illa quam ipse Instabilitatem autũnat. Electio nuncupa tur, quæ proprie ad liberum arbitriũ spectat. quod inter ratio nem et uoluntatem sistere dicitur, prout. s hæ duæ cõcurrũt ad ipsius liberi arbitrii operationẽ actũq; proprium. Vnde philo sophus (.3. Ethico.) nominat talẽ electionẽ. desideriũ cõsiliabi le eorum quæ in nostra potestate cõsistũt. Error, autem Coclitis propagauit ex ignorato discrimine inter Ellectionem & consi lium siue ratiocinationem, & inter Instabilitatem & Obstina tionem, & Infidelitatem. Vt autem errorẽ suũ obumbret igna rum uulgum icusat. quis hoc sibi apponat iniustæ, imo Vulgus talem mutationem. sapiẽtiam uocat & nõ instabilitatẽ. Hi au tem qui, ab ipso uulgo fatui nũcupãtur, illi sunt qui ad omnem motionem uentorum. Vexilla conuoluũt, & communiter dicun tur esse leues capite, Alii autem quos ipse instabiles uocat Infi deles esse, nomine proprio dicũtur De quibus actu; est cap. 65. Vnde & in hoc cap. sciẽdum, ꝙ (ut etiam dixi in cap. 65.) suum significatum trahit /a. 64. Et multa signa exponit quæ illamet sunt quæ in eodem cap. narrantur & eundem retinẽt si gnificatum, & pauca sunt quæ illis diuersificẽtur, hæcq; reti nẽt illasmet significationes. quoniã omnia ab una eadẽq; cau sa proueniunt, licet unum altero magis. ¶ Quo autem ad pri mum signum sciendum ꝙ talis expositio nõ intelligitur pro

pric de ipsa uitali(nã aliud significatum haberet ut superius dictum fuit, sed intelligitur, de quadam linea quæ apparet super ipsam Vitalem in principio ipsius Vitalis, & aliquãdo ostẽdit se ac si esset ipsa Vitalis quæ tamen potius debet dici Soror vitalis in Monte Policis, licet imperfecta. ¶ Quo ad. 2. sciẽdũ ꝙ hoc intelligitur quando tales rami non uniuntur Naturali, immo progrediuntur inuanum dispersi,

¶ Cap. lxviii. De signis largilatis laudabilis et nõ laudabilis,

SI quadrãgulus fuerit latus & exalsus, largũ hominẽ significat & excessiue largum esse. Item si quadrãgulus est latus in principio percussionis in 1
prima ætate erũt liberales, in ultima uero parsimonia utẽtur, & de rebus datis postmodum eos pœnitebit, Si equalis erit equaliter dispẽsabit largitatem suam. Si finis eius erit angustus declarat auaritiam in fine ætatis. Si in medio in media ætate. ¶ Dicũt etiam ꝙ quando digiti bene cõiũgi possunt parcitatem secũdum quosdam significare. ¶ Si quædam 2
linea naturaliter bene disposita & grossa & bene colorata inter medicum & auricularẽ descendat quasi a cadicibus prædi 3
ctorum digitorum & tẽdat uersus mẽsalem largitatem dicunt ostẽdere. ¶ Si una linea oriatur a mẽsali & uadat ad radicem auricularis, si obliqua seu grossa fuerit largitatẽ famosam ostendit. ¶ Si media naturalis non tangat in pũcto uita 4
lem significat hominem largum per uanam gloriam. ¶ Quadrangulus largus, & planus & bene coloratus largitatem 5
ostendere uidetur. 6



¶ Tricassius Mantuanus.

CIrca expositionem primi signi sciendum ꝙ illa est regula uniuersalis in chyromãtia ẽm, Coclitem, Attamen quando dicit ꝙ æqualitas. Qua

dranguli in principio, ipsius significat equaliter siue mediocri ter liberalitatis studium exercere hoc falsum est, immo dico q significat Auaritiam in iuuentute, & eo magis quo perstringitur, eo amplius in auaritiam animum occupare.

¶ Capitulum sexagesimumnonum, De luxuria & fornicatione & similibus.



Ittera.D.in mõte indicis incestuosum uirum ostẽ
dit, sed cum nobilibus commiscentem. Linea uitæ
1 ualde rubra uel liuida & tortuosa uersus mediã
naturale; luxuriosum deceptorem & animi per
2 uersitatem arguit cum crudelitate. ¶ Grana
quædam rubra seu puncture inordinate super lineam uitalem
hominem ualde luxuriosum indicare dicũt, & cõtentiosum, qui
3 sit futurus causa multi litigii. ¶ Linea oriẽs a mensali & ex-
tendens se a radice auricularis obliqua & grossa in mulieribus
luxuriam & corruptionem declarat. ¶ Lineæ, ut crux in digi
4 5 to Indico significant. ¶ Littera.E.in monte annullaris mulie-
6 rum amatores atq; turpem luxuriam ostendit. ¶ Linea men
7 salis habens grossas crepaturas & inordinatas nephandam
luxuriã ostendit, specialiter si color eius fuerit intensus. ¶ Vn
gues pallidi seu nigri uel asperi et quasi rotundi. luxuriosum ho
minem, & in Venerem pronum dicuntur ostendere. ¶ Littera.
8 C.in monte policis inducit concubitus cum nobilibus personis
& cum uxoribus affinium uel cum uxore parentis committet
incestum. ¶ Linea uitæ, & media naturalis conuicte haben-
tes colorem intensum illicitam luxuriam declarat ut in ca-
pitulo, de natura Martis docuimus. libro secundo. ¶ Dixit
auctor incognitus. Si linea cerebri fuerit nimis subtilis deno
tat habentem esse lasciuum. ¶ .E. Figura aut caracter in lo
co Lunæ, Luxuria turpi plenum ostendit.

¶ Si linea uitæ fuerit tumida inter policem & indicem, forni 12
cationem significat. ¶ Si ex tribus lineis triangulus in nulla 13
sui parte coniungatur, luxuriam ostendit & fatuitatem. ¶ Si 14
quædam lineæ ueniãt a radice policis usq; ad lineam uitæ a par
te lineæ postremæ, quæ est uersus angulum supremum, dicunt
chyromantici luxuriam exuberantem ostendere. ¶ Multæ li- 15
neæ in monte policis intercisæ seu glomeratæ & subtiles, ma-
ximum fornicatorem ostendunt. ¶ Si in dorso policis iuxta un
guem fuerit figura ut stella, erit luxuriosus ualde, ut sæpius 16
notaui. ¶ Si in digito indice fuerint binæ lineæ et scindant for-
titer digitum usq; ad mediam iuncturam uel iuxta, maxime 17
luxuriosum ostendit. ¶ Intersectio linearum ut crux in monte 18
policis, adulterum esse significat. ¶ Linea oriẽs inter indicem 19
& medium quæ curuetur ut semicirculus per tuberculum me
dii & medici usq; ad minutulum digitum, quam aliqui appel
lant cingulum Veneris. Si fuerit rubra, libidinis impatientiam
attestatur, & circa omne lasciuiæ genus, habentem sollicitum
esse denunciat. ¶ Mulier paruas manus & digitos grossos in 20
extremitatibus habens, luxuriæ signa ostendit, ut aliqui dicũt.
¶ Multitudo linearum rectarum in monte Veneris, luxuriam 21
atq; caliditatem arguit. ¶ Talis figura in monte Iouis. G.
ostendit hominem bonæ famæ, licet ille in ueritate cum mulieri 22
bus libenter commisceatur.

¶ Tricassus Mantuanus.



N cap. isto, quoniam quodãmodo puenit ex eadem cã qua & infidelitas (saltem pro maiori parte) s. ex frigiditate aut siccitate superflua (licet contrariũ ab oibus pene iudicet) ideo et multa signa eadẽ sũt quæ i illo cap. adducũtur. ¶ Quo ad. 2. signũ qđ idẽ est q. 4. cap. 65. sciẽdũ q in hoc loco linea uitalis itelligitur

eße liuida quãdo est subtilis & male apparẽs & quasi forma ta ex duabus lineis male apparẽtibus. ¶ Quo ad.3.ut melius ĩtelligatur, uideatis.19.signum.65.cap. ¶ In.15.signo uide re potestis figuram.33.&.36.chyromãtiæ meæ & etiam ca pi.6.2.partis ibidem. ¶ Quo ad.19.sciendum q̄ tales lineæ debẽt esse in parte superiori montis policis uersus brachiũ, aut uersus primam iuncturam policis.

¶ Capitulum.LXX. De his qui cum matribus aut sororibus concumbunt.

1 
I figura ueluti crux, cuius ramus sit ad intra flexus in monte policis inueniatur, arguit abuti
2 matribus & sororibus. ¶ Duæ lineæ orientes a radice indicis et scindentes digitum usq; ad me diam iuncturam, matris uiolatorem ostendũt, ut aiunt quidã.

¶ Capitulum.LXXI, de his qui cum consanguineis & propin quis coeunt.

1 
Mpla linea rubicunda & directa a cardiaca per medium policis pergẽs, coitum cum cõsanguine is declarat. ¶ Si autem alique figurarum supra
2 scriptarum, ut in.2.libro pictum est in loco Vene ris fuerint. Paterni lecti aliquãdo uiolatorẽ osten dunt.s.cum illa cum qua & pater, aut cum matre propria, uel cum nouerca.

¶ Tricassus Mantuanus.


Vo alia signa narrat Coeles in suo originali, quorum primum est illud quod etiam adducit in.69.cap signo.9. Alterum est quod ponit etiã in prædicto cap.1.signo. & cap.66.15.signo. Hoc autem dico, ut melius eorum significata percipiatis &c.

¶ Cap.

¶Cap. LXXII. De his qui accipiunt pellices seu meretrices in in uxores.


Vnt etiam qui spreto omni dedecore non dedignatur ducere meretrices in uxores, quod certe mirum est, cum maior sit copia fœminarum q̃ formicarum. ¶Habens igitur. C. litteram in loco Veneris, sponsalitia cum meretricibus celebrabunt.

¶Tricassius Mantuanus.


Büceret autē quis nō mihi, alteri autem magis licere sententiam hāc aut opinionem propulsare. Attamen ueritas latebras fugit. Quapropter dico, nō minus mirandum est ex maxima fatuitate huius uiri qui tales homines uelit diffamare (q̃uis ex sua ꝓpria natura ad hoc inclinetur, ut in omnibus & supra omnia illam suam maledicam linguam in aliorum semper infamiam relaxare) quoniam nec s̃m philosophum, nec s̃m aliquam rationem naturalem. Nam dedecus est eorum qui uirgines accipiendo Meretrices offerunt. Et adhuc q̃uis fœminæ magis superent, attamen & omnes essent mulieres. Dico tamen ꝙ hoc totum & nihil idem sunt. Opus autem & labor in hoc uno consistunt, ut quilibet bono ac sobrio stomacho perseueret. Etenim infirmitas hæc omnibus communis efficitur. His autem obrobrium censendum fore pollicetur, qui sponte ac uoto propris cedunt. Hosq; fatuos esse arbitramur qui proprium nomen bonoremq; paruifaciunt. ¶Sciendum autem ꝙ istud signum non proprie uult esse, ut illa littera. C immo debet esse linea semicircularis siue arcualis. s. unam ex illis quæ matrimonium, siue coniugium ostendunt. Et hæc est uera descriptio ipsius signi. ¶Notandum est autem in ratione prædicta, quoniam latet hamus in esca.

¶ Capitulum septuagesimum tertium de his qui concumbunt cum uariis mulieribus, nec eis fidem seruant, sed potius illas decipiunt.

SCribunt Moderni, quod si linea cerebri habuerit multas lineas sibi infixas, tunc cum multis mulieribus habens illam concumbet. Quod si multæ cruces oblongæ ibidem sint, multas mulieres decipiet, & si fractæ & nō integræ fuerint cruces, quotquot erunt fractiones, totiens mulieribus fidem franget. Scribit auctor cuius nomen ignoro. Si linea mensalis habeat plures lineas infixas uersus lineam superiorem trianguli tendentes & eam non omnino tangentes, cum multis mulieribus talis concumbet, & si dictæ lineæ tangunt dictum locum, non habuit effectum. Et si superius & inferius fuerint istæ lineæ & sint grossæ, est paratus ad aliud genus luxuriæ.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Ista duo signa sunt unum & idem & omnia falsa sunt, Videatis. I. lib. quæsito. x. Not. 8.

¶ Cap. LXXIIII. de signis Meretricium.

1 CAracter. G. aut ut Latini dicunt littera, si in triangulo apparuerit in fœminis, meretricem

2 esse dicunt denotare. ¶ Quādo linea media naturalis habuerit lineas uel ramos curuos et magnos tendentes ad inferius in mulieribus, mere

3 tricium omnimodum esse ostendit. ¶ Si prope mensalem et auricularem aliqua linea a mensali porrecta tendens uersus digitum auricularem fuerit obliqua & grossa, meretricem denotat. ¶ Si quædam lineæ reperiantur in monte auricularis qua

4 rum quædam sit magna, et quædam parua, quædam uero mediocres, signum est luxuriæ & amoris cum auaricia. ¶ Si li-

næ sint rectæ & bene coloratæ, erit amor iste circa nobiles & potentes personas, a quibus poterit agens suscipere diuitias & lucrum. Et si sint inordinatæ & tortuosæ, erit amor circa omnes personas magis inclinatus. Si dictæ lineæ fuerint uersus superiorem partem, erunt personæ nobiles, si una, uel duæ, tres, uel plures lineæ notabiliores aliis, tot homines uel mulieres naturaliter super alios, uel nobiliores aliis dilexit. Et secundum quod una illarum fuerit maior altera sic dilexit unum magis quam alium, uel nobiliorem, aut ditiorem alio. ¶ Littera. G. in mensa mulie 5
ris consistens, illam meretricem esse significat. ¶ Caracter 6
& craticulæ inuentæ in monte manus mulieris in dextra aut sinistra, multorum uirorum appetentiam expresse ostendunt, ut ostendunt fœminam quæ se stuprandam innumeris dabit procis, & magnam deceptionem pollicetur, præsertim si tales lineæ fuerint uario rubore perfusæ. Est itaque generale documentum apud speculatores ægyptios, quod inordinatæ figuræ ex transuersis lineis sunt malum & pessimum signum, & significant planetam infortunatum, & sic etiam ipse dant infortunium, ut Moderni aliqui dicunt, & bene. ¶ Manus uiri-
les in muliere, Meretricem esse aperte ostendunt. ¶ Manus 7
grossa & pinguis arguit in muliere quod multum coitum appetit, & per consequens Meretricem esse, & maxime cum habeat lineas principales uiriles. ¶ Penuria atque inopia linea- 8
rum in manibus mulierum, infortunatam ac miseram Meretricem & postribulam esse innuit. Et uitam suam brutis similem peragentem. ¶ Si in medio monte manus sit quæ- 9
dam fossa rubicunda, apertissime significat mulierem quæ uehementer cupit amare religionem, & uitam suam degere in loco sacro, & quanto fossa fuerit et profundior, tanto maiorem amorem significare ostenditur, Et maxime hominum scientes

10 ſimulare & fingere. ¶Puncta rubra in radice minimi, pelli-
cem penitus denunciāt, ſi unum erit punctum, cum uno ſolo ute
tur coitu, ſi duo cum duobus, ſi tria cum tribus, & per conſe-
12 quens erunt mulieres poſtribulo dignæ. ¶Rubedo cutis in fa-
cie ſi ſpiſſa fuerit & non clara, luxuriam malam oſtendit &
lupanariam, & crapuloſam arguit fœminam, & ſi talis co-
13 lor in naſo multiplicatur, uino dedita eſt & inebriatur. ¶Si
in monte manus iuxta lineam uitæ prope raſcettam reperiatur
figura ut crux & duo rami ab alia linea interſecentur, mere
14 tricem nequiſſimam. ¶Linea uitalis ſi in ſuperiori parte tor-
tuoſum inceſſum habuerit cum rubore, meretricem ſignificat.
15 ¶Soror lineæ uitæ in monte policis longa & rubra in mulie-
16 re, meretricem credunt ſignificare. ¶Via lactea aut cingulus
17 Veneris in manibus mulieris, meretricem. ¶Mulier ſi martia
les lineas habuerit, meretricem indicat, & eam fore homici-
18 dam. ¶Linea menſalis in ſuperiori parte ſi bifurcata fuerit,
19 pellicem denotat eſſe uel fore. ¶Linea quoq; media naturalis
20 inferius bifurcata, pellicem ſignificat. ¶Mons Veneris altus
21 atq; eminens cum abundantia linearum, meretricem aliquan-
do arguit. ¶Tuberculus policis atq; auricularis craticu-
22 latus, Meretricem protendit. ¶Menſalis atq; ſenſibilis li-
23 nea bifurcata, ut dictum eſt, & mōs Iouis eminens, in cuius ra
dice ſint puncta ſeu pūctus, cum ſimulatoribus ac ſecretis per
ſonis, concubitum eſſe declarat, & habitum & indumenta re
ligioſa, ut ſunt bighine atq; melancholice.

¶Tricaſſus Mantuanus.



Vxuria. infidelitas, mentiſq; inſtabilitas, omnes
uia eadem currunt, multaq; ſigna quæ in eiſdem
capitulis retinentur, in hoc quoq; cōtinentur, un
de & eorum multa prætermiſi, multaq; ſcripſi

ut facilius eorum habeatur noticia, ac effectuum cõformitas.
¶ Quantum autem signum hoc modo exposui (q̃uis Cocles 24
non eodem modo adducat,) quoniam istiusmodi est expositio
eiusdem signi. ¶ Quo ad. 6 sciendum ꝙ ille lineæ reperiãtur 25
in monte policis. Et similiter signi duodecimi, quoniam illud
est ꝓprium dominium Veneris. Attamen nec inconueniens esset
si etiam huiusmodi significationem habere iudicarentur in dominio Lunæ cum & ipsa sit dominatrix humiditatis & frigiditatis, ex quibus & multotiens luxuria causatur ac lasciuia. Vnde & non nulla signa luxuriæ in eodem loco iudicãtur, maxime autem quando proueniunt cum aliquali frigiditate.
¶ Quo ad. 9. sciendum illiusmodi siue ament ingredi religionem uel esse religiosos, unum est ꝙ amant personas religiosas, 26
aut similes, siue quæ sint sine suspectu, parandum autem sibi, nam Verecundia, Necessitas, & lascinia eas attrahit. ¶ Quo
ad. 17. sciendum ꝙ huiusmodi habetis. xi. loco cap. 65. 27

¶ Cap. lxxv, De illis qui diu sunt extra patriam & raro uisitant parentes & amicos.



Dicunt chyromãtici ꝙ si lineam mensalem scindet quædam linea descendens, & extendens se per longum, facit hominem exire patriam, qui raro uisitabit, uel raro consueuit uisitare parẽtes & amicos, nec multum curat de eis.

¶ Tricaßus mantuanus.

¶ In hoc signo Cocles loquitur ex communi eorum opinione. Ego autem hoc propria experientia affirmo. Et si noticiam situs talis lineæ uultis habere, uideatis. 27. figuram chyromantiæ meæ littera. F.

¶ Cap. lxxvi. De cynædis, ubi ponitur nescio quid de colore contra Suetonium.



Omo ante uigesimum annum est effœminatus ex parte complexionis, & uidemus signum in mollicie carnis atq; in moribus, appetitibusq;, & in eorum uocibus. Et post hoc temp⁹ us omnia mutantur quando homo crescit. Quia naturalis calor præualet super humidum incongruum. Propter igitur ætatem istam, ut dixi effœminatam. De cynœdis tractare institui, & eorum signa manifestare. ¶. Tuberculus ergo Veneris tumefactus, coloratus, atq; lineatus, aut conglomeratus ex multis lineis, ut scacchorum ludus, cynœdi signum est. ¶ Soror lineæ uitæ ualde protensa et rubra in monte Veneris, cynœdorum est signum. ¶ Via lactea continua cum sua bona proportione, cynœdos esse indicabit. ¶ Qui habuerit effœminatam complexionem atq; cōpositionem & liniamenta, hunc cynœdum amabilem & placabilem existimabis. ¶ Color candidus atq; perspicuus cum uenis apparentibus, non est dubium ꝙ cynœdum denunciat. In fœminis uero si sit, Meretrices, præcipue quando corpus carnosum existit. Quia talem colorem facit Venus, ut in proprio capitulo tactum fuit in tertio libro de physonomia, & extenditur quasi super complexionem sanguineam, quæ parum differt a natura Iouis. ¶ Plutarchus & alii Hystorici dicunt Cæsarem dictatorem habuisse. Ideo dixit Suetonius illum fuisse omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierem. Fuit enim maximus adulter & maximus cynœdus. Aliqui possent arguere, cynœdi sunt effœminati, effœminatus est pusillanimus. Cæsar fuit magnanimus, quod est contra pusillanimitatem, ergo falsum. Respondendum est duabus rationibus. ¶ Prima ratio est. Duplex est effœminatio sicut in secūdo physonomiæ tactū fuit. Vna ex parte habitudinis. Alia ex parte cordis & ætatis. Quando habitudo est ita carnosa & co-

Iorata cum latitudine pectoris & formositate colli, talis est effœminatus quo ad lasciuias, ut in posterioribus agere & pati, & circa gulositates &c. Tamen cum audacia & in ætate lubrica atq; effœminata, & hoc est usq; ad decimum octauum seu uigesimum. Alia effœminatio potest esse cum tali colore & strictura pectoris atq; imbecillitate complexionis, quæ inducit pusillanimitatem & ueram effœminationem, & talis non erat in Cæsare. ¶ Secunda ratio est, quia homo semper incipit in decimo octauo anno, aut uigesimo transmutare complexionem, ut parum superius in isto capitulo dictum est. Nam calidum humido effœminato prædominatur, & fit materia solidior. Et tunc homo incipit erubescere & uerecundari de lasciuiis. Et incipit uti audacia atq; exercere res grandes. Nam caliditas facit eum magnanimum, ut in radicibus primis tactum est. Exposuit autem quidam male textum Suetonii, cum dixit ꝙ luna facit colorem candidum. Nam non intellexit physonomicas radices, nec astronomicas disciplinas, quia luna facit album glaucedine consparsum, modicum decorum, aspectu mollem, faciem rotũdam, ut in tertio physonomiæ dictum fuit in capitulo lunæ. Et dat flegmaticam qualitatem: quia inducit somnolentiam, inertiam, pusillanimitatem &c. quæ qualitates omnes erant contra naturam Cæsaris, ut ex eius gestis & uita comprehenditur. Attamen etiam Mercurius facit hoĩem album intensiue & remissiue ꝭm applicationem cum aliis planetis propter suam neutralem. ¶ Distinguitur autem color candidus quattuor modis. ¶ Vnus enim est ex albo & rubeo mixtus cum claritate, cui rubedo clara dominatur in habente & maxima apparentia uenarum, & talem colorem facit Iupiter. ¶ Secundus est color candidus ex albo & rubeo admixtus cum ultima sui perspicuitate, & in habente sunt

nenæ quidem apparẽtes, sed subtiles, huic album perspicuũ prædominatur. Et hunc colorem causat, Venus, quem Cæsar habuit in iuuentute, & ideo ut dictum est fuit plenus omni lasciuia. Tertius color candidus est ex albo puro cum glaucedine, & est quasi ut nix, aut aqua non ualde limpida. Et talem colorem facit Luna. Vnde Virgilius in tertio Georgicorũ ait. Glaucique color deterrimus albo. Et giluo, & eximius commẽtator Seruius inquit. Glauci autem sunt felineis oculis, idest quodam splendore perfusis. Deterimus albo & giluc Atque alibi ait. Qui candore niues anteirent. Sed aliud est candidum esse, idest quadam nitenti luce profusum. Aliud album quod pallori cõstat esse uicinum. Quartus color candidus est, quem facit Mercurius, Et hic est medius inter lucilum perspicuum & lucidum glaucum quia non est uere glaucus nec uere perspicuus, intensiue et remissiue, tamen secundum diuersas applicationes ut supra tactum est.

¶Tricassus Mantuanus.



D noticiam huius capituli sciendum est quod eius principalis consideratio uersatur circa distinctionem huius Vocabuli quod dico. Effeminatio. ¶Secũdo sciẽdum quod (iuxta ueritatem) communiter homines illius Etatis ad hæc similia inclinãur tãtamẽ nõ omnes sunt eiusdem cõplexionis sed unus altero magis inclinatur, Et adhuc aliqui sunt qui huiusmodi rei aut operatiõis penitus sunt ignari. Et ideo huiusmodi signa sũt signa uniuersalia luxuriæ quibus tamen perpendi possunt qui in illius operatione ac exercitio apti cõmodi ue arbitrantur ut plurimum. Vnde & omnia ista signa, quæ in hoc cap. ascribuntur, etiã in præcedenti sunt exposita. Et ex experientia (fortassis) iam habita. in hoc cap. & in sequẽti multũ phylateria amplat.

¶Videatis autẽ primũ. lib. Quesi. xi. in dilucidatiõe mea.

¶ Capitulum. lxxvii. De pediconibus.



SI linea mensalis diuidatur prope finem eius et perueniat quasi ad indicem diametraliter, talis uir erit inimicus mulierum, & amabit pueros. Et si mulierem aliquã amabit talis amor erit lubricus ut Vgoni placuit. ¶ Fouea quædam in mensali, ex opposito auricularis ostendit quod habens delectabitur puerulis & eius abutetur. ¶ Caracter talis. E, i radice annularis concubitus puerorum denũciat, & etiam nephandam cum mulieribus utetur luxuria. ¶ Quando linea mensalis habet quasdã crassas crepaturas et ĩordinatas nephãdã luxuriam cum pueris arguit præsertim si color eius est intensus. ¶ Mons policis rotundus decens lenis & bene coloratus, concubitus puerorum aliquando significat. & etiam luxuriam cum mulieribus loco retrogrado. ¶ Si soror lineæ uitæ in monte policis fuerit ualde intensa maximam inclinatiõem ad puerorum concubitus denotat & præcipue si rubra fuerit. ¶ Si multæ lineæ prope cardiacam per longum fuerint concubitus cum pueris indicantur. ¶ Lineæ extensæ a radice policis per montem ipsius quando sunt paruæ & furcatæ quotquot erũt tot pueros quibus male habens utetur, ostendunt ut dicitur. ¶ Scissuræ in mensali craſſe & sine ordine coloratæ signa pedicationis esse asserunt.

Tricassus Mantuanus.



COelis iste omnium iuditio uidetur potius uel luti immundus Sus, extitisse q̃ animal rationale, solis namq; immunditiis ac turpiloquis oblatrationibusq; delectatur. Et aliquotiens admodũ miror, ex uerecundia aliquando seipsum non refrenasse & ab huiusmodi turpiloquis & oblatrationi-

bus nõ cõstituisse. Et Bestia ista immunda uidetur hoc uitium in principio abhominari, demum ĩ toto ca. illum attollit, laudat ac magnificat. ¶ Quo autem ad signum. 7. uidere positis figura. 35. in chyromãtia mea. ¶ In. 8. autẽ signo sciẽdum ꝙ quando tales lineæ reperiuntur a medio mõtis uersus uitalem, significantq́; non solum in aliis tale officium uelle exercere sed etiam peroptat et alios in seipsum etiam huiusmodi uti. Et hoc intelligitur. De omni genere musichorũ. prudenti pauca.

¶ Capitulum. lxxviii. De incestu & adulterio.



Signa Veneris ĩ manibus incestus & adulterii signũ ẽ. ¶ Si quædã crux pua reperiatur iter primã & secũdã ĩdicis iũcturã Luxuriosissimũ dicũt significare. ¶ Tricassus Mantuanus.



CApitulum istud superfluum est multaq; alia signa sunt quæ hoc idem significant (ut etiam superius habuistis. Et etiam hoc significatum est falsum, & proprium significatum est, ꝙ faciliter ĩ huiusmodi accurere. Et ideo in hoc maxime trutinãda sunt signa illa quæ ad maiorem luxuriam inclinant & etiam conditionem persone, euidentiamq; signorum.

¶ Capitulum. lxxix. De stupro & cõcubitu cum feris.



DIcunt aliqui ꝙ ille qui habuerit cingulum ueneris in manibus, si alia linea ibi extendatur ppinquior, stuprum, cum feris cõcubitum & mastrubatorem significat, simpliciter sine aliis correspõdentiis, hoc esse nõ assero. Istud accidit utplurimũ ĩ rusticis & pastoribus. ¶ Tricassus Mãtuanus.



IStud etiam cap. patitur eundem defectũ. que; et præcedẽs. ¶ Quando etiã dicit ꝙ adhuc alia linea reperitur ibidẽ, hoc intelligitur de quadã linea quæ ẽm cã

dem positionem cõtinuatur circa medium ipsius. Et tunc dicitur Cingulus duplicatus. Et in hoc defectu etiã multos qui nõ sunt Rustici (sed tamẽ uilla i moribus) ut Cocles asserit. Et non habent illud signum quod Cocles narat omnes dico, sed solum in aliquibus reperi. Et indicãdũ est ut dixi i ca. pcedẽti. Et. I. lib. Quæsi. xi. ¶ Cap. lxxx. de his qui ppriis manibus luxuriãtur.

Cissure in mensali linea sine ordine coloratæ suis uiriliũ pollutionẽ multi dicũt denotare. ¶ Cingulus ueneris i ambabus manibus præsertim si quædã pũcturæ uel orbiculi ibi extiterint, per se ipsum Luxuriare ostẽdit. ¶ Soror lineæ uitæ in loco ueneris ualde protẽsa cũ rubro colore coitũ cũ manibus ppriis denotat. ¶ Plures lineæ in mõte ueneris ppe cardiacam lineã (præ sua lõgitudine) coitum cũ propriis manibus demõstrare uidetur. ¶ Soror lineæ mẽsalis bene cõditionata cũ manibus propriis coitum denunciat. ¶ Tricassus Mantuanus.

Hoc quoq; ca. sicut & supadicta eodẽ defectu laborat unde et eodẽ inditio pscrutãdũ est. Et sunt alia q̃ plura signa quæ talẽ effectũ ostẽdãt, principaliora aũt sunt quæ maiorẽ apparẽtiã habẽt. ¶ Sũt ẽt alia secreta quæ honestatis cã ptermito, ut honor uniuscuiusq; seruetur, q̃uis nõ adeo imunda sint ut ista Bestia rudit. Et sm ueritatem omnia hæc, & similia, nil aliud significant q̃ inclinationem ad huiusmodi faciliter operanda.

¶ Cap. lxxxi. De his qui depdabũtur uel capientur, & tanq̃ exules forte uidẽtur.

SI quædã lineæ ueniãt a rasæta & desup ascẽdãt p mõtẽ policis. Et tales lineæ sint dispse, & tẽdãt uersus policẽ in ultima pte sui a cõsanguineis uel ppinquis deprędabitur uel capietur et exul forte uẽdetur. ¶ Tricassus Man.


Ignum istud clare habetur in.3.parte meæ chyromantiæ figura.xi. Sciendum autem q̄ tales effectus non sic simpliciter intelligendi sunt ut litteralis sensus ostendere uidetur, sed considerandbm est prout multipliciter talia signa habentes decipi possunt. Nam diuersi queunt diuersimode defraudari. s.aut quo ad honorem aut quo ad corpus proprium ut sunt Mulieres & Iuniores.i.aut propria commoditate proditorum.aut aliorum beneficio.Itaq̄ multotiens. Et multæ Mulieres talem ob causam sunt Meretrices. Potest autem & hoc ꝑuenire quo ad substantiā siue diuitias.s.q̄ aut ꝑditi sunt per hereditatem aut ut religionem ingrediātur aut ut nubāt & alia similia ob sui cōmoditatem. ¶ Aliquando etiam tali de causa per diuersas quoq; patrias uagantur. Ex quibus in dies q̄ plurime conspiciunt. ¶ Cum autem dicit q̄ sunt disperse in fine hoc falsum est, immo debent esse integre & apparentes. Videatis quoq; cap.2.libri.2.secundæ partis.signo.7.

¶ Capitulum.lxxxii. De his quæ ad finem deducunt leuiter quæcunq; incipiunt, & econuerso.


I quædam linea continua bene colerata descendat a brachiū in policem producet ad finem leuiter quicquid erit inceptum. Et si hæc linea sit incisa uel dispersa contrarium dicunt significare.

¶ Tricassus Mantuanus.


Alis linea intelligitur a fine Montis Policis uersus Dorsum Manus in Monte tamen inclinata. Et aliquādo est propinqua Radiæ Digiti ipsius Policis aliquando autem remota aliquantulum inuenitur. Hoc autem peius est quoniam talis effectus in senectute futurus est.

¶ Capitulum.lxxxiii. De his qui multã consument substãtiã.


Lli qui habent figuram ut.C.in loco lunæ cõsumptores & prodigi erunt multæ substantiæ & facultatis.

¶ Tricassus Mantuanus.


N iuditio huius capituli considerandum est cuius conditionis sit Angulus supremus. Signa quoq; Martis (si qua inueniuntur in eius Dominio) insimul consideranda sunt. ¶ Quadrãgulus quoq; conspiciendus est, nam tale signum Tribulationẽ; Infirmitates & labores significat.

¶ Capitulum.lxxxiiii. De his qui non morabuntur in uno loco sed uitam habebunt uiatoris & serui.


I quædam linea a medio radicis brachii per rasættam transierit. Habens talem lineam non morabitur diu in uno loco sed potius uitam habebit uiatoris & serui. Figura, F. in loco lune facit peregrinum

¶ Capitulum.lxxxvi. De nobilitate animi.


I quædam linea decurrat a brachio per rasættam in fine montis policis uel in fine lineæ uitæ uel iuxta, eam nobilitatem animi significat.

¶ Capitulum.lxxxvi. De fellatoribus.


Ellatores sunt illi qui accipiunt alienum priapum in ore suo quousq; proiiciatur sperma qđ inglutiunt. Vnde dixit Martialis .: Corue salutator quare fellator haberis, cũ caput intrarit mẽtula nulla tuum, & in aliis locis de his mentionem fecit sicut legenti patet. Apud chyromanticos aut physionomos de istis mentionem non inueni huc usq;. Et ideo hanc rem

ignoro. Tamem idm sunt circa tres anni ꝙ icœpi obseruare de centem apparentiam in ipsis quia intuunt pueros, ut faciunt quando sunt in actu coibili. Et quando de cynedis loquntur figurant labia & oculos ut pueri quando sumunt ubera matrum suarum. Habentq; oculos risiuos & alteratur facies eorum ut illi qui alios de coitu interrogant, tale detestabile uicium inuenitur in multis & præcipue in quadam ciuitate Italie quam taceo. Et nota ꝙ ēt mulieres inueniūtur uitiū tale perpetrantes.

Tricassus Mantuanus.


Vo ad notitiam horum talium sciendum ꝙ ex sua natura apparent mãsueti ac benigni & simplices scilicet his qui non habēt notitiam eorum quæ intrinsecus latent ex eorum conuersatione. Et habent uocem intonantem cum aliquali obtuositade. Et q̃uis hoc in proprio effectu appareat impossibile tamen uerum est, licet non sic ut Cocles narat, sed ipsa operatione peracta.

¶ Capitulum. lxxxvii. de his qui diligunt bonum & malum odio habent.


Vi habent lineas in radice indicis pulchras & specialiter quãdo unica linea oritur a medio mõtis aut prope angulum summum & naturaliter uadat ad prædictum digitum, hi tales diligunt bonum & odiunt malum ut Iouiales faciunt, comparando proportionaliter quæ dicta sunt in tertium librum, & postea iudicando phyisonomice sermonem tuum. proferes.

¶ Cap. lxxxviii. De his qui uadunt de loco ad locũ cum lucro.


I quædam linea a medio radicis brachii per rasetam transierit & tangat lineam uitæ uel mediãn naturalē mutãtur de loco ad locum & sunt uiatores cum lucro. Si non tangit aliqua istarum

erunt sine lucro. ¶ Ca.89. De his qui hēnt filios masculos.



Vi habuerit lineas in radice indicis pulchras, et 1
specialiter quando unica linea oritur a medio tu
berculo aut ab angulo supremo uel prope tales
erunt de natura iouis & si sunt laici filios ha-
bebunt duos. ¶ Angulus supremus rubeus plusq̃ alibi si sit mu 2
lier prægnās habebit filium ut dicit. Vgo. Multi illustres chy
romantici cōueniunt in hoc. ¶ Quando in angulo dextro repe 3
ritur figura ut hic. Y. uel similis, si fuerit ualde rubra impre-
gnationem masculi significat. Aliqui dicunt ꝙ oportet talem
figuram esse in loco trianguli, & opportet ꝙ triāgulus sit ru
beus & planus. Si fuerit intercisa impedimētum significat. Si
fuerint plures figure, plures erunt fœtus. & fortasse tūc in ute
ro si color sit intensus, sed de hoc experientiam non habeo quia
nunq̃ uidi talem figuram. Dicunt ꝙ istud etiam indicatur in
manu uiri. ¶ Si quædam pulchre lineæ parue seccēt lineā uitæ
& fuerint bene coloratæ, quotquot lineæ fuerint tot habet seu ha 4
bebit filios, & hoc ī manu uiri. In manu quoq; mulieris idē im
portat. ¶ Quot sunt lineæ inter primā & secūdam iūcturam 5
digiti minimi ex quātitate illarum tot filios indicabis, ut sepis
sime notaui. Si impedite fuerint nullum filium habent. si erunt
parue non uiuēt si oblonge permansuri sunt & si una sit maior
altera nobilitatem filii indicat. ¶ Quot lineæ mediam natura 6
lem diuiserit, siue inferiorem tāgāt siue non, tot pueros nūciāt.
¶ Si a media ad ipsam mēsalem fortis uirga transeat secan- 7
do ipsam mēsalem, quot erunt lineæ tot erunt partus in mulie-
re, ut tenent aliqui. ¶ Dixerunt quidam sermonem probabilem. 8
Quod si in manu mulieris plures lineæ meliores & maiores
erūt inter mediū & medicū q̃ inter medicū & auricularem si
gnificatur aptitudo generādi, et cōcipiēdi et gerēdi masculos.

9 ℭDixerunt quidam inter quos est Anthiocus. Si inter infa-
mem & medicum eminens caruncula, siue carneus nodus cir
ca tuberculum cum lineis crassis & rubeis fuerit & nō sit scis
sa in medio & fœmina sit multum pallida, protendit ꝙ ipsa
10 feret masculum. ℣ Ego nescio unde iste nigerimus Coruus ex
traxerit: dum dicit Quando supra Mercurii mōtem rimulas
uidebis, quot rimulæ erunt, tot erunt filii, & si aliqua fuerit lō
gior & splendidior cæteris, significat sapientissimum filium,
ac ingeniosum, propriumq; parentem superaturum. ℭDi-
11 cit idem Coruus pictor chyromantiæ, ꝙ quando in uiro, aut
fœmina inter secundam digiti medii, tertiamq; iuncturam,
quot lineæ fuerint, tot filios significant. ℭInquit Vgo, lineas
12 in mulieribus earum secreta indagātes, ita notabis. Aspice triā
gulum si in ea quasi foramina fiunt cum rubedine inserta, præ
gnantes iudicabis.

ℭTricassus Mantuanus.



Rimum signum istius capi. illud idem est quod & in. 87. Et ideo in huiusmodi semper consideranda est cōditio personarū et status est. Et hoc ꝙ Cocles in hoc lectores admonet, dicēs. Si sunt layci. ℭQuo ad. x. signum sciendum ꝙ uerius est q̃ illa signa adducta a Coclite in. 5. signo. Sed Not. ꝙ tales lineæ sunt propinquæ radici ipsius digiti, & sunt uersus percussionem manus magis q̃ in monte. Et lineæ ille quæ maiores esse uidentur significant tales filios uicturos esse. Quæ autem sunt minores aut male apparentes, morituros significāt. Vnde quādo esset aliqua earum quæ aliis multum esset inferior & breuis & male apparens, iudicandum est talem filium mortuum eße, aut moriturum. s prout ipse iuuenis est aut senex, aut etiā mater. Notandum autem ꝙ est incipiendum (in computatio-

ne) a percußione uersus montem. ¶ Hoc idem circa signum II. considerandum est. ¶ Notandum etiam quod aliquando necesse est cõnumerare omnia huiusmodi signa quæ in utraq; manu inueniuntur, si quis uult numerum filiorum agnoscere, licet communiter perfectus numerus in una tantum manu inueniatur, similiter & in alia.

¶ Cap. XC. De his quæ filias fœminas generant.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ In hoc cap. nihil aliud affert nisi. 3. signum, & . 5. & . 8. et 9. capituli præcedẽtis. Et ideo quia superfluus erat prætermisi.

¶ Cap. XCI. de his qui ex improuiso futurum bonum habent.



Liqui sunt, quibus fortuna adeo fauet ut ex improuiso sibi bona eueniant, licet non laborẽt in quærendo. Et hos ita cognosces. ¶ Si quædam linea ueniat a brachio, & uadat ad digitum anularem uersus auricularem, bonum uẽturum ex improuiso innuit.

¶ Cap. XCII. de his a quibus fugiunt serui.



Inea quædam si oriatur a radice brachii & trãseat per rasecttam & pectus manus ad auricularem, significat liberari seruum per fugam, & si plures tales lineæ fuerint, significant plures seruos fugam suscepturos, aut unum seruum pluries fugientem.

¶ Cap. XCIII. de his qui habent seruos furibundos.



Inea supernotata si fuerit magis lata, profunda, & rubra, significat hominem habere seruum furibundum.

¶ Cap. XCIIII. de his qui susurrant & murmurant ratione seruorum.


I supernotata linea non extendatur ad auriculã rem, sed prope, susurrationem & murmurationem certe significare dicemus ratione seruorum.

¶Capi.XCV. de his qui semper sunt decepti a seruis.


Inea uitæ si habuerit ramos ad inferiũ uersus rasœttam, paupertatem denotat, & talis semper erit deceptus a seruis propriis.

¶Cap.XCVI.de his qui perdunt seruos, & propter illud sunt desperati & uolunt amittere uitam.


Inea uitæ si habuerit sub se quandam paruam lineam arcualem scindentem ipsam & respiciat brachium atq; inferiorem partem manus, iste erit in periculo amittendi seruum, seu amittet, adeo ꝙ desiderabit amittere uitam.

¶Tricassius Mantuanus.


Nonagesimosecũdo cap.usq; ad.96.omnia sub uno titulo collegi, quoniam omnia uersantur circa eandem materiam. Multas autem fatuites ac falsitates dicit in huiusmodi signis. Nonagesimum namq; cap. falsum est, similiter. 93. & 94. Nam tale signum aut quodlibet aliud signũ effectus suos in illis tantummodo subiectis in quibus & ipsa signa inueniuntur, ut etiam dictum fuit cap.2.huius libri. Talis quoq; linea q̃uis aliqualiter ostendat hominem murmuratorem, attamen non hoc attribuẽdum est ratione seruorum, immo murmuratio num q̃, quodammodo causa seruorum ꝑuenit, nam ad hoc plurima sunt remedia ne.s.domini causa seruorum murmurent. Et ideo apud sapientes ac ingenio discursuq; uigentes, Cocles ipse

rudis ac ignarus habetur in huiusmodi scientia chyromantiæ. Proprium autem significatum talis lineæ est ꝙ quando in aliquo subiecto ad seruitutem dedito inuenitur, significat ipsum murmuratorem, cholericum, & bestialem, & ad fugam promptum. Quando autem ille talis non esset seruus, significat etiã effectus aliqualiter similes supradictis. ¶ Quo ad. 96. capi. sciendum ꝙ tale signum significat uniuersaliter ammissionem alicuius caræ personæ, aut amici. Et quo minus perstringitur uersus uitalem. s. quo magis est arcualis, eo minus doleri significat.

¶ Cap. XCVII, de prælatis, cardinalibus, papa, & de his qui sunt huiusmodi generis.



Ine fide atq; lege oĩa submergẽtur sine orationibus & operationibus laudabilibus deus non placat. Inter oẽs leges lex xp̃iana obtinet principatũ et ueritatẽ maximã, et est optimus moribus decorata. Lex Mahumeth ꝓpter multas res nephãdas quas cõcedit a multis dãnanẽ, Hebreorũ lex in aliq̃ sui parte habet cõformitatẽ cũ xp̃iana religione & minus dãnatẽ q̃ mahumethana. Dãnat aũt Mahumeth Auicẽna i. 9. metha. & tñ in mahumethana lege nutritus fuit ac genitus. Qui inquit in præallegato loco, cap. 7. opus est ut certificemus hoc disp̃positionẽ aĩarum humanarũ cũ sunt exutæ a corporibus suis, ad quã dispositionem ꝑueniũt. Oportet aũt te scire, ꝙ ꝑmissio alia quæ cum fide reperiẽ, quia nõ est uia ad ꝓbãdum eam nisi credẽdo testimonio ꝓphetæ, sicut illa quæ est de deo qđ habebit corpus post resurrectionẽ. Tu aũt iam scis delectationes corporũ & gaudia qđ sunt. Lex enim quã dedit Mahumeth ostẽdit disp̃õnem fœlicitatis et mis̃ie, quæ res sunt s̃m corpus. Et alia ꝑmissio quæ apprehẽditur intellectu et argumẽtatione demõ-

stratiua & quod prophetia approbat, & hoc est fœlicitas & miseria animarum, postq̃ sunt exutæ a corporibus suis, quæ ꝓ bantur argumentationibus, q̃uis nostræ estimationes debiles sint ad imaginandum &c. Multa etiam contra Mahumeth scripsit Commentator in libro de secretis, ubi omnes fides dã-nat & laudat Christianam fidem respectu aliarum, ut aliqui scribunt. Item Auicenna in. x. methaphysicæ, cap. 1. dicit, Iam autem in hac materia fecimus librum de peccato et de eius op posito. Intellige ergo et attende dispositionem istorum omnium, & quod dicitur in diuinis flagellis quæ descendunt super ciui tates flagitiosorum hominum & super homines iniuriosos, et considera qualiter defenditur ueritas, & præfatus Auicenna x. suæ methaphisicæ. cap. 5. de eligendo successore & summo sacerdote, inquit. Talem eligat qui bene regere possit, et sit pru dens, & honestorum morum, audax, mansuetus, et peritus gu bernandi, & peritus legis. Ideo antiqui eligebant senes. i. præ-sbyteros, nam præsbyter dicitur senex. Nostris autem tempori bus ad officium sacerdotale eliguntur incommensurati, claudi cantes, gibbosi, & melancholici, & homines malæ complexio-nis, qui non merentur esse serui ad exportandum fimum. Opor tet igitur eligere homines bonæ complexionis atq; discretio-nis, & non rudes atq; bestiales. Sed multum egressi sumus a proposito nostro. Diximus autem hæc propter utilitatem fidei nostræ, nam multum confert ad colendum Christum ut habea tur princeps christianissimus, et ꝙ optimus pastor recte oues

1 suas gubernet & instruat, dicemus igitur, ¶ Qui habent li-neas in radice indicis pulchras, & specialiter quando linea na turaliter uadit ad digitum & oritur a medio monte aut ab an gulo supremo & non sint intercisæ, dignitatem aut prælatio-

2 nem ostendunt. ¶ Crux bene formata in monte indicis, præla-

turam demonstrat. Et hoc intelligitur quando tuberculus est nitidus & eminens in omnibus quæ nos diccmus in hoc loco.
¶ Si in monte Iouis sit figura perfecte sphærica, dignitatem cum baculo dicit ostendere. Et si incompleta fuerit, absq; baculo dignitatem ostendit, si uero sit inferius, cum difficultate obtinet. ¶ Si aliqua linea a police ueniens uersus indicem se extẽdat in ultimo sui & equitetur ab alia linea, adeo q faciat ut crux, significat dignitatem baculi s̃m fortunam aut infortunium si cætera correspondeant. ¶ Triangulum pulchrum in monte Iouis, dignitatẽ sacerdotalẽ dicunt significare. ¶ Scribit Hermes Trimigestus q si duæ lineæ coniungantur adinuicem & faciant ut crux in monte indicis, honorem significant, & in medio monte nobilitatem generis personæ, q ad magnũ statum uenturus sit, & magnam prælaturã denotat. ¶ Quãdo in principio anguli supremi oritur una linea & porrexerit se apud indicem uel eius radicem, prælaturam cum dignitate ostendit. ¶ Item si una linea pulcherrima sit in mõte Iouis per transuersalem posituram, & præcipue in medio, fortunam in prælatura, aut propter prælatos indicat. Vidi multos præsbyteros ualde pingues habere talem lienam procedentem a radice indicis. ¶ Si duæ uel tres lineæ pulchræ oriuntur a radice indicis usq; ad medium tuberculi uel prope, prælatura demonstratur. ¶ Multotiens uidi montem Iouis sine aliqua linea cũ sola eminentia & claritate, & qui sic inuenti sunt optime fuerunt beneficiati, & aliquotiens apud prælatos bonam habere fortunã, & maxime si radii sunt in radice ipsius digiti. ¶ Vidi aliquem habẽtem episcopalem dignitatem & aliquem etiã prothonotarium, & tamen montem indicis in eis non esse fortunatum. Et dato q mons Iouis esset sine lineis & fuerit oppressus & residuũ manus fuerit infortunatum, iudicaui ipsos

Margin numbers: 3 (line "Si in monte Iouis"), 4 ("tinet. Si aliqua linea"), 5 ("nium si cætera"), 6 ("monte Iouis, dignitatẽ"), 7 ("statum uenturus"), 8 ("ostendit. Item"), 9 ("ce indicis. Si duæ"), 10 ("stratur. Multotiens"), 11 ("Vidi aliquem").

in futurum esse derelictos a fortuna, & mala morte moritu-
ros. ¶ Si tu quæras quare habuerunt dignitates. Respondeo
ꝙ hoc euenit a radice parentum qui erant dignitatibus con-
stituti, & easdem facie eis erat posteris suis etiam non ad hoc
destinaeis tradere, unde postea talis dignitas in eis tantum du
rat quantum radix eius, & faciunt sicut lucerna quæ extin-
guitur oleo deficiente, & hoc facile cognoscitur in duce Valen
12 tino, de quo cum sit res notissima dicere non opus est. ¶ Possu-
mus etiam dicere ꝙ hi tales habeāt stellas fixas in eorum na
13 tiuitatibus quas chyromanticus non potest cognoscere. ¶ Lo
cus Solis & angulus supremus cum suis annexis, dignitates
14 ecclesiasticas ostendunt. ¶ Stella aut stellæ in dorso indicis ar
15 guunt honores & beneficia ecclesiastica mulierū gratia. ¶ Si
in principio mediæ naturalis apud cardiacam fuerit tale si-
16 gnum seu caracter. E. episcopum dicunt significare. ¶ Si iu-
xta lineam uitæ fuerint rimulæ extensæ uersus summitatem
circa foueam manus signum tale fuerit uersus summi
tatem, ad dignitatem ecclesiasticam ad summum per
uenturam ostēdit, etiam si esset rusticus, & si antedi-
ctæ rimulæ non bene correspondent, ascendet quidem, sed non tā
tum. ¶ Opinantur aliqui ꝙ linea uel lineæ pulchræ in loco So-
lis protendunt dignitates ecclesiasticas. ¶ Exaltationem Io-
uis esse existimabis, cum eius tuberculus fuerit colore rubeo
respersus, & fuerit etiam cæteris aliis eminentior, in quo si-
gnum ut crux aut triangulus rectis lineis, aut radii extite-
rint, & hæc dispositio pollicetur non mediocrem sacerdota-
lem dignitatem, deprimitur autem Iupiter cum tenuuioribus
lineis & cum quibusdam incisuris, & si capillares lineæ ibi
inordinatæ fuerint. Nodus quoq; carneus, uel eminens carun-
cula pallida extra ordinem, infortunium in Ioue per omnia

apertissime minatur, & eundem effectum facit depressio ipsius tuberculi. Et ita in tuberculis imaginandum est, secundum tamen conditionem monticulorum & planetarum inferendum est, ut Antiqui atque Moderni obseruauerunt, & ita nunc uidemus obseruare. ¶ Dicunt aliqui qui manus Summi Sacerdotis diligentissime speculati sunt, quod tales habent stellas, radios, aut binas equitantes lineas cum eminentia & colore, & monticulum Iouis collocatum in loco Solis, & cæteros tuberculos aptissime dispositos & loco Martis proportionatos, & hoc tu diligenter respice & considera, tamen ego talia nunquam perspectus sum. 17

¶ Tricassus Mantuanus.



Vltotiens Cocles dum transcendit ea quæ suæ professioni propria sunt, in his & in illis cespitare cogitur. Ipse enim dicit quod cœli influunt et disponunt corpora nostra, & ex consequenti animus noster inclinatur secundum ipsorum influxus, et tales dispositiones possunt cognosci per signa exteriora in physonomia aut chyromantia. Et quod quando aliquis habet aliqua signa in seipso, habet etiam effectus per talia signa significati, & quod tales effectus etiam operantur nisi uelint per seipsos cõtrarias operationes exercere, et hoc dicit in. 1, lib. de physonomia, cap. 1. & etiam ibidem dicit ex auctoritate Auicēnæ, quod dispositiones inferiores & propinquæ uehemētius & magis in nos operātur quam superiores. In hoc autem cap. aliorū se uestibus induens & cum zaraldus existeret cōcionatorem se ostētitare uolens, arguit, reprehenditque electiones prælatorum, in quibus aliquando Gibbosi ac Claudi eliguntur, ueluti obumbrare uolens id quod tanta assertione protulerat. Etenim si dignitatis, aut prælaturæ signa hēnt, ad prælaturas iclinātur. Ad prælaturas

autem nõ nisi ex tali ellectione assumuntur. Igitur necesse est q̄ tales Gibbosi aut Claudi eligantur ad prælaturas & q̄ dispositiones inferiores conueniant cum superioribus ac cum ipsis cælestibus influentiis. ¶ Volens autem & adhuc se Theologum ostentitare Catholicũq; ac fidei zelatorem se ostendere. Quid sibi condecẽs erat fimbrias dilatare in suaq; phylosophica Bestialitate perdurãdo dicere, q̄ anima recta, i corpore obliquo persistere non potest. Hoc non dicit Theologus, hoc non Catholicus ac fidei zellator proclamat. Vnde hæc omnia sua, fabulas esse clarius dinoscuntur. ¶ Ad notitiam autem omnium suprascriptorum signorum sciendum q̄ semper est considerandum quomodo ipse Mons siue tuberculus Indicis sit Eminens, & eleuatus. ¶ In. 5. autem signo sciẽdum q̄ istud est primũ signum. 66. capituli. Vnde & diligentius considerare poßitis quomodo sint adinuicem correspondentes. s. q̄ ex fidelitate sua. Et hæc est regula uniuersalis omnium signorum adinuicem correspondẽtium. ¶ Quo ad. x. signum (ut pluries etiam dixi) sciendum q̄ in quocunq; subiecto semper considerãdus est eius status ac conditio professioq; siue exercitium. Et quandocunq; quis reperitur in aliqua dignitate & nõ habent aliquod signũ bonum & fortunatum, tunc iudicandum est q̄ talis iacturam aliquam siue infortunium patietur. s. circa diuitias aut honorẽ etiam si ibidem huiusmodi aut signum non inueniatur.

¶ Capitulum. xcviii. De hereditatibus.



Ixit Conciliator, si super radicem brachii in rasceta fuerint quattuor lineæ scindentes brachiũ per transuersum & sint continue & coniunctæ bene honorem & statum significãt & utilitatem ex morte alterius. Dixit coruus si dictæ lineæ habent suprema sui parte duos ramos & fecerint acutum

angulum significant hereditates ratione mortuorũ, & in eius senectute honores diuitias & quietam uitam pollicentur, eo q; magis quando in dicto angulo lineæ ut stella aut parua crux inuenietur, sed postremo paucis egritudinibus subiicietur. ¶ Di 2
xit etiam Coruus. Quãdo inueneris duas lineas infra primam iuncturã policis magna significatur hereditas. Sed si sola fuerit & exigua significat hereditatem. Si ualde apparentes fuerint hereditatem arguunt sed cum lite & controuersia, De hoc ego experiẽtiam nõ habeo & nescio unde iste coruus hæc extraxerit, ante compositionem mei libri ego perlegi uiginti tria uolumina in chyromãtia & postea usq; adhũc diem perueni ad. xxvii. Nec hoc uidi, nescio si ipse somniatus est. ¶ Talis figura
sciliceт, E. in mõte annularis hereditatẽ causa turpi luxuria ostẽ 3
dit. ¶ Qui habuerit tres lineas orientes a radice ueneris tendẽ
tes ad iouis tuberculum, cum Veneris tuberculo, & sit tumefa 4
ctus & rotundus lenis atq; lineatus, & rubedine decẽti tales eripient alienas mulieres & quãdoq; hereditates propter ipsas habebunt, ¶ Lineæ ut crux in principio anguli supremi per mu
lierem hereditatem uenturam demonstrat & quot tale figure 5
reperientur tibi tot hereditates demonstrant. ¶ Figura ut stel 6
la in simili loco uel in aliqua parte trianguli, hereditatem uen-
turã ostendit & quot fuerint ibi lineæ tot hereditates arguit.
¶ Figura talis. C. in triangulo uel angulo supremo hereditatẽ 7
denotat. ¶ Si soror lineæ mediæ sit pulchra significat heredi- 8
tatem uenturam & quanto melior erit, tanto meliorem osten-
dit hereditatem. ¶ Si in rascetta uarie lineæ se interseccauerint 9
debita distantia ad modum ludi scacchorum hereditates futu
ras nunciat. ¶ Stella aut triangulus in rascetta manus heredi 10
tatem futuram denunciat in ultima sui ætate.

¶ Tricassus Mantuanus.


Llud secundum signum(quod est corui)est uerissimum. & miror quomodo Cocles uelit expositionem illam negare hac tantum de causa quia. scilicet non legerat hoc apud quempiam aliorũ Doctorum, cum ipsemet sciat chyromantiæ potius ex practica q̃ ex speculatiua fidem adhiberi. Et Ego simul cum coruo ex experientia illud affirmo, talesq; lineæ debent esse per transuersum apud primam iuncturam uersus Montem, uel uersus ipsum Digitum. ¶ Quo ad, 9. signum, est etiã scien dum ꝙ tale signum non proprie inuenitur in Rascetta sed circa finem Montis manus. ¶ Si autem claram noticiam multis habere huius signi. x. uideatis, in. 2. partæ meæ chiromantiæ, capitulo, 2. figura quinta.

¶ Cap. xcix. De ætatibus & quãto tẽpore æquis debet uiuere.


Liqui dicunt moderni, quando quattuor lineæ æqualis mensure fuerint continue brachium circũ quaq; diuidentes & bene colorate octuaginta annorum ætatem indicabunt. Nunq̃ uidi supradictas lineas Dico tamen ꝙ si reperies istas lineas cum equilatero triangulo & lineam mensalem cum bona proportione ꝙ uerificabitur dictum Andreæ corui & aliorum. sed si proportionate lineæ non auxiliabuntur istæ quidem erunt fabule. Supernotatas lineas si inueneris cum lineis in fronte indicantibus ætatem maximam, ut dictum fuit auctoritate Ptholomei phylosophi in tertio lib. de physionomia longissimam uitam pollicentur atq; solares annos promittunt, ut puto. ¶ Tricassius Mantuanus.


Ico autem Ego ꝙ cum omnibus istis lineis ac signis quæ adducuntur a Coclite & Coruo, consideranda est super oĩa Vitalem Nam si nõ proportionetur oĩa uana sunt, quia si uitalis in fractione ali

qua non inuetur a sorore siue a Saturnina tales lineæ parum proficiunt. Et quando uitalis solummodo esset aliquãtulum periculosa et tales lineæ adsint significant faciliorem euasionẽ a tali periculo. ¶ Not. autem ꝙ communiter tales lineæ inueniuntur continuatę ex pluribus lineis lineas aũt huiusmodi non reperi, in aliquo subiecto prouectę ætatis sed in q̃ pluribus minoribus. 20. annorum habebantq; Vitalẽ ualde periculosam.

¶ Capitulum. C. De illis qui coniunguntur cum uilibus fœminis & raro habent desponsationem optatam.


Igura talis. E. in loco Martis arguit ꝙ habens iunget se cum uilibus fœminis, & raro habebit desponsationem optatam.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ In hoc defectu cõiter incurrũt illi qui ancillas & Seruitrices i cõcubitũ retinẽt & ulterius nõ nubũt aut illas despõsãt.

¶ Capitulum. CI. de his qui sunt bone spei. & bonum habebũt, sed prius malum sustinebunt.


Pes nunq̃ hominẽ deserit, & nulla uirtus est mortalibus magis amica ideo de ea aliquid tractare mihi uisum est, & ostendere quomodo cognoscantur illi qui bone spei esse possunt. Si rami aliqui pcedant ex cardiaca & extense uadãt ad mediam naturalem tantum per triangulum, significant hominem bone spei & bonum cum tempore habebit. sed in principio mala sustinebit, & nota tamen ꝙ istud simpliciter non est intelligẽdũ quia si haberent manus fortunatas minus lederẽtur, sed tamẽ respectiue. Si infortunium dominatur intensiue accidit infortunium. ut in pratica actum est, pluribus uicibus, necesse est etiam paternas radices speculari.

¶ Capitulum. CII. De signis quæ malum prædicant.


Vædam linea ſi ſecēt lineam uitæ tendentes ad montem policis malum prædicant, ſcilicet infortunium circa diuitias & ſignificant etiam iacturas incomportabiles,

Cap.ciii.de his qui mouebunt lites propter quas multū ſanguinis effundetur uel uita uel hominis membra amittentur.


I ſupra lineam uitæ quædā grana rubea uel pi cturæ ſint inordinate ſignificāt uirum contentioſum, & talis mouebit lites propter quas ſanguis effundetur, & ipſa uita, uel membra hominis amittentur.

Capitulum.ciiii.De luſoribus.


Ixit Coruus noſter.quando inueneris inter primā & ſecundam policis iuncturam duas lineas ex
a tenſas & bene coniunctas hominem ſignificat luſorem & propter ludum uitæ periculum adhibet fortaſſe, & raro lucrabitur, ſed ſi fuerint diſiunctæ uel flexuoſe
2 ſe dānum patientur habentes hæc ille. ¶ Mōs quoq; policis ual
3 de eleuatus luſorem ut dicunt arguere uidetur. ¶ Angulus ēt ſummus ualde ſeparatus hominem ſignificat ad ludum inclinatum. ¶ Angulus ſummus rethiculatus aut in infima parte
4 cum tuberculo ueneris tumidus aut craticulatus hominem inclinat ad ludum.

¶ Tricaſſus Mantuanus.


Otandum circa.1.ſignum ꝙ tales lineæ multū opponuntur.ita.ſ.ꝙ faciunt angulum amplum ſiue obtuſum, & aliquādo ſunt multū intereſſecate ad inuicē, & aliquādo ēt ſolūmō adinuicē cōiūguntur, quādo ſolūmō iūgūtur ſiue adinuicē ſe reſpiciūt, ſignificāt diminutionē talis effectus.ſimiliter quādo eſſent ex una pte

magis apparentes q̃ ex alia. ¶ Secundum aut & .3. signũ pa rum aut nihil ualent, sed solummodo ostendunt mentis leuitatem, ut etiam communiter sunt omnes lusores.

¶ Cap. cv. de his qui a lancea seu sagitta uulnerabuntur.



Linea uitæ si prope iũcturam ipsius cum media naturali descendat quædam linea ad mediã naturalem inferius respiciẽs. qui habuerit a lãcea uel a sagitta uulnerabitur. Attamen hanc rem ignoro usq; ad hunc diem.

¶ Capitulum. cvi. De signis temperantiæ boni finis & quæ bonam confessionem significant.



Vædam linea si secæt lineam uitæ in sui inferiori parte uersus restrictam faciẽs quãdam paruam crucẽ cũ bono colore temperantiæ & boni finis & bone confessionis signum est.

¶ Capitulum. cvii. De his qui cum matre sua irascuntur & inde accidit effusio sanguinis.



Edia naturalis si fuerit grossa & nimis ꝓfunda & quædam parue foueæ ibidem appareant cum colore intenso cum matre irascetur & inde accidet sanguinis effusio.

¶ Capitulum. cviii. De his qui cum matre etiã irascuntur & mater sua primo morietur.



N supranotata linea nõ fuerint foueæ & duæ lineæ parue curte ipsam seccẽt ĩ duobus locis iuxta scilicet pedẽ lineæ uitæ quasi in opposito spacii qđ est inter indicẽ & mediũ et in fine iũgãtur cum matre iratũ sepius ostẽdit. et ẽt mater sua prius eius morietur. Lineæ equædistãtes ad radicẽ policis descẽdẽtes significãt mortẽ matris suã ꝓcedere. Si due lineæ fuerint iacẽtes iuxta lineam

uitæ in fine mõtis policis significat matrẽ suam primo mori.

¶ Capitulum.cix. De signis mortis patris.


Ostq̃ uidimus signa de morte matris uisu; est nobis ponere signa de morte patris. Igitur lineæ perfecte peruerse ad radicem policis patrẽ primo moriturũ esse minãtur. ut dicũt aliqui.

¶ Capitulum.cx. De signis mortis affinium.


Ineæ transuersantes super radicem policis iter se æquedistantes uel fere ad superiores partes mortem affinium significat.

¶ Cap.cxi. De signis perturbationũ ratione eorũ qui affinitate coniunguntur.


I a Radice policis egrediãtur lineæ super radicem circũuersantes, & si plures fuerint magnas perturbationes propter aliquem de affinitate dicunt significare.

¶ Ca.cxii. De his qui ĩtromittũt ĩ diuersis magisteriis.


Ignum multarum artium & eius qui inquirit subtilia diligẽdo loquẽdo et tacẽdo, et qd' di
1 gnitatẽ aut famã arguit, ẽ quãdo duæ lineæ reperiũtur ĩ mõte medici æquedistãtes ꝑserti si ad radicẽ ipsius digiti extẽdũtur. ¶ Si ĩ digito mi
2 nimo repꝫritur una linea oriẽs a radice digiti et extẽdatur ad secũdam uel tertiam iũcturã cũ bona proportione arguit inge nium diuersis facultatibus ac cõmodatũ præsertim quãdo tuberculus est clarus. ¶ Littera.D.ĩ loco lunæ hoĩem ad diuersa
3 magisteria disponit. ¶ Si in manu fuerint multe lineæ trãsuer
4 sales scindentes lineas naturales significãt applicationẽ ad diuersa negocia, & intromissionẽ in multis magisteriis & præcipue quando lineæ sunt graciles.

¶Cap.cxiii.de his qui intromittunt se in negociis & raro in magisteriis & habẽt uitam sine discursu.


N manu si paruæ lineæ fuerint naturã beluinã demõstrãt, & habens nõ intromittet se in negociis. ¶Si soror lineæ uitæ uel linea mẽsalis ad mediũ deuenerit, & si profunde lineæ & breues ibidem fuerint quietã ui:ã uidentur ostendere. ¶Et quando tuberculus medius inuenitur sine lineis occiosum significat, & hominem sine cura & cum quiete.

¶Cap.cxiiii. De illis qui habẽt amicorũ copiã et uitã hillarẽ


¶Cap.clxii, De his qui sunt dure ceruicis atq; periculum nullum existimant, & damnum patiuntur.


Ediam mẽsalis quando attingerit magnum dã-
num in diuitiis significat aduersitatem prę-
sertim si alios ramos non effecerit, & dure cer-
uicis hominem, quiq; per periculum nullũ con-
sideret ut coruus noster pingit.

¶ Capitulum. clxiii. De his qui ex corpore suo spargunt san-
guinem cum periculo,


Inea capitis quãdo tẽdit ad mensalem hominẽ
significat suum sanguinem sparsurum, & erit
maledicus, neq; aberit a periculo mortis sibi in-
ferende ut moderni scribunt & etiam Coruus.

¶ Cap. clxiiii. de his qui semper manent cum periculo, adeo quod
uitam cum morte permutare cupiant.


Vando mensalis cum uitali linea & media na-
turali nec non basis trianguli ad mensalem de-
uenerit, & sint dicte quattuor lineæ cõiuncte fe-
re in angulo ĩ Veneris tuberculo magnum homi
ni periculum imminere significãt, ut cum uita mortem com-
mutare cupiat sicut aiunt moderni.

¶ Capitulum. clxv. De his qui cum matre irascũtur & de
ea causa euenit sanguinis effusio.


Vando quattuor lineæ rubeæ ualde secãt mediã
naturalem hominem cum matre irasci. signifi-
cat & ea causa sanguinis futuram effusionem.
Sed si dicta signa pallida fuerint, non sortitur
effectum. Hic quoq; erit iracundus et subitus ut moderni scri
bunt & sentiunt.

¶ Capitulum. clxvi. De his qui habent infidos amicos & ipsi
sunt probi atq; fideles.


Vando duæ lineæ egrediuntur a rasetta & obliquantur uersus montem manus amicos fidem nõ habere indicãt, ipsum uero probum fidelem & morigeratum, itaq; cum ignotis hominibus nõ ineat societatẽ ut aliquibus placuit.

¶ Capitulum.clxvii. De his qui capiuntur & ui ponuntur ad nauigandum.


Na linea quãdo egreditur a rasetta, & fuerit crassa atq; continua & obliquatur per montem manus uersus percussionem hominem iturũ in seruitutẽ significat, et ad nauigationẽ ui cogendum, et maiori tẽpore uitæ sue futurum seruũ Coruus noster Chyromãticus pictor sentire uidetur.

¶ Capitulum.clxviii. De his qui frequenter in lucro uersantur & habẽt illustre ingenium, & amici eum furantur & ab ipsis deceptionẽ patiũtur.


Ve lineæ quæ oriuntur a rasetta & oblique uadunt continue per concauum manus secando lineam cardiacam & a radice policis deuenerit uel prope dicunt ꝙ arguunt hominem in lucro frequenter uersari sed sibi imminere periculum ne futurum ab his patiatur quibus ipse maxime fidit, illustre tamen & magnum ingenium habet.

¶ Cap.clxix. De his qui pecunia mulctati sunt & fortasse & patiuntur uincula sine pecunie restitutione.


Vando duæ lineæ oriũtur a rasetta & tortuose uersus montẽ manus inuenerint hominẽ pecunia mulctarũ ostẽdit, Et forte in carcerẽ trudetur sine restitutione pecunie, ut niger inquit Coruus.

¶ Cap.clxx. De his qui sunt inobediẽtes parentibus suis.

SI in restricta lineæ sparse fuerint se inuicem non contingentes sed in diuersa abeuntes pessimum hominem significabunt parentum contemptorem atq; eis inobedientē. Quādo mensalis atq; cardiaca angulum causant, & ibi non sit media naturalis ira eundum crudelem parētibus, cuiq; inobedientem hominem indicat, qui est peruerse uoluntatis, & in proprium fuerit sanguinem, ut tenent aliqui.

¶Cap.clxxi. De his qui multū in lucro se ītromittūt, & semper eorum exitus ad infortuniū tendit in suis negociis.

QVando in manu fuerint duæ lineæ obliquæ ad restrictam usq; ad mediam naturalem continue deuenietes, hominē sepissime in lucro uersari significat. Sed talis perfidus est atq; infortunatus in omnibus suis negociis. Tamē sollicitus est semper quoniam multæ & uariæ imaginationes ei representantur, sed tamē in rebus suis parum & oblique discurrit nulla ratione abhibita, ut aiunt.

¶Tricassus Mantuanus.

SVmmopere aduertendum est circa quædā ex capitulis superioribus nam nullā illarū circa, eādem materiā uersantur. Vnde cap.162.et.163 & cap.164.&,2, signum cap.160.(q̄uis Cocles cōtrariū afferat) oēs sūt circa unam et eādem materiā. Et quādocūq; aliquod eorū accidit oīa cōsideranda sunt. Et sicuti maiorē ꝓportionē habēt cū signo reperto (ex cōformitate aliarū linearum) sic etiā iudicandū est. Considerans semper omnes euentus de infortunia quæ accidere possent ad huiusmodi.

¶Capitulum quoq;.166.et.167.&.168.et.169.&.171. omnia ad eundem obiectum concurrunt. Et illud quod Cocles dicit de illis duabus lineis, potest etiam itelligi de una linea sola

la. Et similiter illud quod dicit de una sola in capi. 167. potest etiam intelligi de duobus secundum maiorem aut minorem proportionem ipsarum linearum, aut ipsius lineæ & aliorum signorum quæ eosdem effectus significant. s. anguli supremi & aliorum. Hoc idem intelligendum est circa eorum euidentiam.

¶ Cap. CLXXII. de his qui sunt inconstantes, sine uerecundia, & male sociabiles. Et his nullus est defectus, neq; superabundantia quousq; se possunt adiuuare, nam omnia faciunt ut uiuant per phas atq; nephas.

SVnt autem huiusmodi illi qui sunt de natura Martis & hi habent lineam uitæ & mediam naturalem cum intenso colore coniunctas, hi habent conditiones tales quas supra dixi, & etiam peiores, & si possibile est dicere transeunt ultimum gradũ malignitatis & malitiæ.

¶ Cap. CLXXIII. de his qui percutiunt fratres suos, & sunt destructores paternæ substantiæ.

ALiqua figurarum si fuerit in loco Martis de his quæ positæ sunt in. 2. lib. capitulo proprio, hi tales erunt deuastatores & destructores paternæ substantiæ, & fratrum ac etiam propinquorum suorum percussores. Quærunt a me multi discipuli et scholares, utrum physonomia sit magis uera q̃ chyromantia, uel econuerso, respondetur utrasq; esse ueras, & quod una subalternatur altri, & quod physonomus & chyromãticus nõ differũt nisi ratione loci. Et quod utriq; sunt inuestigatores actionum naturæ atq; normæ, ut in prologo dixi. Tamẽ chyromãtia habet ... dices magis fixas, & quia principales lineæ a principio etatis indicant intrinsecum naturæ, & indiuidui, quia dispositio mẽbrorum regalium faciũt uestigia in manu eorũ quæ in eis sunt.

Et similiter

Et similiter conditiones planetarum in natiuitatibus utiq; ue-
stigia inueniunt usq; ad ultimũ terribilium indiuidui. Physono
mia mutat lineamẽta & figuras mẽbrorũ in ætatibus, ita ꝙ
uidemus sanguineos fieri melancholicos, & colericos sangui-
neos fieri & sic mutatis complexionibus mutãtur mores. Ma
la tamẽ cõpositio nunq̃ mutatur, ut caput sphericum seu acu-
tum, aut pectus angustum propter habitudinem ossosam. chy-
romantia uero non mutatur, chyromãtia declarat de diuitiis
calamitatibusq;. de fortuna et infortunio. de lõgitudine & bre
uitate uitæ, de itineribus & aliis rebus. Sed hic ego intelligo de
physonomia de membris & non de planetis. Cõcluditur ergo
ꝙ physonomia simpliciter & per se, est inanis, & ita chyro-
mantia. Tamẽ quãdo sunt simul iunctæ sunt peroptime. Nihilo
minus Chyromantia simpliciter est magis fixa. Multa cogno
scuntur per physonomiam, quæ nõ potest cognoscere chyroman-
ticus & sic ecõuerso, & dico finaliter ꝙ chyromantia subal-
ternatur physonomiæ.

¶ Capitulum. clxxiiii. de his qui perseuerant cum malis uiris & latronibus occulte machinando maleficia perpetranda.



I figura. G. fuerit in loco Martis habens talem erit perseuerans cum malis uiris & latronibus occultæ machinando maleficia perpetrãda.

¶ Capitulum. clxxv. de hominibus qui sunt audaces, pertina ces, & usurpatores siue dispensatores paternæ substantiæ



I in loco Martis fuerit aliqua figurarum supra-scriptarum ut in. 2. li, in capitulo Martis habe-tur, erit ille et audax pertinax & ab incœptis nõ desistens, usurpator quoq; & paternæ substantiæ dispensator.

¶ Cap.clxxvi. De his qui sunt proni ad geometriam.

Si figura .C. erit in loco Martis erit magister perfectus & ingeniosus diligens geometriam aliquando aliquibus iniuriam faciens. Nota quod oportet quod triangulus hēat cōditiones quas diximus in capitulo de natura martis in isto libro.cap.124.

¶ Capitulum.clxxvii.de his qui sunt doctores atq; scriptores linguarū, & icogitarū ēt librorū expositores.

Huiusmodi sunt homines secundum rubricam illi qui habent hunc caracterem scilicet .C. in loco Mercurii,

¶ Cap.clxxviii. De his qui exercent artes falsas cum quibus homines decipiunt suo excellenti ingenio.

Etiam sunt tales illi qui habent caracterem hāc scilicet.C.in loco Mercurii, & sunt alchimiste fascinatores, & qui fingunt se constringere diabolum seu spiritus. & sunt pessimi bari lusores perfidi & similia.

¶ Cap.clxxix. De his qui sunt nobiles, & subtiles scriptores profundarū scientiarū, audaces & in malis operibus pergentes.

¶ Laudātur uirtutes uitiaq; deprimuntur. Vnde optimū est professores suos cognoscere uirtuosos imitemur, uitiosos uero fugiamus. Qui igitur habent caracterem. C.in loco Lunæ tales erunt quales rubrica suprapofita ostendit.

¶ Cap.clxxx, de his qui sūt cōes amici, & qui utiliter cōsulūt & sunt duri in mente non tamen audaces in factis.

Qui habet multas lineas in digito medio plusquā alibi, & specialiter quando linea saturnina oritur a rasetta & extenditur per palmam usq; ad radicem digiti, tales sunt communes amici

utilia consideates in mente graues & non audaces in factis.

¶ Cap. CLXXXI. de his qui sunt pulchri, sapientes, iudices iusti, fideles, religiosi, cum quibus est Dei timor.



Vi habuerit lineas in radice indicis pulchras est specialiter quãdo linea naturaliter uadit ad prædicti digiti partes, hoc est ꝙ oriantur a medio tuberculi aut prope angulum summum, sunt pulchri, sapientes, iudices iusti, fideles, religiosi, & timor Dei est cum illis. ¶ Figura ut hic. F. in mõte iouis facit hoiem sapiẽtẽ i causis et iudiciis discutiẽdis. ¶ G. littera i mõte indicis denotat bonã famã generaliter in oibus facultatibus.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Quo ad cap. 180. sciẽdũ ꝙ multotiẽs replicat hoc signum, ut superius cap. 133. & in. 4. sequẽtibus cap. unde & oia hæc dẽnt simul proportionari. ¶ Quo aũt ad hunc. 181. similiter aduertẽdum est, nam idem est cũ cap. 135. & cap. 123.

¶ Cap. CLXXXII. de his qui a filiis uel a cõsanguineis læduntur uel a proximis, & in his omnibus ingrati uidebuntur.



Lli qui habent multas lineas in digito medio plus ꝙ alibi, & linea saturnina oriatur a rasetta & uadat usq; ad radicem digiti: & eorum radices sint de bonis fortunæ exhaustis, tales lædentur a filiis uel a cõsanguineis et ꝓximis: et in his oibus ingrati uidebunt.

¶ Cap. CLXXXIII. de his qui sunt cõgregatores pecuniæ, & habent amicitias cum nobilibus & magnatibus.



Lli qui habent caracteres, seu figuras, uel aliquid quod aßimilatur caracteribus in loco Saturni, ut in. 2. libro dictum est in capitulo de his qui sunt de natiuitate Saturni, Tales erunt congregatores, aut cumulatores pecuniæ, & Nobilium, &

magnatum amicitias habebũt & hoc fortius operatur. Si radix sua sit opulenta de bonis fortunæ, quæ a suis antecessoribus ad eos peruenerint. Nullus est tam fatuus qui pecuniam & diuitias non diligat cũ sine ipsis nihil fiat, et omnia per ipsas facta sint.

¶ Cap. clxxxiiii. De his qui peregrinantur per longas regiones, & si sunt pauperes patiuntur anxietates labores, & iacturas.



Vi habet a radice suæ genituræ indigentiam & pauptatis morbũ et in manu sua hẽat multas lineas ĩ digito medio plusq̃ alibi. Et specialiter quãdo aliqua linea oritur a rasetta & extẽditur per palmam usq; ad digitum medium quæ saturnina ob optimis ingeniis uocatur. Tales ut peregrini uagãtur per multas terras & regiones cum anxietate labore & multis indigentiis. Et hoc est quia Saturnus in sua genitura dominatur & est infortunatus.

¶ Cap. clxxxv. de his qui si sunt a radice diuites longas terras peragrantur negociando & exercendo merces.



Abent lineas qui ut dictum est in præcedenti capitulo & sũt a radice sua diuites, tales per multas regiones iter facient & erũt in continuo exercitio mercium & cum prosperitate negociabuntur & lucro.

¶ Cap. clxxxvi. De his qui leuiter iras sustinebũt, & si erunt a radice pauperes in senectute pingues erũt & sine egestate.



Ineas qui habuerit in digito medio plusq̃ alibi & lineam saturninam, ut dictum est supra, & fuerint a radice pauperes, leuiter iras sustinebũt & erunt in senectute sua pingues hoc est diui-

tes sine egestate, & tales naturam Saturni participant.

❡Capitulum, clxxxyii. de signis prodigalitatis.


Vando linea media & cardiaca non bene coniunguntur simul sed distant ab inuicem prædictæ lineæ notabiliter purum spacium dimittentes significant prodigalitatem. Angulus dexter obtusus siue grossus signum est male dispositionis & prodigalitatis. Dicit Vgo quod si angulus summus sit recte ex opposito medietatis indicis angulum rectum faciens signum est subtilitatis ingenii, & eorum qui moderate expendũt. Si uero ultra medietatẽ indicis ex opposito uel circa, hoc est uersus dorsum manus dictæ lineæ triangulum causando, acutum angulum uel obtusum facient. prodigum absq; ratione expendentem ostendit. Martiales lineæ bene conditionate quo ad martialem dispositionem prodigalitatem innuunt, hinc est quod ualde calidi in complexionibus sunt prodigi ut sunt utplurimum hi, qui militarẽ disciplinam exercent. ❡Quadrangulus ualde amplus prodigalitatem denotat ut omnes periti affirmant, & ego cum illis.

❡Capitulum. clxxxviii. De hominibus nobilibus ac sapientibus & qui in omnibus discreti sunt. Et habent animum sublimem & altum, suntq; penetrabilis intellectus omniumq; scientiarũ interpretatores & expositores, & præcipue artium profundarum & occultarum.


Vtem si paruus circulus uel triãgulus apparuerit in monte indicis bene conditionatus ex parte sui & ex parte tuberculi arguit hominem in supranotatis conditionibus esse ualde notabilem et hoc intenditur si proportionatis lineis ac tuberculis cætera correspondent.

❡Cap. clxxxix. De hoĩbus qui non habebũt amicos fideles.

¶Scutũ seu sphærica forma ut puiculus triãgulus i mõte Io-
nis arguit hoĩẽ ultra modũ amabilẽ. sed fideles ab ĩfantia usq;
ad ultimam iuuẽtutem non habebit amicos.

¶Capitulum.cxc. De hominibus sapientibus, & penetrabilis intellectus. Qui in ultima iuuentute summũ statũ, & nobilem.



Cutũ uel puus triãgulus aut sperica forma in mõte Iouis bene disposita atq; fortũata cũ aliis pportiõibus. Denotãt hominẽ usq; ad ultimã iuuẽtutẽ uersari cũ multis amicis infidelibus. & qui i iuuẽtute ultĩa hẽbit sũmũ statũ & nobilẽ. Et erit dilectus ab oibus pp diuitias et pp fidelitatẽ suã et rectitudinẽ ppriã.

¶Capitulum.cxci. De his qui propter fidelitatem suam & rectitudinẽ patieritur dãnũ maximũ seruiẽdi cã amicis, & hi tales erũt ĩ adolescẽtia apđ reges et pricipes noti atq; dilecti.

¶Scutũ uel puus triãgulus aut sphærica forma ĩ mõte Iouis bene disposita atq; fortunata arguit omne illud quod in rubrica dictũ est. ¶Tricassus Mantuanus.

¶In cap. 188. & tribus seqũẽtibus ac. 193. cõsideranda sunt quæ dixi i. c. 119. signo. I. sũt nãq; oĩa circa eosdẽ effectus q̃uis Cocles cõtrariũ sẽtiat. ¶Sũt ẽt ĩtelligẽdi ƒm meã expositionẽ.

¶Cap.cxcii. De his qui habẽt uxorẽ lupanariã seu postribulã.

¶Dixit Vgo. Si linea cardiaca ĩ medio sui teneat pũcta rubra ĩtercisa a quibusdã lineis rubris, q̃ tẽdãt uersus foueã mãus et ẽt sit diuisa et undiq; cõtinua i laycis uxorẽ lupanariã denotat

¶Cap.cxciii. De his q extra patriã sũt dilecti atq; fortũati.



Cutũ uel paruus triangulus aut sphærica forma in mõte Iouis sicut in præcedẽtibus capitutulis tactum est, si sit bene cõditionatus atq; pportionatus ppinquis talis erit in odio, & ab extraneis extra patriã erit dilectus atq; in omnibus fortunatus Qui habẽt lineas subtiles in radice digiti solis plus q̃ alibi ex-

tra patriam amantur & sunt fortunati.
¶Capitulum.cxciiii.de his propter iracũdiam sunt libere lingue super se recurrentes,& sunt amabiles ualde & semper cõtrarium in suis negociis.

Qui habuerit lineas subtiles in radice solis plusq̃ alibi sunt iracũdi & libere lingue ualde super se recurrẽtes,hoc est ꝙ ꝑpter iracundiã quã habent quæ habent in corde & quæ sciunt palã ac manifeste publicãt & dicũt.Et tales cogitationes recurrũt super se,quia post damnum patiuntur,
¶Cap.excv.de.illis qui sũt inimici religiosis & præ cipue cu
¶Quãdo lĩca mẽsalis trãsgreditur mõtẽ ĩdicis (cullatis. cum bona positura significantur homines mali animi & intẽtiõis cõtra religiosos præcipue cucullatos qui sũt superstitiosi, ut aũt quidã moderni. ¶Tricassius.Mantuanus.
¶Secũdũ ꝑpriã expositionẽ istius lineæ,significat hoĩem iniquũ,Iracũdũ.crudelẽ.ĩfortunatũ.Biliguẽ.Et mala morte mori Inimicũq; oĩu; uirtutũ ĩuidũq; ac pessimæ naturæ.Et iõ nõ mirũ si ipsis religiosis inimicãtur.Et fortassis hæc fuit efficatior linea quã Cocles hũerit ĩ mãibus suis,unde et erat ẽt Biliguis. Detractor.Maledicens fuitq; semp paup Medicus & infortunatus.¶Not.autẽ ꝙ talis linea debet esse sola.s.sine ramusculo aliqu,,& ẽt profunda aliquãtulum uersus Mõtem indicis.
¶Cap.excyi.de his qui res suas palã faciũt & qñq; ad sublimationẽ pueniũt hoc est apud principes cũ honore & fama,& quãdoq; deprimuntur a principibus ac regibus cũ ĩfamia et dedecore,tamẽ tales de natura sui sũt fideles atq;

Qui hũerit lineas subtiles ĩ radice (magnanimi. digiti solis plusq̃ alibi,palã faciũt negocia sua q̃ ab aliis occulte fiũt.& quãdoq; a regibus seu

principibus sunt sublimati, quandoq; uero depressi. Sunt tamen hi fideles atq; magnanimi.

¶ Cap. CXCVII. de his qui sunt fortunati, & similiter eorum genitores.



Igura. A. si reperiatur in loco Solis sitq; fortunata, habens erit fortunatus, & similiter eius genitor.

¶ Cap. CXCVIII. de his qui sunt infortunati, et similiter parentes eius.



N suprascripto loco Solis si reperiatur figura suprascripta male disposita, arguit in habente infortunium, & similiter in genitore.

¶ Capi. CXCIX. de his qui habent sufficientem uictum, cum labore tamen.



Inca ueniens a fossato scindens mensalem uersus medium digitum tendensq; ad radicem, laborem cum uictus sufficientia significat. Talem lineam uoco ego saturninam, quia ante periodum Saturni sic accidit, post ipsum tempus est linea prosperitatis, quia dat diuitias saturninas, & inducit hominem diligere agriculturam, fabricas, et his similia, ut in suo loco dicetur, & hoc multis annis præteritis a me obseruatum est.

¶ Cap. CC. de effœminatis, & de his qui sunt malorum morum, & de phylocaptis.



Abentes ergo naturam Veneris sunt tales, ut in tertio physonomiæ dictum est, & etiam in isto libro,
1 cap. 127. ¶ Præterea effœminati sunt illi qui habent tres lineas quæ uadunt uersus digitum Iouis,
2 & ex alia parte terminantur cũ radice digiti Veneris. ¶ Paucitas pilorum in manibus & in reliquo corpore, animum ar-

guit effœminatum. ¶ Qui habuerit palmam manus curuam 3
muliebris esse naturæ ostenditur. ¶ Deterrimus autem qui non
habet barbam aut raram, & assimilatur eunucho. ¶ Angu- 4
lus supremus ualde separatus, & q illud spacium sint lenæ et
ualde molle sine lineis aut uirgulis, muliebrem naturam signi
ficat, & eum qui cantilenis ornamentis pulchris ac odoribus
delectatur. ¶ Si tuberculus Veneris est leuis, & lineatus, &
multum eminens formæ, phylocaptum significat, denotat etiã
ornamenta, & eum qui mulieribus colloquiis frequenter dele-
ctatur, & hi tales non sequuntur uirtutes, nec ingeniosis nego
eiis uersatur, quia abundantia coitus submergit ingenium si
quo l habent. ¶ Quando linea mensalis coniungitur cum linea 5
uitæ & facit angulum cum ea & non sit ibi media naturalis,
tales sunt phylocapti intensiue. ¶ Si in quadrangulo reperia- 6
tur quoddam signum simile stellæ bene coloratum, habens ual-
de diliget mulieres, & forte læditur ab eis. ¶ Quicunq; in- 7
sunt ingreßus fœminei indumentaq; perpulchra, effœminati
sunt & referuntur ad apparentem conuenientiam, & huius-
modi signa in aliquo subiecto percipiuntur, & talis inest præ-
notatus effectus, & fœminis assimulantur, quæ ex artificio se
pulchras faciunt, nam qui sunt effœminati eas imitantur ua
rietate uestium & ornamentorum. Ita fœminæ uiragines seu
uiriles dici poßunt, quæ in multis ac uariis uestigiis uiros imi
tantur, ut in uestibus & in aliquibus aliis moribus aut gestis
respectu sui generis, quod considerabit qui in hac arte uoluerit
indicare. ¶ Color deturpatus pallore, ut est in illis quibus su- 8
bito expauescunt, & qui non procedit ab ægritudine, aut læsio-
ne aliqua, ostendit hominem captum amore mulierum aut cy-
nædorum, & hi tales multum semen amittunt. Et uidetur esse
color quem dicit poeta quidam. Et tinctus uiola pallor aman-

10 tium. ¶ Quando basis trianguli terminatur in cauea manus
& non adheret cardiacæ, facit hominem timidum & in mu-
11 lieribus submersum. ¶ Dixit fur chyromantiæ quando in uitæ
principio triangulus non adhæserit, hominem bonas societates
deserentem, ac malas inire, fœminis delectari ostendit, nec non
pulchras uestes induere, in omnibus deniq; rebus iocundum &
12 prodigum, et nihil paternæ hereditatis amissurum uidetur ho
13 minem indicare. ¶ Via lactea in manibus hominum, effœmi-
14 nationis signum est. ¶ Manus parua & digiti parui & in-
articulati, muliebrem naturam ostendunt. ¶ Capilli plani, ob-
longi & suaues in tactu, muliebrem naturam attestantur. Et
hoc intelligimus in ætate adulta, & permaxime indicare de-
bes si homo est cum uarietate aut nuditate pilorum. ¶ Cun-
cta signa quæ concurrunt ad fœmininam naturam quæ mul-
tis in locis tacta sunt ad hunc locum potes referre. ¶ In hoc lo
co mouetur ac declaratur pulcherrima quæstio, utrum in amo
re anima patiatur. Respondet eximius atq; excellens physono-
mus commentator Guilielmus Nuriæ textum Aristotelis dum
inquit in physonomia similitudinaria. Et econtrario uiciq; cor-
pus compatitur passionibus animæ, manifestum autem sit cir-
ca amoris, & timoris, & tristitias, et delectationes. Dicit præ
fatus Guilielmus in præallegato loco. Et quod corpus patitur
ab amore animæ, ut manifeste patet in Amore Heroes. Est enim
iste amor, ut dicit Auicenna in tertio canone, Sollicitudo melan-
colica est similis melancholiæ in qua homo adducit incitatio-
nem cogitationis suæ super pulchritudinem cuiusdam mulie-
ris, ex qua quidem passione dum anima uehementer patitur in
ter alias passiones quas corpus patitur, ipsum efficitur macrũ,
& oculi profundantur. Ratio autem macredinis corporis est.
Cum enim causa istius passionis sit, causa obiecti delectabilis

in uirtute imaginatiua fortiter impressi, ex tali forti impres-sione sequitur fortis & continua imaginatio de isto obiecto delectabili, sm autem Auicennam in sexto naturalium ex uehementi & forti intensione unius uirtutis in sua operatione uirtutes aliæ remittuntur, Vt ex intentione uirtutum animalium remittuntur. Et ratio est, quia uirtutes suas operationes explere non possunt nisi in præsentia caloris naturalis & spirituum talibus seruientium. Et ergo dum eis orbantur operationes suas minime poßunt exercere, patet clarissime in exemplo. In uigilia enim quia calor naturalis & spiritus species sensibiles deferentes ad exteriora diffunduntur, sensus exteriores sunt in actibus suis. Sensus uero inferiores ab operationibus destruuntur. Econtrario autem est in somno propter reditionem caloris & spirituum ad interiora, ut amplissime patet per Aristotelem & Commentatorem, præcipue in de somno & uigilia. Nunc autem in Amore heroes fantasia siue imaginatio uehementissima & continua operatur circa delectabile sibi impressum, igitur aliæ uirtutes propter priuationem caloris naturalis & spirituum ad fantasiam recurrentium in suis operationibus debilitantur. Et præcipue uirtus nutritiua quæ potissime indiget uigore aut calore naturali, & ad cibum digerendum, & ad merum aut purum ab impuro separandum, & ipsum deputatum ad speciem nutriti terminandum, non tamen in uirtute propria, sed inquantum est ipsius animæ instrumētum, ut dicit Aristoteles secundo de anima, tractatu secundo, cap. 8. Deficiente autem instrumento, aut nulle sunt operationes artis, aut non bene fiunt, que fiunt, ut clarissime dicit idem Albertus eodem tractatu, cap, 3. redens rationē quare in mulieribus frigidis & senibus plus nutriantur membra inferiora q̄ superiora. Et dicit hoc esse propter defectum

caloris. Igitur nutritiua calore naturali destituta, aut non est nutritio in corpore omnino, aut modica, & sic sequitur corporis macilentia, & similiter destructio. Ex eodem etiam patet quare ex tali passione profundantur oculi, cum enim uirtus fantastica sit in anteriori capitis cellula, ut dictum fuit in praecedentibus libris ex calore nimio ibi concurrente, ut iam dictum est, humiditas oculorum exsiccatur, & spiritus oculorum extensiui, consumuntur, & ita oculi humiditate ipsorum quae ualde passibilis est exsiccata, & spiritus consumptis, qui etiam ualde sunt delicati ad interius contrahuntur. Et ista est ratio Galeni super pronostica ibi. Nares acutae, oculi concaui &c. Vbi ipsam ponit assignans causam quare oculi infirmantium, & praecipue in acutis profundatur. Haec dixit Guilielmus Nurie commentator perspicuus. Non credat igitur aliqui quod ego sim fur aut latro, sed ueri alienarum auctoritatum adductor, ut equum ac iustum est, cum nemini sit honor suus auferendus. Vtrum autem corpus patiatur a timore animae, hic relinquo ne sim nimium prolixus. Fortasse in sequentibus si ad propositum ueniet dicemus.

¶ Tricassus Mntuanus.



Irca. 6. signum capi. huius recurrendum est ad ea quae dixi in capi. 151. signo. 4. haecque omnia adinuicem proportionando comparare insimul cum quaestione in hoc cap. 200. habita. ¶ Quo ad. 6. sciendum quod tale signum reperitur in opposito spacio inter anularem & auricularem. ¶ Notãdum autem circa titulum huius cap. quod in hoc non est simpliciter intelligendum quod accipiat hic effoeminatos illos dici, sicuti in. 1. libro. quaesito. 6. hoc nomen effoeminatum asseruit significare. Pro quo sciendum quod effoeminati sunt in multiplci differentia.

ut etiam ipse dixit in.2.quæsito secũdi libri physonomiæ. ¶ Quidam enim dicuntur effœminati, quia lascivi sunt. ¶ Quidam autem dicũtur effœminati, quia pusillanimes. ¶ Quidam autem dicuntur effœminati, quia sunt imbecilis ac debilis complexionis, ut communiter solent esse mulieres. Horum autem omnium ultimi sunt peiores, & de his est sua principalis intentio, sed in expositione signorum ac in eorum acceptione non mediocriter errat, immo ista signa ostendunt omnes istas differẽtias effœminatorum .s. proportionando singula singulis, non autem quodlibet signum omnibus istis, ut unusquisq; per seipsum aptare poterit, nisi forte ingenio penitus sit uacuus. ¶ Qualiter autem accipiendus sit qui effœminatus dicitur ex lascivia. Qualiter ue sit accipiendus qui ex pusillanimitate, iam satis ex superioribus dictum esse puto. Quo autem ad tertiam differentiam effœminatorum superuacuum arbitror id enarrare. Nã unicuiq; notum est qua forma aut dispositionem mulieris mẽbra communiter inueniantur complexionata. Eo autem isto cauitandos esse arbitramur, quo summa infidelitate instabilitateq; maxima polẽt. Adeoq; paßionibus ipsis afficiuntur, ut nequius arbitrari queat. In his autem omnibus considerandum est quo colore, quali ue oculorum bonitate præditi sunt. Hæc nãq; sunt per quæ magis eorum natura compensatur .s. prout magis aut minus percipitur naturalis ipsius caloris dominium exerceri, quo quidem passiones ipse naturale reseruari noscunt.

¶ Cap. CCI. de his qui quandoq; surripiunt mulieres a uiris suis, & gaudent coitu & colloquiis.


Abens tres lineas pulchras orientes a radice policis & uadant uersus montem Iouis & habuerit tuberculum Veneris, tumidum, rotundum, nitidum, atq; bene lineatum, a natura inclinatus est:

ut est in rubrica istius capituli.

¶Cap.CCII.de his qui habent pulchritudinem uultus & elo quii dulcedinem & omnia uolunt quæ uident, ut fœminæ.



Ales sunt ut supra in rubrica notatum est. Qui habent tres lineas conditionatas, ut in superiori cap. tractatum est, uide diligenter, & diligentius indica.

¶Capi.CCIII.de his qui sunt sine fide diligentes mulieres pauperculas & infirmitate detentas, & ab eisdem malum patiuntur.



N loco Veneris talis figura.A.naturalem inclinationem inducit ad ea quæ in superiori rubrica descripta sunt.

¶Cap.CCIIII.de his qui habēt gaudium ac per mixtionem cum nobilibus et proficiunt in dispensatione rerum nobilium mulierum.



Lli qui habent conditiones suprascriptæ rubricæ sunt qui habent caracterem ut .B. in loco Veneris, promiscentur enim nobilibus mulieribus, & proficient in administratione rerum suarum.

¶Cap.CCV.de his qui habent bonum ex causa & fide religionis uel mulieris.



Igura ut hic.B.i loco Veneris & ipse tuberculus correspondeat & cuncta loca fortunata, arguit hominem habiturum bona ex causa & fide religionis uel mulieris.

¶Tricaßus Mantuanus.



Sta quinq; capitula superius hic apposita circa eundem effectum uersantur, illeq; tres lineæ in aliquibus ipsorum appositæ, ille eedem sunt quæ in

I. signo cap. 200. adducuntur, similiter etiam in capi. Et ideo eorum significationem clarius dinoscere poteritis ipsis capitulis adinuicem proportionatis.

¶ Cap. CCVI. de his qui sunt in delectatione cum mulieribus unde uilipenditur, & in aliquibus fortunabitur & bonum adipiscet.


Vi consequuntur quod in superiori rubrica notatum est, sunt illi qui habent talem caracterem. s. E. in loco Veneris.

¶ Capi. CCVII. de his qui sunt audaces in scientiis, et tamen sophistici sunt, et plus in apparētia q̃ in existētia.


Go tenet q̄ duæ lineæ equedistantes bene apparentes & boni coloris a mensali tendētes usq; ad radicem medici uel prope, subtilitatem & audaciam sciendi denotant, unde arrogantes sunt & multum loquaces & amant quidem scientias, sub dialecticam, rethoricam, & huiusmodi, & tamen sunt ut sophistici cupientes magis apparere q̃ existere, & delectantur honoribus, & habent magnam curam sophisticandi.

¶ Cap. CCVIII. de his qui sunt a natura inclinati ad ultimū acumen ingenii & ad liberales artes.


Vlla est belua adeo atrocissima sine sensu naturaliter inimica hōi tātum q̄tum est ydiota atq; is qui ignorat rationales actiones cui assimilat ignarum uulgus. Est enim hmōi genus sapientibus inimicum. Nam sciētes alta & obscura indagātur, uulgus infima ac depressa cogitās ad cœlum caput erigere nequit. Et quoniam sapiens cogitabundus, fantasmata semper speculatur, ab imperito uulgo u fatuus reputatur, ideo Socrates, Aristoteles, & multi alii doctissimi uiri, ab imperitis per-

ſecutionem paſſi ſunt. Quoniam quæ ſapientibus naturalia ſũt
1 uulgo uidẽtur miracula. ¶ Inclinati atq; aptinati ad liberales
artes ſunt illi qui habent in digito minimo lineas pulchras &
claras. Et hi ſunt indagatores omnium ſciẽtiarum ſpeculatiua
rum. Et in iſto libro cap. 191. declaratum eſt, & etiam in tertio
2 phyſonomiæ & in capitulo de Mercurio. ¶ Scias ꝙ fixa ra-
dix ad cognoſcendum ingenium humanum eſt minimus digi-
tus nec non media naturalis, & triãgulus. Forma ſphęrica uel
triãgulus uel clipeus bene diſpoſitus ĩ indicis mõte declarat no
3 bilitatẽ aĩ & acumen ingenii, & interpretẽ omniũ ſcientiarũ ꝑ
cipue latentium. ¶ Figura talis. F. in mõte indicis facit homi-
nem ſapientem & bone memorie, qui ſit uariis ſciẽtiis decora-
tus in loco autem Veneris, acquiſitionem ſciẽtiæ cũ itinere oſtẽ
4 dit, & dat uitam & gaudium ad ſciẽtias acquirendas. ¶ Si
ſaturnina linea a uitali oriatur rectéq; ueluti ſulculus ad tuber
culum talis deueniat præſertim ad radicem digiti diuturnam
uitam futurorum præſagia diuinandi artem in homine ſigni-
ficat, ut Antiochus tubertus in ſua ſluida chyromãtia ſcripſit
5 ¶ Triangulus paruus in pede lineæ cerebri denotat appetitũ
6 ſtudendi & dilectionem ſciendi ut dicunt. ¶ Si reperiatur qui
dam paruus circulus in quadrangulo perfectionem in ſcientia
& moribus arguit. Sed ſi triangulus apponatur illi circulo de
ſtruit illud & inducit appoſitum, hoc eſt ſine inclinatione ho-
mo ad ſcientiam reperitur. Tamen ſi medietas circuli reperi-
tur, mediam poſitionem innuit. Et duo circuli illud augumen
tant niſi a triãgulo deſtruantur oppoſito, quia unuſquiſq; triã
gulus deſtruit circulum unius circuli. ¶ Si quædam linea re-
7 cta bene colorata oriatur ex radice medici, & extendat ſe per
medietatẽ digiti. Sed melior ac altior eſt iſta linea quãdo ori-
tur a mẽſali ad modum ſulculi ad radicem digiti deuenerit,
hoc eſt

hoc est quãdo a latere dictæ lineæ sint eminẽtie atq̃3 monticuli tales sunt in ultima acuitate ingenii atq̃3 famæ. Et præcipue ab externis honorantur propter excellentiam nominis quia rari sunt qui habeant talem lineam qui non componant libros excelsos in liberalibus artibus. Iterum dico ꝙ suprascripta linea sciẽtem hominem demonstrat, Et talis est gratiosus & magnanimus, Et si fuerint duæ lineæ erit effectus fortior. Ego tres lineas tales habeo, ideo dãt mihi effectum intensissimum ut uidetur. Nam in pueritia mea fui tonsor. Et isto tempore interpretatus sum Aristotilem & aliorum opera ad me attinẽtia, ut uidetur in opere meo. Tamen lineæ ut crux in eius principio intra mẽsalem antedictorum fortunam perturbant, ut in me, & in aliis obseruaui. ¶ Quemadmodum scribit Auicẽna primo de animalibus cap. I. sunt quædam animalia bone memorie, sicut camelus & asinus sed solus homo habet memoriam oblitam. Ratio uidetur esse, ꝙ retẽtio specierum fit a sicco in posteriori uentriculo cerebri. Multa animalia sunt siccæ complexionis, q̃d patet, quia habẽt rostrũ cornua & ungues quæ omnia sunt materiæ siccæ & melãcholicæ alia habent uirtutem extimatiuã tãtum & non discurrunt nisi particulariter ad obiectum repræsentatum, & solummodo habẽt curam uictus, homines autem discurrunt uniuersaliter intellectu, & particulariter sensu ad ultimam perfectionem sui obiecti quorum spiritus naturaliter dissoluuntur & ita debilitãtur propter longam imaginatiõem atq̃3 discursum, & est ratio quia homo habet litteras in quibus cõfidit ut possit recordari. Videmus. n. illiteratos habere bonam memoriam, quia cõtinue secũ reiterãt species quia dubitant ne obliuiscantur. Alia ratio homo est ualde concupiscibilis, & propter nisiuã multa imaginãtur, propter diuersa obiecta repræsentata. et ita multiplicantur multe species, quæ frã-

gunt prius reseruatas. Hic est ꝙ ceci multa recordātur, ut phi-
losophus tenet si recte memini in libro de bona fortuna. homi-
nes flegmatici habent memoriam labilem, & postea sangui-
nei, etiam pueri quia parum considerant atq; multa cupiunt,
& præcipue res delectabiles. Cholerici & melācholici sunt me-
moratiui propter complexionem siccam quo ad totum, & excel-
lentius retinent si ultimus uentriculus est siccus ideo senes qui
sunt ætatis siccæ multa memorantur. Physonomi uero in hoc
inspiciunt partem posteriorem capitis. Si uidetur locus memo-
rie eminens, & complexio totalis sicca, & collum uiuidū atq;
proportionatum. iudicamus talia habentem. Si in meis capitu-
lis transgredior ordinem libri, hoc maxime factum est ob legē-
tium utilitatem, nam multa reru; copia breuis esse nō possum.
Non credant aliqui ꝙ mihi careat acumen ingenii, & bone me-
8 morie, & uariis scientiis optime decoratus sum. ¶ Si sphe-
rica figura aut paruus triangulus aut clipeus fuerit in mon-
te solis faciet subtilem ualde, & inuentorem artium specu-
latiuarum, & hoc ītelligitur de mechanicis & de liberalibus
9 secundum subiectum præparatum. ¶ Triangulus æquilaterus
cum solari positura aut fine arguit debitū eē nouis rebus, et no-
uarum rerum inuentorem & præcipue aptum diuinationi &
eius facultati cum perspicua fama. Si mechanicus sit in sua ar-
10 te alta exquiret & reliquos superabit. ¶ Character ut hic. A.
in loco Mercurii facit inquisitorem omnium rerum occultarū.
Tamen impedimentum habebitur, & ex ipso nocumenta inue-
11 niet. ¶ Character ut. D. in minutulo tuberculo facit hominē pro-
num ad sapiētiam, operatorē boni doctorem sciētiarū & astro-
12 nomum & erit dilectus a parentibus. ¶ Angulus summus acu-
tus in directo indicis. i. unitus bonam naturam protēdit inge-
niositatem sapiētiam rectitudinem & deliberationem proprii

negocii bonores & dignitates cum amicitia ratiõe scientiæ et consilium domino gratum & acceptabile. ¶ Linea saturnina in concauo manus bene conditionata cum aliqua supranotata ꝑportione acumen ingenii atq; sublimitatem denotat, & nouarum rerum inuentorem. Caueas tamen ꝙ non sit obsessa ab infortuniis. Sed si cum fortunatis lineis associatur miro modo ad sublimitatem intellectus producit.

¶ Tricassius Mantuanus.



Irca. 2. signum huius capituli. Not. est illud qđ dixi in. c. 193. quonia; illa est sua propria signĩficatio. ¶ Quo autem ad illam digressionẽ in qua Cocles noster se ipsum tam fluctibus altis extollit. Sciẽdum ꝙ adeo inordinate ac confuse loquitur ꝙ nil peius dicere potuisset. Et si quid boni est in hac digressione (qđ tamen raro) uidentur falsa. Et inditio meo, parum aut nihil sibi supererat eius de quo in hac Digressione principaliter tractat. s. de memoria. ac etiam discursu rationis siue ratiocinatione ipsa, q̃uis ipse dicat non esse credendum ꝙ sibi careat accumen ingenii & bonæ Memoriæ & uariis scientiis optime decoratus. Vnde & quo ad inditium suum exositiones iste sibi uidebantur esse mirabiles. & re uera sunt uituperabiles. Dicit nãq; ꝙ Camellus & asinus, ex auctoritate Auicenne sunt bonæ memoriæ. Et ꝙ animalia quæ sunt bonæ memoriæ sunt siccæ complexiõis. Et per approbationẽ dicit ꝙ talia aĩalia habẽt Rostrũ & Cornua & ungulas. Ex qua quidem probatione sequitur, ꝙ Asinus & Camellus, non sunt in tanta excellentia memoriæ ut ipse asserit. Nam pleraq; alia animalia habent cornua & ungulas plusq̃ camellus aut Nec sibi auxilium affert, ꝙ cornua suplent loco dentium extremorũ aut cõtrario, nã & cũ his omnibus nec adhuc sequitur ꝙ illius aĩalis bones aut alia similia

in memoriam excedant. Vnde approbatio illa nihil ualet etiam posita. ¶ Dicit etiam ꝙ solus homo habet Memoriam oblitā hocꝙ; asserit duabus ex causis prouenire. ¶ Prima quidē quia Spiritus Vitales qui mediāte calore naturali ad organum uirtutis memoratiuæ decurunt. ex longa imaginatione ac rationis discursu resoluuntur ac debilitātur. Et ad hoc Exemplū adducit ꝙ homines propter fiduciam habitā ex litteris aut scripturis eorum (.s. ꝙ quādocūq; alicuius obliuiscūtur ad libros recurrere ualēt) nō multum recordātur quæ pertractant. Illi autē qui sunt illiterati sunt bonæ memoriæ ꝑpter cōtinuā meditationē ac reductionē specierū ꝑcōceptarū. ¶ Secūda rō ē quia ex multitudie quidē fātasmatū ac specierū ꝑcōceptarū ac superuenientiū specierū multiplicatiōe. ipse spēs ꝑconcepte aliis superueniētibus refranguntur, arbitrās fortassis huiusmodi species ac fantasmata ueluti uasa uitrea fore, qui si simul constringuntur unus alium frangit. Attamen sibi compatior. Nam Barbitāsor erat. nec alicuius scentiæ professus haberi potest, sed solummodo prout communi sermone illis in locis siue Appothecis habere poterat (uaria ac diuersa auctorum Scolasticorumq; auctoritate) ittidem & inscriptis redigisse. Ita uniuersaliter ac cōfuse sicuti in eorum cōmuni ac familiari sermonizatione percipiebat. ¶ Vellē aūt ab eo scire. quid intelligit per longam imaginationē ac discursum alicuius obiecti? Et similiter, qđ intelligit per continuam meditationem ac reiterationē specierū ac fantasmatum cōceptarum? Similiter quam differentiam ponit inter istas operationes? Et uelit nolit dicere necesse est ꝙ sunt unum est idem. ¶ Dicit autem in cap. 200. ꝙ calor naturalis, & species propter cōtinuam imaginationem siue fantasiā alicuius obiecti, simul concurrūt ad organum ipsius uirtutis fantasticæ, ex quo quidē cōcursu. nō solum causatur siccitas ipsius

organi sed etiam in partibus propinquis. Si igitur siccitas est causa cōfortatiua ipsius organi Memoratiui. & ex longa siue cōtinua meditatione ac imaginatione alicuius obiecti ad talē uirtutem cōcurrunt, sequitur ꝙ cū quis diutius meditatur circa aliquod obiectum. ipsa quoq; Memoria eo magis prōptior fit & ad operandum habilis. Nam nullus ymaginari aut meditari pōt circa aliquod obiectum absq; cōcursu ac recordatione siue memoria ipsarum fantasmatū præcōceptarū ipsius obiecti. Igitur falsa est ista sentētia Coclitis. s. ꝙ propter longam imaginationem siue discursum species uitales dissoluantur ac debilitentur, & ex cōsequenti Memoria oblita fiat. ¶ Nec auxilium afferre ualet quod quis obiciēdo dicere potest. s. ꝙ propter talem continuam imaginationem plurimi uidentur ad fatuitatem deuenire. Ex quo sequitur ꝙ tali de causa species resoluuntur ac debilitantur, & memoriam amittūt. Vnde etiam dicunt & faciunt multas fatuitates & actus inordinatos ac deformes. ¶ Nam ad hanc obiectionem Primo dico ꝙ oppositio hæc ex ignorātia prouenit. Et fortassis hæc ipsa & alios q̄ plures in errorem conduxit, ut. s. propter dissolutionem spirituū et ipsa memoriam oblitam fieri crederent. ¶ Ad cuius tamen euidentiam sciendum ꝙ, ad bonam Memoriam habendam non solum requiritur ꝙ sint siccæ cōplexionis, aut ꝓ organum uirtutis Memoratiuæ siccum esse naturaliter sed adhuc requiritur ꝙ aliquātulū humiditatis insit qua quidē concipere ac species oblatas retinere ualeat ita ꝙ ipsa siccitas (quæ necessario ad uirtutē memoratiuā requiritur) debet esse tēperata aliquali humiditate. Nā ipsa ꝓprietas humilitatis est recipere, siccitatis autem retinere. ¶ Hoc igitur fundamēto posito Dico, ꝙ defectus siue causa principalis ipsius fatuitatis prouenit ab ipsa fantasia siue cogitatiua quæ a propria operatione præ

peditur. Quod quidem impedimentum duobus modis prouenire potest. s. aut offuscatione ipsius cogitatiuæ, aut dissolutione siue resolutione ipsarum specierum siue fantasmatum. Et primus quidem defectus accidit hominibus qui inter complexiõis malancolicæ aut aliquo accidẽti in malãcholicam cõplexionem deueniunt. s. aut Studio plurimo (maxime, autẽ post comestionẽ) aut aliqua fascinatione seu immunditia aliqua sibi in cibum data. Aut ppter aliquã indispositionẽ intrinsecã, ut hominibus accidit ppter retentionem seminis. Et in mulieribus ppter indispositionem matricis aut ppter sanguinem Menstruũ & alia purgamenta quæ post partum occurrunt. Qui quidem sanguis mẽstruus & alia similia non debite purgantur ut decet. Et hæc offuscatio fit ppropter humores grossos ac uiscosos frigidosq; siue humidos qui ex supradictis accidentibus causantur. Existente autem fantasia occupata & offuscata talibus uaporibus in propriam operationem exire nequit, nec cõceptus aut fantasmata alterum ab altero discernere ualet. Vnde & intellectus agens (lumine proprio mediãte) nequit illustrare ex quibus intellectus possibilis propriã operationẽ attigere possit circa huiusmodi obiecta & fantasmata aprehẽsa. ¶ Secũdum autem impedimẽtũ accidit in omnibus sanguineis siue Cholereis aut cuiusq; cõditionis ppter aduersitates aliquas & dolores aut tristẽ imaginationẽ, aut ẽt maxime iuuenibus ppter amorẽ. Et hoc ppter cõtinuam imaginationẽ & occupationem & occupationẽ ipsius fantasie quæ cõtinue occupatur circa tale quid obiectum sibi oblatũ. Nã ex tali uehemẽti imaginatione calor naturalis ac species uitales qui semper & cõtinue ipse naturæ sunt subseruiẽtes in operatiõe qualibet, cõcurrũt ẽt ad ipsum organũ fantasiæ. Quod quidẽ, ex superexcedenti caliditate desiccatur deperditq; humiditatẽ siue qualitatem humefactiuam. Ex hoc aũt (per .1. fundamẽtũ) siccitas minimũ superexcedit

ꝓpriũ terminum siue methã sibi cõgruã, ipsaq; fantasia siue organũ ipsius fantasiæ debilitatur & cõceptus siue fantasmata in cõfuso persistũt. Vnde et ipsa uirtus fantastica ullo pacto formare nequit aliquẽ cõceptũ qui aliqualẽ ꝓportionẽ inscipso cõtineat, ex quo peruenit. ꝙ nec uerbis nec operationibus aliquo pacto regulãtur. sed quæque faciũt ac dicũt fatuitate sunt. Adeo ꝙ (quicquid sit aliquo istorũ duorũ ĩpeditorum) aliquãdo accidit (quisquis sit ille) ꝙ amittit ꝓpriã cognitionẽ suimet. Hoc aũt nõ ꝓuenit ex deffectu memoriæ. s. ꝙ nõ remiscatur se eẽ Andreã aut Petrũ sed quia ex tali ꝓpeditiõe fantasiæ ꝑsistere nequit in primis cõceptibus siue primorũ fantasmatũ oblationẽ, unde et dicũt se esse aliquid aliud q̃ sint dicũtq; uaria & inaudita de seipsis faciũtq; mirãda ac ridiculosa, uaria quidẽ ac diuersa ꝓut ẽt ex causis illiusmodi tale ĩpedimentũ cãtur, aut ſm ꝙ ex naturali cõplexione obducitur. ¶ Quod aũt uerũ sit ꝙ memoriã oblitã nõ habeãt. magis aũt discernere nequeant, experimẽto hẽtur ꝙ aliquãdo iterrogati iustæ, & ad ꝓpositũ respõdẽt, & multa ꝑterita narrãt, sed ĩ uno rectoq; sermõe ꝑsistere nequeũt ¶ Hoc quoq; Exẽplo ꝓbari põt cũ quis nõ penitus ĩ fatuitatẽ decurit & post ea ad ꝓstinũ statũ reducitur nã multorũ reminiscitur, imo oĩum quæ fecit ac dixit, & aliquãdo in risum ꝓrũpunt reminiscẽdo eorũ quæ sibi ĩ imaginatiõe occurrerãt. maxime. n. (ut ipsimet dicũt) sũma memoria uigẽt sed nequeũt rõcinãdo ea quæ reminiscũtur cõponere. Vnđ quãdo aliqđ fãtasma siue cõceptũ aliqđ formatur nullo pacto ꝑcipe possũt ꝙ ĩ tali imaginatiõe siue cõceptu decipiãtur, sed semꝑ tali imaginatiõe ꝑdurãte ẽt in eodẽ cõceptu ꝑsistũt. ¶ Quãtũ ad id quod pricipaliter intẽdere uidetur in digestione præsenti. s. homo habet memoriam oblitã in aliis aũt animalibus uigeat. Dico ꝙ falso loquitur, inmo homo oĩa alia aĩalia sensu tactus

excellit quo ad sensus exteriores. Quo autem ad huiusmodi interiora ipsa uirtute memoratiua ac ipso organo cætera animalia præcellit. Quod quidem de facili conspici potest (ex secundo fundamento) propter infinitam multitudinem specierum ac fantasmatum in ipsa memoria reseruatarum. ¶ Cum autem dicit, quod propter multitudinem specierum se inuicem frãgunt, falsum est, Et ad probationem quam inconfuso & obscure loquitur. Dico quod homo propter multitudinem specierum ac fantasmatum quæ successiue considerat aliquãdo (cum opus fuerit) primæ species non sibi occurrunt propter imperfectionem habitus talium specierum ac fantasmatum prius conceptarum. s. quia non ea meditando reiterauit, aut perfecte in ipsa memoria locauit, eo quod non multum magnifecit, aut etiam ex longo temporis cursu non reminiscitur, sed ex hoc non sequitur quod species ipse frangantur, nec quod in homine sit oblita memoria magis quam in aliis animalibus. Quoniam autem pro sui defensione auctoritatem Auicennæ adducit. Sciatis quod falso loquitur, immo dicit Auicenna. Solus homo memorat oblita, ex qua auctoritate omnia in contrarium clare conspiciuntur quam ipse exponat, ut consideranti patet.

¶ Cap. CCIX. de his qui sunt grauis linguæ & artificiose faciũt, et sunt pessimi animi, et sunt seminatores discordiarũ.



Omines qui describuntur in rubrica sunt illi qui habent caracterem ut hic. A. in loco Mercurii et a natura sunt sic inclinati. Tamen ego in Chyromantia nunquam tale signum obseruaui.

¶ Capitulum. CCX. de his qui sunt negociatores fideles habentes multam substantiam. Eruntque forte positis super gentes ad gubernandum atque habebit potestatem & dominium, ut sunt prætores, & tales homines.

1

2



I in minimo monte reperiatur caracter, ut hic. B. erit aptus natus ad actiones & ad ea omnia quae in suprascripta rubrica notata sunt.

¶ Cap. CCXI. de his qui sunt negligentes & ludum amant, & lucrum ex furto & omnibus malis procedentem.



Vi habent ea quae in supranotata rubrica scribuntur sunt, quibus in manu est caracter, ut hic. C. in loco Mercurii si fuerit bene conditionatus quo ad istam proportionem maleficam.

¶ Cap. CCXII. de itineribus propter deuotionem, seu ratione notorum.



Vando quaedam linea a media naturali emergit & uadit ad quadrangulum & est parua & in capite sui secetur a quadam linea faciente ut crux, uotum significat, & quot fuerint lineae. tot erunt uota. Et si cum tali positura fuerint lineae aut linea indicantes itinera, plerunq; hi tales huius 1
modi itinera facient ratione uotorum seu deuotionis. ¶ Quando una linea emergit a radice policis & sit continua & secatur a cardiaca & media naturali usq; ad locum quadranguli & in fine sui secatur a quadam parua linea ut crux, itinera arguit, & quot sunt lineae, tot itinera iudicabis. Et si linea sit oblonga continua & rubiconda, itinera longa denotat, si fuerit in dextra fortior est, si autem in ambabus manibus, fortissima, si in sinistra & non in dextra, exiguum tenet iudicium, et hoc sit generale documentum in omnibus iudiciis, Licet in foemina sit fortius in sinistra q̃ in dextra, ut peritiores existimant. ¶ Linea media naturalis in fine sui bifurcata, deuotionem signifi- 3

eat si cū ipsa coniungitur, itinerum signa ostendit, & plærunq;
habentes talem posituram itinerantur notorum gratia aut de
4 notionum. ¶ Linea saturnina cum una uel pluribus de super-
notatis lineis. peregrinationem inducit, & plærunq; mendican
do, ut faciunt melancholici & bedani, & quanto ad saturni-
num digitum propius deuenerit, tantundem indica. s. ꝙ erunt
itinera melancholica.

¶ Cap. CCXIII. de itinere maris.



Lineæ quædam a medio radicis brachii per restri-
ctam transeuntes & euntes per montem manus,
significant maris itinera. ¶ Quando basis trian
guli finiatur in cauea manus & nō adhereat car
diacæ, inducit hominem qui maritimis tempesta
tibus atq; procellis infestatur.

¶ Cap tulum. CCXIIII. & est uniuersale capitulum de iti-
neribus.



Quādo in angulo dextro inueneris lineas ut crux
8 brachiorum significat fortitudinem cordisq;
superbiam, talis regiones multas perquiret, et
hoc accidit quando rubra fuerit & huiusmo-
di anguli in crucis similitudinem sunt. Et si fue
rit miles in suo statu augmētabitur, ut aiunt aliqui, si bene me
mini, etiam istud tenet Coruus ualde niger. ¶ Quādo exiguæ
2 lineæ apparuerint in fundo manus in restricta uersus dorsum
manus in domestica parte, totidem breues peregrinationes abs
3 q; lucro arguunt. ¶ Interdum extremitas ipsius obrusticon,
idest linea uitæ est bifurcata aut trifurcata, & tales trāsibunt
4 tria uel quattuor climata. ¶ Si in linea uitæ multæ rimulæ ap
paruerint superius, in præteritum terras circuet, quanto uero
5 inferius erunt, tātum in futurum circuibit. ¶ Crux inter me-

diam & mensalem sub medio, peregrinationes & labores de-
signat causa amoris, honoris, deuotionis, & utilitatis ipsius,
uel alterius. ¶ Si quædam lineæ rectæ bene coloratæ ueniant 6
quasi a radice policis & scindant lineam uitæ, longas uias et
peregrinationes atq; diuersas patrias quærētem notant. ¶ Ali 7
qui sic scribunt. Linea quæ uenit a police & scindit lineam ui-
tæ & mediam naturalem uersus medium, longas uias & mu
tationes ostendit. Quando uideo istas lineas oblongas, ita ꝙ
transeant concauum manus, aut pertingant ad mensam ma-
nus, itinera longa pronosticor, & quādo in fine sui est ut crux,
peregrinationem causa deuotionis aut honoris indico. Sed hoc
mirum est ꝙ post effectus iste lineæ se remouent, & mutantur
in colore suo, seu delentur. Et quando effectus sunt futuri sunt ru
beæ & coloratæ, & quando propinquus est effectus deueniunt
ad intensum colorem, ut infinitis uicibus notaui, & uidi esse ue
rum. ¶ Mars cum sua positura diuersa itinera promittit, & 8
similiter angulus supremus ualde separatus. ¶ Lineæ mul- 9
tæ positæ in loco Lunæ ex quacunq; forma, itinera aquatica de
clarare dicimus. ¶ Figura ut crux conglomerata in qua- 10
drangulo, (ut in libro secundo Physonomiæ) uidere licet, capi
tulo uigesimo secundo, de monte indicis, itinera multa ostendit
cum paupertate & infortunio. ¶ Si linea mensalis sub medio 11
digito foramen cum aliquibus rimulis inter se distinctis ha-
buerit, plurimas regiones ac etiam loca peragrare, tamen si-
ne aliquali utilitate dicunt ipsam aperte ac manifestißime si-
gnificare. ¶ Linea quædam oriens a Rasetta quasi in loco Lu 12
næ collocata uersus & se extendens per caueam usq; ad tu-
berculum indicis, aut si ab ipso digito indice oriatur, & ex-
tendatur quasi quousq; ad Rasecttam, dicunt quidam sapien-
tes magnam maximamq; uagationem & peregrinationem

13 significare. ¶ Quando duæ lineæ nascuntur a rasetta & va-
dunt per medium caueæ & in extremitate sint dispersæ, insta-
bilem significant peregrinationem & vagabundum, diuersa-
14 rum regionum habitatorem & pauperem. ¶ Dicunt etiam ꝙ
quædam crux in quadrangulo pulchra ex opposito illius spa-
cii, quod est infra medicum & auricularem, peregrinationes
15 cum labore significat. ¶ Si in inferiori parte lineæ mēsalis fue
rit figura ut hic. ϒ. mori in itinere dicunt significare. ¶ Li-
16 neam saturninam in concauo manus, itinera multa dicūt signi
ficare. Si fuerit extensa usq; ad radicem medii & emergens a
rasetta, longa itinera significat, tamen cum grauibus iactu-
ris, si radix genituræ non obuiabit. Si supranotatæ lineæ sint in
tersectæ aut non continuæ, impedimentum aut infortunium de-
nunciant in itineribus suis.

¶ Tricassus Mantuanus.


Axima admiratione ducor in expositione huius capituli ac signorum eiusdem consideratione. Ad quid. s. Cocles dixit hæc signa ex deuotione itinera significare, & hoc deuotionis gratia. Sciendum autem ꝙ multa signa huius capituli sunt significatiua itinerum cum offensione Saturni, siue Saturno infortunato. Tale autem impedimentum aut infortunium non potest indicari ꝙ subito fiat, sed tarde & per cōtinuum tempus, & etiam non cum maximis laboribus aut anxietate. Et ideo potest indicare ꝙ significent itinera ex deuotione, eo ꝙ sint melā cholica & laboriosa. ¶ Quo ad. 3. signum capi. 212. sciēdum ꝙ si Cocles hunc signum considerasset, non adeo ipsum Coruum uilificasset. cap. 146. signo. 2. sed tamen sibi compatiendum, nam fatuus & insipiens erat. ¶ Quo ad. 5. signū. 214. sciendum ꝙ proprium significatum ipsius est connotare labo-

res & itinera propter honorem. ac sciās acquirēdas in locis di
uersis similiter et diuitias Not. quoq;, ꝙ talis itersecatio linea
rū aliqñ magis uersus nālē aliquādo uersus Mēsalē. Et qdē qñ
uersus naturalē, significat itinera ꝓpter honorē. ac scientias, et
ēt propter duritiem ac capitis obstinationem. Quādo autē uer
sus Mensalem significat itinera propter honorem ac diuitias.
¶ Circa. 8. signum eiusdem capituli idem possumus iudicare
propter obstinationem aut capitis duritiem. Nam quotiēscunq;
Angulus supremus separatus est uolubilitatem ac capitis leui-
tatem significat Vnde & a propria patria Vagi ac profugi
exulant. ¶ Quartumdecimum idem est cum. 5. signum.

¶ Cap, ccxv. De odio propinquorum.


Vando linea gignitiua seu mēsalis facit duos 1
ramos quorum alter uadat ad infamis tuber
culum alter ad iudicis mōtem propinquorum
odium sub spe bonorum & fortunarum eius
ut dicūt prisci atq; aliqui moderni ostendūt. 2
¶ Talis figura. E. in loco Iouis significat ꝙ quādoq; parētes
eius cum odio habebunt. ¶ Si tuberculus Saturni sit cum uber
rima copia linearū, & linea saturnina emergat a rasctta & 3
extēdat se ad radicē ipsius digiti medii, odium atq; ingratitu
dinem parētum promittit. ¶ Scutum aut parnus triangulus 4
aut spherica forma bene cōditionata in loco Iouis a propinquis
habebitur odio. ¶ Qui habet lineas subtiles in radice digiti so
lus plus q̄ alibi inimicitias cum propinquis seu affinibus paren 5
tibus arguit. ¶ C. Littera in monte Iouis, odium parentum in-
dicat. ¶ Duæ lineæ emergētes uersus dorsum manus, in monte 6
manus causantes angulum acutum quarum extremitates fle- 7
ctantur uersus rasettam. odium propinquorum aut litigium
cum affinibus seu parentibus arguunt.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ In isto cap. considerandum est illud quo dictum est in capitulo. 119. ¶ Quo ad quartum signum uideatis id quod dixi in capitulo. 119. & ista est contradictio quinti capituli primæ partis. 2. lib.

¶ Cap. CCXVI. de lite cum ecclesiasticis.



Imulæ acherentes a media naturali siue superius, siue inferius, si sint arcuatæ & nimis apparentes, grauem litem in rebus ecclesiasticis, aut cum ecclesiasticis apertissime dicunt demonstrare.

¶ Cap. CCXVII. de his qui sunt paucorum uerborum ratione magnæ cogitationis.



Abens multas lineas in medio plusq̃ alibi, & specialiter quando quædam linea oritur a rasetta et extenditur ad digitum Saturni, hi sunt paucorum uerborum & cogitabundi, & tales etiam sunt de natura Saturni.

¶ Cap. CCXVIII. de his qui sunt a radice diuites usq; ad senectutem in negociationibus & mercibus degunt, & præcipue in rebus saturninis.



Lli qui habẽt multas lineas in digito medio plusq̃ alibi, & specialiter lineam saturninam orientem a rasetta & terminantem ad radicem digiti medii, Si diuites sunt usq; ad senectutem in negociationibus & mercimoniis semper erunt.

¶ Cap. CCXIX. de his qui sunt a radice paupe res semper erũt laboriosi & in iacturis.



I talis positura, ut in præcedenti cap. dictum est reperiatur in subiecto paupere a radice, illud sẽper erit laboriosum & in iacturis submersum.

¶ Cap. CCXX. de his qui si sunt a radice diuites, læduntur ab

ægritudine neruorum.



ILle qui a principio suæ natiuitatis nascitur in diuitiis & habet saturninam lineam & digitum Saturni lineatum, ut in præcedenti cap. dictum est, læ dentur ab neruorum ægritudinibus.

¶ Cap. CCXXI. de his qui perueniunt ad dignitatem militarẽ.



FIgura ut hic. C. in mõte Iouis ostendit ꝙ habẽs 1
illam a Regibus erit dilectus, & erit dux uel rector exercitus. ¶ Figura ut hic. B. in triangulo ostendit ꝙ habens erit diues & familiaris prin 2
cipibus, aliquando quoq; erit ductor exercitus.
¶ Triangulus equilaterus non tenuis in manu cum linea Solis habens locum solarem fortunatum, dignitates militares osten dit, ut ego obseruaui. ¶ Linea cardiaca & media naturalis cõ 3
nexa cum angulo summo acuto & rubra nõ tenuis cum solari
positura fortunata atq; liberis monticulis & proportionibus 4
ad disciplinam militarem ascensurum notaui pluries, dummo do habitudo totius nõ sit ualde effœminata. ¶ Vidi & iudicaui Illustriss. Dominum Principem Franciscum Gonzagam Mãtuæ Marchionem qui manum talem habebat. Erat enim manus solida atq; dearticulata in medio concaua, & mons Veneris tumidus atq; lineatus & lenis. Iupiter satis bene proportionatus. Locus Saturni ex lineis conglomeratis & tenuis. Locus Solis cum pluribus lineis, præcipue in radice intercisis. Mercurius medio modo se habebat. Luna erat sufficienter bene figurata. Linea media naturalis non transiens concauum manus. Et erat cardiaca coniuncta cum quodam angulo acuto aliqualiter, dextra autem erat infima, & non tenues lineæ. Soror lineæ uitalis posita in monte Veneris simul annexa cum linea media naturali in diametro digiti indicis montis, quasi

ad silvestrem partem protensa quasi ad finem cardiacæ cum equali cõditione ut mera soror, præsertim in manu dextra. Etiã soror lineæ cardiacæ in cõcauo manus a iecorali linea constitue batur triangulus. Linea mẽsalis cõtinua crassa & rubra usq; ad indicis mõtem. & habebat quadrãgulum latum cum æquali latitudine.

¶ Cap. ccxxii. De comestoribus & uoracibus,

1 
Qui habet multas lineas in digito medio plusq̃ alibi & specialiter quãdo quædam linea oritur a rascetta extendens se ad saturninum digitum, tales sunt comestores magni ut in pluribus
2 notaui. ¶ Comestores magni sunt illi qui habent maiorem distãtiam ab umbilico ad pomum granatum q̃ ab umbilico granato ad furculam gule, quoniam hi habẽt uentrẽ magnum maiusq; receptaculum. ¶ Dentes oblongi & præcipue canini &
3 inequales autse ad iuicẽ equitãtes & superiores in ordine æqualiter ad infrioriores nõ cõiunguntur in claudẽdo, & præcipue quãdo sub naso est eminens ratione ossium. Comestores deuora
4 tores ac gulosus indicãt. ¶ Manus intorte, idest ualde torte et tenues aut curte & gibose uoracitatem promittunt.

¶ Tricassius Mantuanus.


Primum signum huius capituli quando inuenit communiter inuenitur in aliquo subiecto infine conditionis, & tales utplurimum uiuunt ex ꝓprio labore & sũt uiles & ignaui, & quicquid habent deuorant. Videatis etiam. cap. 123. & simul eorũdẽ significationem comparare poteritis. similiter & cap. 224.

¶ Cap. ccxxiii. De largitate propter uanam gloriam.

¶ Si linea media naturalis non contingat in puncto uitalem lineam, tunc largitatem significat propter uanam gloriam ut dicit

dicit quidam auctor cuius nomen ignoro.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Quotienscunq; inuenitur Angulus supremus esse separatus scilicet Naturalis & uitalis distantes & non simul unite significat non multum existimare diuitias tempore iuuentutis suæ. Et hoc magis prouenit ex capitis leuitate q̃ ex liberalitate.

¶ Capitulum.ccxxiiii. De his qui in agricultura & edificiis delectabuntur & ad diuitias saturninas peruenient.



Qui habet multas lineas ĩ digito medio plusq̃ alibi. & specialiter quãdo linea saturnina oritur a rasecta & radicem Saturni pertingit, habentes in agricultura & in edificiis delectabuntur & hoc intelligitur quãdo ista linea est bene conditionata. Aliqui appellant talem lineam prosperitatis, sed in rei ueritate mentiuntur, quia ista linea est mater anxietatis, atq; laborum & inimiciarum in totum periodum uitæ. Remissiue autem post complementum annorum saturninorum, Post illud uero tempus dat diuitias fixas, quemadmodum est in domo agris & etiam subterraneas actiones promittit. Aliqui dicunt q̄ ista linea si non fuerit male conditionata arguit nouarum scientiarum inuentorem, & edificatorem in edificiis struendis liberalem, in aliis autem rebus auarum in agris et hortis instaurandis maxime idoneus existit. Omnino qui habet talem lineã, si bene fuerit Rex uniuersi, habebit inimicias labores persecutiones & etiam coniurationes contra eum. ¶ Quando una linea oritur a mẽsali et extenditur per mõtem medii usq; ad radicem digiti medii cũ trinaria proportione sine maximo impedimento post periodum 2
Saturni arguit diuitias in agris & domibus, & talis delectatur in edificiis & similibus. ¶ Quando una linea oritur a linea uitæ, & uadit per medium cauee manus cum trinaria di- 3

mēsione, & terminatur usq; ad radicem digiti medii uel circa diuitias saturninas post periodum Saturni arguit, ut pluries notaui. & hoc testantur aliqui illustres auctores.

¶Tricassus Mantuanus.



N.1. signo huius capituli uideatis capitu. 122. ¶Sciēdum autem q ista mea assignatio capitulorum præcedētium semper fit hac de causa ut simul utrorūq; significatio pportioētur rectiusq; uera significatio ualeat haberi, cōsiderādo tamē cōditionē ac statū personæ illius in qua huiusmodi signa repiūtur. quo etiā ad illud quod dicit in hoc. 1. signo. s. q Saturnina significat inuētorem nouarum rerum ac sciētiartm, sciēdum est q nō ipsa linea talē retinet significationē nū q trāsit naturalē & uersus rasattam semper est grossior & euidētior q uersus naturalem. ¶Cū autem dicit q Saturnina semper significat persecutiones inimicorum falsum est cōtra propriam significationem ipsius lineæ tātummodoq; hoc significat quādo est tortuosa & male formata. Et etiam aliquādo tales contrarietates sunt propter accidētia naturalia & aduersitates naturales in rebus Saturnalibus, ut in substātia ac diuitiis. Aut ēt significat maximos labores pptr anxietatē ac maximam Auaritiā ipseq; hanc meā expositionē cōfirmat in cap. sequēti. 31. signo. ¶Quātū aūt ad id quod dicit, 3. signo, Sciēdū q aliquādo accidit q Saturnina insimul unitur cū uitali. dicitur lineā esse a uitali egrediētem. Vnde ut ipsā Saturninā cognoscere ualeatis qūocunq; inueniatur Not. q quādo talis linea egreditur (a) Vitali circa Angulum dexterū uel circa locū ipsius Anguli dextri (sit quōcunq;) semper & proprie dicitur esse ipsa Saturnina. Illa autē quæ dicitur esse ramusculus lineæ Vitalis intelligitur esse illa linea quæ ab ipsa Vitali egreditur uersus concaui

manus. Et etiam dicitur esse alia linea, a Saturnina separata.

¶ Cap. ccxxv. De diuitiis bonis in uniuersali.



Ittera. A. in radice indicis diuitias plurimas ui- 1
detur denotare. ¶ Littera. G. in monte manus si
gnificat homines recipiẽtes bona propter fœmi
nas nobiles & magnas. ¶ Lineæ quædam a me 2
dio radicis brachii per restrictam trãseuntes & attingẽtes li
neam uitæ uel mediam naturalem significant multitudinẽ lu-
cri. ¶ Linea uitæ habens ramos extensos uersus superiorẽ par 3
tem significat diuitias cum honore. ¶ Linea mẽsalis recta &
subtilis in fine sui uersus montem indicis siue in parte superio- 4
ri significat dominationẽ substãtiæ. ¶ Linea mensalis si habue 5
rit ramos rectos & non impeditos uersus supremam partem 6
ascẽsus & honores cum diuitiis arguit. ¶ Soror lineæ uitæ in
monte policis cõtinua cum trina portione & colore ad princi-
piũ lineæ uitæ, usq; ad restrictam diuitias in tota uita signifi-
cat. Et si per totum non fuerit protensa ubi reperitur in nulla
ætate in diuitiis augetur. Et in illo diametro ubi deficit in illa
quoq; ætate deficiẽt lucrum & diuitiæ. ¶ Lineæ quædam par 7
ue bene colorate procedentes a radice digiti indicis de recte tẽ-
dentes superius augmentum in bonis denotant, & honorem ab
excellẽtibus uiris. ¶ Lineæ coniungentes se in mõte medii respi 8
cientes digitum bonum futurum demonstrat. Idem in indicis
monte promittit, ut aiunt aliqui. ¶ Lineæ quædam orientes a 9
radice manus, & rectæ extendant se in monte eius & sint be-
ne colorate, continuum bonum denunciant. ¶ Figura ut stella 10
super dorsum indicis, luxuriosum uirum ostendit & fore per 11
uenturum ad aliquod beneficium uel honorem mulierum cau- 12
sa. ¶ Linea in rascetta quæ est ex parte manus, si fuerit con
tinua recta & bene colorata tendens ad superius. Si sit di-

nes semper erit & si pauper & infortunatus. emēdabitur eius fortuna, & specialiter quādo dicta linea habet ramos rectos et
12 non scissos. ¶ Scutum uel triangulus aut sphærica forma si fue rit in mōte medici, erit homo honestæ uitæ, & diues omnibus
13 diebus uitæ suæ. ¶ Talis figura. B. in mōte Iouis īducit magnā
14 fortunam & diuitias multas. ¶ Si in linea uitæ iuxta rasce- tam manus sint lineæ ut crux uel stella diuitias significat in se
15 nectute. ¶ Si in principio lineæ uitæ sint intersecationes ubi for mantur duo stellæ, talis erit gloriosus s̄m statum in quo est.
16 ¶ Si inter pollicem & cardiacam lineā sint multæ lineæ quæ
17 si perpēdiculariter uersus lineā uitæ, talis diues erit. ¶ Si sub linea capitis fuerit crux, significat ꝙ diuitias acquiret cū pœ na & labore. ¶ Quādo in linea uitæ aliqua eminentia siue ca-
18 rūcula carnis siue porrū aut nigellus. diuitias significat. ¶ Si linea mēsalis respiciant digitum medium a latere indicis. iuua
16 bitur a fortuna. Oportebit eū tamen aliquando adulatorē eē, et unico uti amico a diuuamētum fortunæ suæ. ¶ Si linea mēsalis prope pedem uel finem eius uadat inter indicem & medium si
20 gnificat sufficientiam in uictu, & in his quæ necessarie sunt ut aiunt aliqui. Alii sic scribunt ꝙ si secat digitum mediu n iuua bitur a fortuna, & si intrat digitū me liū nunq̄ erit sine angu stia & labore. & istis magis credēdū est ut experiētia manife stat. ¶ Si quædam linea cadat iuter mediū & medicū ab earū radicibus & coniungatur in monte medii respiciens medium
21 ut patet in. 2. lib. cap. 24. de monte medii futurum bonum indi, cat, et hoc idem significat in monte indicis. ¶ Quædam linea naturaliter bene disposita & crassa & bene colorata inter me
22 dicum & auricularem & descendat quasi a radicibus prædi- ctorū digitorum, & tendat uersus mēsalem excellētem sta- tum significat. & hoc bonam fortunam, substantiam aut diuī

tias cum largitate indicat. ¶ Si quædam lineæ oriantur a ra- 23
dice manus & rectæ extendantur per montem manus si fue-
rint bene colorate, si quis ad præsens malum habet letetur. quo
niã bonũ habebit. ¶ Linea solaris quã aliqui appellãt lineã ꝓ 24
speritatis, alii lineã magisterii, alii lineam ingenii, alii lineã re
galẽ, alii lineã fame alii lineã honoris, alii lineam lucri si oria-
tur a mẽsali, & cum trinaria proportiõe ad radicẽ digiti me
dici aut annullaris deuenerit, diuitias designat maxime si tu-
berculus sit bene fortunatus, ¶ Si triangulus equilaterus fue- 25
rit & in eius summo angulo semicirculũ uitali annexus exti
terit, cuius cornua uitalem inspexerint, fortunarũ & bonorum
argumenta gradatim denotabit, ut sophisticus chyromãticus
Anthiocus ostendit sibi placere, & ut etiam dicunt aliqui mo-
derni. ¶ Si in primo articulo policis fuerint lineæ ut cruces di-
uitias dicunt significare. ¶ Dixit Vgo si lineæ paruę procedunt 26
a radice indicis bene colorate tẽdẽtes ad inferius bonum signi- 27
ficant & quãto propinquiores sunt tanto maiora bona ostendũt
& talis in bonis augumẽtatur & ab excellenti persona honora
tur, & lineæ supradictæ apud physonomos radii uocãtur, quod
etiam in clericis dignitatis augumẽtum præbet. ¶ Sribit Vgo 28
si unica linea uel plures sub radice medii transeat ex transuerso
sine aliquibus lineis, omne bonum & bonam fortunam signifi-
cat. ¶ Miror ꝙ Vgo dicat ꝙ ungues curui, pecunie abundan 29
tiam significẽt. Tamen credo hanc esse ratio quia metaphori-
zando tales referuntur ad animalia rapacia: quæ propter un-
gues curuos bene rapiunt & melius retinent, sicut colerici qui
sunt rapacissimi, ideo de eis non confidas quoniam eorum abũ-
dãtia est propter malum. ¶ Quando linea prosperitatis. idest
Saturnina ad restrictam & ad medium deuenerit, & fuerit 30
continua cum bono colore & non intersecta, diuitia cum pro-

31 speritate & fœlicitate usq; ad mortem arguit. ¶ Talis figu
32 ra. D. in loco. Martis aliquando est fortunata. & habentem for
33 tunatum facit. ¶ Linea saturnina emergens a radice manus
uel brachii & extensa cum trinaria proportione usq; ad radi
cem primam medici a latere auricularis prosperitatem desi
34 gnare uidetur. ¶ Si quædam lineæ oriũtur ex linea capitis uer
sus mensalem & faciant triangulum cum linea mensali, futu
ram præbendam notant.

¶ Tricassius Mantuanus.



Irca. 4. signum huius capituli sciẽdum ꝙ tales rami non solum intelligũtur ut ipse scribit in. secũdo libro. sed etiam hoc idem significari dicuntur quãdo ipsa Vitalis est ueluti trifurcata, aut plures ramos in fine protẽdat i ipsa Rasecetta, qui quidem rami ab inuicem sint differentes. ¶ Quo ad. 7. signum. Not. ꝙ illud quod dicit de illa intersecatione siue interruptione ipsius lineæ ſm diametrum ad ipsam uitalem falsum est. Et similiter id quod dicit de integritate ipsius lineæ. Non. n. illa est sua propria significatio, immo significat. luxuriam, magis autem & minus quo magis fuerit integra aut minus continua. ¶ In. 9. autem signo sciendum est ꝙ illud est. 4. signum quod ipse exponit. in. 22. signo huius capituli, illa tamen expositio est falsa, & talis linea debet esse descẽdens quodãmodo ia mensali uersus Digitos siue uersus montem talium digitorũ. ¶ Quo ad. 20. signum. Sciendum ꝙ faciliter posset hic esse deceptio. s. in cognitione finis ipsius Mensalis quando inter Indicem et medium terminatur. Hoc namq; quod ipse Cocles hoc in loco dicit intelligendum est quando non multum inclinatur uersus ipsum digitum Medium magis autem Indicem uersus demum autem quasi ex subito in ipso inter utrorumq; Digitorum me

dio reflectititur. Si autem magis inclinaretur uersus Medium (scilicet ꝙ in opposito eius existens, inter Digitorum medium ramusculum extenderet) significat Vitam laboriosam. sicuti etiam ipse Cocles alibi dicit. Et hoc modo potest huius lineæ finis ac significatio haberi. ¶ Quo ad 21. signum eandem quoq; met differentiam proportionaliter habere poteritis quã superadiximus de signo. 20. et de eodem simile iudicium proferre. ¶ Quo. ad. 28. signum sciendum ꝙ tales linule intelliguntur descendere a radice digiti uersus mõtem ipsius Indicis, aliter uulnera significarent.

¶ Cap. CCXXVI. de homicidiis & malis hoïbus i uniuersali.



igura ut. D. in triangulo, hominem paricidam 1
significat, sed fortunatum. Videatis. 2. signum
cap. præcedẽtis. ¶ Si in digito Mercurii fuerint
lineæ non apertæ, sed obscuræ, habens insidiator 2
erit, & fur, & ad maleficia paratus, & omni
malo plenus. ¶ Linea quedam supra lineam uitæ iuxta infe-
riorem partem montis policis quasi cadens uel iacens, malum 3
hominem significat & expertus loquor. ¶ Linea media natu
ralis non extendens se ad pectus manus, sed uniens se uel appli- 4
cans ex opposito medietatis medii, significat hominem prauæ
uitæ. ¶ Linea media naturalis uertens se ad digitos in fine sui
nequam & impudentem uirum ostendit. Et si multum tendit
uersus digitos, habentem stultum & insipientem iudicare debe 5
mus. ¶ Linea media naturalis grossa, & profunda nimis 6
cum quibusdam paruis lineis & signis sibi apparentibus cum
intenso colore, uulnerationem ostendere dicemus. ¶ Linea ce- 7
rebri habens intra se quedã spacia sicut circuli cõpleti, aut ut
semicirculi, quot erunt figuræ, uolo ut scias tot homicidia ma
nifeste ostẽdere, aut aliquam magnam & grauem uulneratio-

nem, præsertim nisi supranotati circuli a martialibus lineis in
8 tensis non habeant auxilium. ¶Figura semicircularis in qua
drangulo, & quodammodo unita alteri linulæ aliquantulum
tortuosæ & intersecatæ, humani sanguinis ferum designat ef
9 fusorem. ¶ Aiunt aliqui quorum nomina ignoro. Quando li-
nea mensalis cum media naturali facit quasi angulum, dũmo
do nõ claudat ipsam & distat a proportione sua, hominem san
guinolentum significat, qui propter inuidiam homicidium per
10 petrabit, aut effundet sanguinem. ¶Linea quæ debet facere an
gulum dextrum non coniungens se cum linea uitæ, malignita-
11 tem animi ostendit sine stabilitate, fide, ac conscientia. ¶Sini-
ster angulus obtusus indicat ruditatem ingenii & malam cõ
12 scientiam. ¶Multæ subtiles lineæ & intercisæ uel conglome-
ratæ in monte policis, mendacium & fornicationem denotant.
13 ¶ Linea quædam semicircularis & crassa ad anularem, pes-
simum debitorem, male morigeratum, infœlicem, atq; animæ
14 malæ ostendit. ¶Vngues curui aut ualde breues, maliuolum,
15 & discordem innuunt. ¶Manus carens pilis, malos mores, ho
minem stultum, prosumptuosum, fatuum, atq; deterrimum in
16 dicat. ¶Linea media naturalis quando non coniungitur cum
linea uitæ, & notabiliter distat, malum, et uitiosum hominem
17 dicunt arguere. ¶ Linea uitæ grossa inter policem & indicem
significat inclinationem ad homicidium, & ingeniosum ho-
18 minem in actionibus malis. ¶Si in linea uitæ reperiantur quæ
dam grana rubra uel puncturæ inordinatæ, tales habentes mo
uebunt lites propter luxuriam: unde sanguis effundetur, & ui-
19 ta uel membra hominis amittentur. ¶ Quando inuenitur men
salis quæ in summitate aut prope diuidatur, duosq; efficiat ra
mos, unum ad indicem, alterum ad medium, dicunt deceptio-
20 nem atq; perfidiam significare. ¶Si linea media naturalis

habeat quasdam puncturas grossas & terrestres, ineptitudi-
nem morum ostendit, & naturam ferinam. ¶ Linea media, p 21
funda & tortuosa, fortis ruboris, iram & conturbationem si-
gnificat, quasi per occisionem factam, seu fiẽdam. ¶ Si in ma 22
nus canea quasi duo. C C. connexa fuerint, ad interficiendum
hominem inclinationem demonstrant. ¶ Linea uitæ quando 23
equa mensura crassa fuerit & ualde rubra, indignabundum,
iracundum, & crudelem indicat, exigua ratione, & regimen
habet exiguum, ut superius notaui. ¶ Scribit Coruus, quando
mensalis cum media naturali innodabitur, hoc est quando li- 24.
nea mensalis in sua summitate flectatur ut semicirculus, cuius
caput attingat media naturalis, significat hominem malo in
genio calumniatorem, homicidam, effundendi sanguinis aui-
dum, & eo magis quando linea uitæ equitatur in sui initio a li
nea cerebri causante angulum in duas partes inter policem &
indicem. ¶ Quando inuenris quasdam lineas rectas a media 25
abeuntes & ad mensalem tendentes infra digitum medium,
hominem futurum homicidam, ut dicunt, attestatur.

¶ Tricassus Mantuanus.

Circa expositiovem. 5. signi huius capituli, sciẽ-
dum ꝙ ad huiusmodi significationem talis li-
nea, nõ multum se debet extendere uersus conca-
uum, immo debet esse breuis. ¶ Cum aunem di
cit ꝙ si multum flectatur uersus digitos, fatui
tatem notat, falsum dicit, seq; hanc doctrinam ignorare ostẽ
dit. Nam huiusmodi effectus ac etiam signa eorumdem signi-
ficatiua adinuicem cõtrariantur. Etenim quãdo naturalis fle-
xa ad digitos, fatuitatem notat, est lõga & aliq̃tulum extẽ-
sa. Et etiam nõ proprie fatuitatem dicitur significare, sed ali-
qualem cerebri debilitationem, siue uirtutis fantasticæ ex ali-

quo temporis influxu propter humores melancholicos. Et ideo
notanda est ista differentia, quoniam multum iuuat in iudiciis
4 dandis. ¶ Quo ad. 7. sciendum q tales figuræ non sunt pro-
prie circulares, sed sunt ueluti quadræ aut nõ perfecte circula-
res unitæ autem ipsi naturali. ¶ Quo ad. x. sciendũ q quãdo
in tali angulo essent aliquæ lineæ intersecantes seinuicem in mo-
dum crucis, minuunt malignitatem ipsius effectus significati
propter disiunctionem ipsius anguli dextri.

¶ Cap. CCXXVII. de his qui infestantur ex catarro, sciatica, & doloribus qui causantur ex reumate.



1 Pud physonomos impoßibile est particulariter &
gradatim discernere effectu & omnes qui causan-
tur a catarris. Nam catarrus aliquando descendit
ad pulmonem & generat ethicam cõsumptionem.
Aliquando descendit ad nares & uocatur brãchos,
aliquando ad fauces, aliquando ad scia, & uocatur sciatica.
Descendit etiam ad alia loca quæ breuitatis causa taceo. Et hæc
ut dixi non possunt particulariter physonomi iudicare, nisi in-
ueniantur particularia signa a peritis obseruatoribus memo-
rata, aut nisi applices multas relationes adinuicem. Et hoc ca-
pitulum est cõnexum cum illo, in quo tractauimus de ægritu-
dinibus capitis, cap. 5. Et sic nota de aliis, ut ingenium tuum
sit intensum cum meris radicibus physonomiæ. ¶ Quando in-
2 ueneris mediam naturalem oblõgam usq; ad percussionem ma-
nus, materiam descendentem a capite denotat. Et per totum suũ
periodum nunq̃ est sine materia descẽdẽte ad aliquam partem
sui corporis. ¶ Scias q uerus terminus huius lineæ est usq; ad
3 finem caucæ manus, & quãdo intrat in monticulo, non est sine
mala cerebri fixione cum materia aut sine, & in senectute sunt
4 ægeni. ¶ Multæ rimulæ paruiculæ circa ultimam iuncturam

policis, materiam catarralem aut descensibilem notat. ℂLi- 5
nea media naturalis non continua & obsessa a multis lineis ca
tarrum aut sinanchiam denotat. ¶ Linea cerebri male condi-
tionata, & locus basis trianguli male dispositus, aut secundum essen
tiam loci, aut catarralem dispositionem promittit.

¶ Tricassus Mantuanus.

ℂAd notitiam huius capituli sciendum quod per istas infirmita
tes catarrales intelliguntur etiam dolores illi qui in iuncturis
sentiuntur propter mutationem temporum. s. calidi & humi-
di, & frigidi & humidi. Et hoc proprie significat primum si
gnum & etiam secundum.

¶ Cap. CCXXVIII. & est uniuersale, de paupertate, damno, & infortunio.



SIgna depicta in monte indicis, ut in lib. 2. cap. 5. se 1
cundæ partis dictum est, pauperem hominem si-
gnificat, & eum qui damnum patietur. ¶ Linea
uitæ habens ramos tendentes ad inferius, pauper- 2
tatem significat, & infortunia, & eum qui decre-
ptiones a seruis patietur. ℂLinea mensalis si ramusculos ad
inferius tendentes, damnum, miseriam, atque infortunium denū 3
ciat. ℂLinea media tangens mensalem, maximum damnum 4
& infortunium demonstrat. ℂLinea mensalis nuda sine ra- 5
mis ueniens ad radicem indicis, paupertatem, damnum, iactu
ras, & calamitates prosticatur. ℂLinea semicircularis gros
sa in anulari digito, infœlicem hominem & male animæ signi 6
ficat. ℂDigiti multum dispersi, paupertatem, miseriam, &
loquacitatem demonstrant, ut patet manifeste in mendicanti- 7
bus. ℂHabentes multas lineas in digito medio plusquam ali-
bi, & specialiter quando linea Saturnina a Rascetta emer- 8
git, & uadit ad radicem medii, in paupertate, & in labori-

bus semper erunt, & non est dubitandum ꝙ sint sine angustiis
etiam si essent Reges. Vidi magnam caterruam principum ex-
pulsam a dominiis suis, qui habebant montem Saturni conglo
meratum ex multis lineis, & aliqui habēt lineam saturninam
9 sic extensam. Et hoc intelligitur si est infortunata. ¶ Si linea
mensalis cum linea media naturali claudit angulum, bonorum
10 diminutionem significat, ut persæpe expertus sum. ¶ Si in mō
te policis fuerint multæ paruæ lineæ intersectæ non perpendicu
11 lariter indicant hominem qui multa patitur ꝓ diuitiis. ¶ Si
quis habuerit quattuor foueas aut puncta quasi nigra in pal-
12 ma manus, tribulationes & paupertatem sustinebit. ¶ Si quæ
dam lineæ ut crepaturæ reperiantur in monte manus prope me
diam naturalem. Et quædam linea absoluta ab eis lineis seu cre
paturis respiciat inferius ad brachium, significat mutuātem
& semper debitorem esse testatur. ¶ Si quædam linea obliqua
13 sit in digito medio, quicquid habuerit ex bonis fortunæ amit-
tet, & hoc intelligitur de diuitiis & honoribus. ¶ Si quidam
14 triangulus reperiatur in digito medio, infortunium maximū
ac deterrimum ostendit. ¶ Si quædam linea reperiatur in di-
15 gito auriculari, & ortus eius sit a radice digiti, & extenda-
tur per medietatem digiti, & sit semicircularis & grossa pes
simum debitorem male morigeratum infœlicem, & eum qui
animam suam malignam habere significat. Et si talis linea re
periatur sub radice ipsius digiti in monte eius, & tuberculus
essentialiter sit bene conditionatus. Talis sua industria & soler
tia euitabit læsiones & damna. Et sermo iste de prædictis dua
bus lineis tenet in omnibus digitis .i. fortuna & infortunium
16 ſm diuersas posituras. ¶ Linea in principio cardiacæ exten-
dens se in cauea manus, lasciuum, inconstantem, pauperem, ac
17 maximum infortunium testatur. ¶ Linea rasettæ manus ob-

liqua non cōtinua et infecta, uagum, miserum attestatur. ¶ Li 18
neæ in indicis tuberculo intersectæ ut craticulæ, miseriam de-
notant. ¶ Digiti grossi & parui ex quacunq; forma cum ar 19
ticulis crassis, miseriam atq; infortunium promittunt. Et qui
habet ultimas digitorum iuncturas grossas & euersas, tales
si diuites extiterint, giratione temporis & processu depaupera
buntur. ¶ Vgo scribit. Si linea mensalis ueniat directe sub me 20
dio digito, significat contrarium bonorum. Alii dicunt inopiā
& ignominiam arguere, ut ego Cocles in manibus meis ha-
beo. ¶ Si linea mensalis diuisa fuerit, significat contrarium 21
bonorum, maxime si sit diuisa per lineas aliquas, & hoc erit
ratione inimicorum. Et si transierint ipsam lineam, tunc sunt
uel fuerūt omnino in actu super ipsum. Et iste lineæ (anteq̄ fiat
denunciatio) debent esse profundæ bene apparentes & colora-
tæ, & econuerso aliter denunciant. Scias q̄ ꝑm antiquos pa-
tres ac inuentores, & etiam ꝑm Modernos linea mensalis rea
liter habet demonstrationem super inimicos, & ita mensa atq;
quadrangulus manus sunt claues ostensiuæ inimicorū. ¶ Quā
do media naturalis concauum manus transierit, rerum ino- 22
piam, uitam laboriosam deniq; significat. ¶ Vngues plani et
pallidi infortunium dicunt testari. ¶ Talis figura. E. in loco 23
Martis, facio q̄ aliquis non est cōtentiosus, & malum patie- 24
tur. ¶ Si in quadrangulo reperiatur quædam crux male di-
sposita & male colorata, tortuosa, inequalis, uel discontinua, si 25
gnum est mali & infortunii. ¶ Rami in fine cardiacæ respi-
cientes uersus restrictam, paupertatem ac infortunium minā 26
tur, præcipue in senectute. ¶ Si in radice indicis usq; ad se-
cundam iuncturam eorum, siue circa illa spacia intermedia 27
sit aliquis nodus carnosus, uel pellis, subtilitas suffusa pallore,
significat laborem inordinatum quasi continuum, & aduer-

stitatem corporis sui, ut dicunt quidam. ¶ Cuncti tuberculi infortunati, infortunium attestātur ſm planetas infortunatos, infortunium existima, utputa, Tuberculus Solis est infortunatus ratione loci & essentiæ, & lineamenta, infortunium tenent, ut apud principem, honore, fama, magisterio, studio, si subiectus est adequatus his quæ important in isto loco ratione tuberculorum & digitorum, quia lineæ quæ diametraliter reperiuntur inter iuncturas digitorum si sint intercisæ, infortunium, & iniecturas testantur, ſm digitos planetis attributos.

¶ Tricassius Mantuanus



IN.15. signo huius capituli sciendum est ꝙ proprie talis linea primo modo reperta significat infortunium propter ipsius capitis leuitatem ac stultitiam, & maxime in lasciuiis ac inhonestatibus. Quo autem ad animi malignitatem, non est adeo crudelis, ut ipse Cocles exponit. ¶ Quo ad decimum nonum signum sciendum ꝙ digiti intelliguntur grossos esse in iuncturis, paruos autem in articulis, scilicet, inter ipsas iuncturas. ¶ Quo ad uigesimum sextum signum sciendum est ꝙ tales ramusculi debent esse inclinati uersus partem inferiorem ad oppositum illorum qui cap. 225. expositi fuerunt. 4. signo.

¶ Cap. CCXXIX. de morte extra patriam.



1 Lineæ quædam orientes a brachio uenientes per restrictam ad manum, immediate incisæ & discontinuæ, & in extremitate coniunctæ, significant hominem in propria domo nascentem, moriturum tamen extra patriam, & multum per orbem profecturum ſm quosdam. Et si prædictæ lineæ se respexerint adinuicem, & sit magna inter eas distantia, denotant mortem extra patriam in locis extraneis. ¶ Lineæ quæ

diam a medio radicis brachii per restrictam transeuntes & euntes per montem manus, significant itinera maris, & hominem in itinerationibus moriturum. ¶ Rami in fine cardiacæ respicientes uersus restrictam, notant pauperem & extra patriam moriturum. ¶ Soror lineæ cardiacæ in monte policis, mortem extra patriam nonnulli dicunt significare, & secundum locum in quo reperitur, sic pronosticandum est. ¶ Quando basis trianguli finitur in cauea & non adheret cardiacæ, facit hominem mori extra patriam cum maritimorum itinerum copia, ut dicunt. ¶ Dicunt aliqui quod quando linea mensalis in suo principio methaphorizando fit ut cathena, extra patriam significat mori. ¶ Angulus summus ualde separatus, aliquādo mori extra patriam & uitam finire pnosticat. 3 4 5 6 7

¶ Tricassus Mantuanus.



Vo ad. 4. signum huius capituli sciendum quod tale signum tunc uerum est, quando talis linea multum distat a uitali, & linea uitalis est interrupta & terminata illo in loco in quo ipsa Soror reperitur. Vnde & Cocles dicit, quod sicuti reperitur, ita & eo in loco iudicandum est. ¶ Illud autem quod dicitur de ipsa sorore quod s. adiuuat ipsam uitalem si esset interrupta, intelligēdum est quando ipsa soror est prope uitalem, siue propinqua.

¶ Cap. CCXXX. de his qui sunt mali debitores et negāt soluere creditoribus.



Vando angulus supremus non bene coniungitur simul, sed distāt ab inuicem, prædictæ duæ lineæ notabiliter purum spacium dimittētes, significat hō fastidiosissimus qui est malus debitor & sine laude, ut infinitis uicibus notaui.

2 ¶ Linea quædam semicircularis grossa ad annularem digitū pessimum debitorem & male morigeratum & infœlicem ostē dit. ¶ Sunt aliquæ secte & nationes quæ a radice male soluunt creditoribus & sunt utplurimum lenones. caupones, & qui militiam exercent.

¶ Tricassus Mantuanus.



Ro declaratione primi signi ac trium capitulorum sequentium, & alicubi ubi loquitur de separatiōe Anguli supremi. Sciēdū est quod Angulus supremus nō esse coniūctus aut unitus potest intelligi dupliciter. Vno modo est quando tales quidem lineæ. inter separate attamen naturalis uersus policem aut lineam uitalem inclinatur. Alio autem modo est quando. Naturalis contrario modo inclinatur. s. uersus Indicem sine Montem ipsius. Quo autem ad primum modum intelligitur esse I. signum huius capituli. Et nihil aliud significat q̄ quædam Auaritia superba & ambitiosa. Q uo autem ad. 2. modum intelligūtur alia cap. sequentia. Et nihil aliud significant q̄ quidam contēptus ac uilipendium Diuitiarum ac personarum omnium & amicorum inter autē istos duos est alius quidā modus medius. s. quādo Naturalis ipsa in neutram partē declinat, hocq; modo significat diminutionem malignitatis talium effectum. Et similiter quando non est multum separatus talesq; lineæ non multum ab inuicem distant.

¶ Cap. ccxxxi. De subsanatoribus aut contemptoribus.



Rima radix a qua tale uitium ortus habet, sunt fœmine et effœminati uiri quia omnia negligūt sine ratione propter immensam ignorantiā. Sapientes congrue subsanant & rationabiliter discernendo atq; exclamando. Angulus summus ualde separatus

si spacium sit purum facit contemptores atq; mendaces.

¶ Capitulum.CCXXXII.de his qui inanes & inutiles proferunt sermones.


Vnt huiusmodi illi qui habent angulum summum ualde separatum dimittentem purum spacium. ¶ Dicunt quidam, si duæ paruæ rimulæ concurrunt ex linea mensali ad radicem medici, arrogantiam, & eloquentiam, & inanem gloriam denotant.

¶ Cap.CCXXXIII.de his qui sunt detractores, & cauillatores, inuidi, & garrulatores.


Vando angulus supremus est ualde separatus, & tale spacium sit male rugosum, idest, lineatum, habentes a cœlo inclinantur, ut dicitur in rubrica.

¶ Cap.CCXXXIIII.de his qui habent uarietatem animi, & sunt sine stabilitate & sine fide & conscientia, dummodo possint quæ cupiunt adimplere.


Ales sunt quibus in loco anguli dextri non coniunguntur suæ lineæ, hoc est, ꝙ linea epatis nõ adheret cardiacæ. ¶ Non remouẽtur etiam a tali uitio illi qui habẽt angulum supremũ ualde separatum in quacunq; conditione, purum, aut lene, aut lineatum, & quocunq; sit nõ est penitus confidendum de ipsis.

¶ Cap.CCXXXV.de his qui sunt adulatores, bilingues, dolosi, malefici, ꝓphani, & sine ullo opere laudabili.


Lli qui habẽt angulum supremum ualde separatum in quacũq; essentia reperiatur, de eis nõ cõfidat. O uos Prætores si iuenietis in manu alicuius

angulum summum ualde separatum pro quocunque leui indicio ponite reum ad torturam & patibulum, quia experientia manifestissima me docuit in quodam scholare in gymnasio nostro qui est similis naturæ ad amusim & est seminator zinzaniæ, & sæpius inter alios ipsum attente obseruo, & uidi quod in manu eius habet talem angulum, & est Guido Pisaurensis, cognomento Posthumus, cuius uafricia non solum extraneis nota est, sed etiam patriæ, & est adulatorum omnium pessimus, qui epigrammata in nostri laudem composuit, non ut laudaret, sed ut pessimi gnatonis officio fungeretur.

¶Cap. ccxxxvi. de suffocatione infantis, genitricis, seu nutricis causa.



1 Icunt quidam si ab indicis tuberculi summitate, hoc est, ubi ab articulo uersus policem itur, dependens linea pallidula extiterit, suffocationem geniti filii dicunt ostendere, & hoc affirmat Anthiocus sophisticus auctor, hoc tamen ego per experientiam non habeo.

2 ¶Si linea uitæ inter policem & indicem tumescat, suffocationem partus seu alterius infantis dicunt significare.

3 ¶Aliqui dicunt, si linea mensalis in superiori parte fuerit bifurcata et pallore suffusa, infantis mortem significat causa genitricis seu nutricis.

¶Cap. ccxxxvii. de his qui perueniunt ad diuitias, & postea ægeni deueniunt.



1 Alis figura ut crux in quadrãgulo significat in primeua ætate ægenos nõ esse, in secunda uero diuites ultra modum, in senectute uero iterum ægenos.

2 ¶Linea media naturalis quãdo extenditur in giro ultra quod trãscat totũ mõtem manus usque ad percussionẽ uel ultra in ultima ætate ægenos esse significat.

¶Tricassus Mantuanus.

¶Aduertendum est in hoc signo, ne forte accipiãtur ille lineæ se intersecãtes in medio quadranguli circa medium. Nam iste sunt penitus differentes ab illis, inueniunturq; in principio quadranguli uersus finem naturalis & mẽsalis principium.

¶Capitulum. ccxxxyiii. de his qui sunt fortunati mulierum causa.

IN monte policis figura. G. significat mulierum 1
amatores homines, cum quibus bona & gaudia cõ
sequentur. ¶Stella in dorso indicis, luxuriosum ui- 2
rum ostendit, & forte peruẽturum ad aliquod bene
ficium uel honorem causa mulieris. ¶C. littera in mõte indi-
cis induuit diuitias mulierum gratia. ¶B. figura in loco Ve- 3
neris, aut. E. in loco Veneris, gaudium & dilectionem, & ma- 4
ximam fortunam & officium mulieris causa denunciare di-
cemus. ¶Linea mensalis in fine sui quando oriuntur bini ra- 5
musculi ab ipsa, quorum unus porrexerit se ad acumen indicis,
alter uersus policem declinauerit, significat ꝙ hi tales in ab-
sentia sua a fœminis lucrantur, & bonum ex ipsis amplectun
tur. ¶Dicunt quidam Moderni. Si in monte digiti anularis 6
apud radicem ipsius reperiantur quædam paruæ lineæ per lon
gitudinẽ, aut quædã lineæ paruæ secãtes se ut cruces, aut ut stel
læ. diuitias mulieris causa ostendere & significare dicemus.
¶Talis figura. E. in monte Iouis, denotat bonum ratione & 7
causa mulierum. ¶Figura. F. in loco lunæ significat bonum 8
uenturum propter fœminas magnas & nobiles. ¶Duæ li- 9
neæ rectæ & ualde profundæ scindentes digitum medicum,
diuitias multas propter uxores dicunt apertissime significa-
re. ¶Quando lineæ quæ sunt inter auricularem & mẽsalem 10
uersus dorsum manus significantes nuptias si sunt fortu-

ne atq; tuberculus Veneris sit per essentiam et rationem lineæ
fortunatus & cæteri planetæ fortunati correspōdeant, & quæ
cōcurrunt ad pronosticādum de diuitiis, significatur ꝙ hi ta
les habebunt diuitias & bonum ratione mulierum.

¶ Tricassius Mantuanus.

¶ Circa.9.signum huius capituli sciendum est ꝙ tales lineæ
debent ascēdere a radice uersus secundam iuncturam, & s'm
earum maiorem aut minorem extēsionem, sic etiam iudicium
proferre, & debent esse rectæ ac continuæ.

¶ Cap.ccxxxix.uniuersale de audacia.



Linea mensalis si sit protēsa a radice indicis, &
1 directe sciderit, audacem, & probum indicat.
¶ Cardiaca linea cum trina proportione & be
2 ne disposita indicat securitatem animi, & auda
ciam, atq; cor optimum, atq; bene dispositum.
3 ¶ Triangulus equilaterus animositatis est signum & Mar
tis naturam representat. Si lineæ sint crassæ atq; rubeæ ualde,
si fuerint tenues & nō nimis coloratæ, magis ad temperamen
4 tum appropinquāt. ¶ Quādo media naturalis est satis lata
& recta & bene colorata, & cum palma extēditur & appa
rēt in ipsa quædam puncturæ, de latitudine lineæ, probitatem et
5 audaciam, & gignitiua uirtute plenum significat. ¶ Epatis
linea decēter longa, & profunda, lata, & decenter cōtinua &
bene colorata, significat bonitatem stomachi & epatis, & læti
6 tiam, & audaciam. ¶ Triāguli spacium si sit magnum et la
tum, largitatem & audaciam ostēdit, & specialiter si non sit
7 bene coloratum et planum. ¶ Angulus dexter rectus uel quasi
bene apparēs & bene coloratus, significat audaciam & forti
tudinem. ¶ Quadrangulus latus & planus & bene colora
8 tus, audaciam declarat. ¶ Si linea Solaris oriatur a mensali

& sic cum trina proportione & bene colorata, & recte scin-
dat digitum anularem, seu medicum, audaciam rectam de-
monstrat. ¶ Si quædam linea notabilis, recta, & bene colora- 9
ta cum trinaria dimensione emergit ex radice indicis & ua-
dat usq; ad mediam iuncturam uel prope, audaciam signifi-
cat. ¶ Manus magnæ & debite proportionatæ in quacunq; 10
sui parte, scilicet, qualitate & quantitate, talis erit bonæ natu-
ræ et complexionis cum debita audacia ac probitate. ¶ Scias
quod duplex est audacia, una est cum temeritate, ut euenit iratis
propter ebulitionem spirituum ascendentium ad cerebrum, &
de istis in supranotatis clausulis non intelligo, tamen inferius
dicemus. Alia est proprie audacia quæ est contraria timidita-
ti quæ procedit ex complexione laudabili, ut sunt magnanimi
& fortes in extremis periculis, de qua ira temperatur, ut pri
mo physonomiæ dictum est. cap. xxiiii. de signis animosi siue
magnanimi, aut de signis æqualitatis. De signis audaciæ cum
temeritate dictum fuit in capitulo. 31. de signis hominis ira-
cundi, & etiam isti sunt ualde animosi sine freno rationis in
ira. Vadunt isti cum gradibus compositis, & similibus beluis
de natura sui. ¶ Mensalis linea lata, continua, rubra, crassa 11
usq; ad tuberculum indicis extensiua, audaciam furiosam in-
dicat. ¶ Angulus summus ualde separatus cum rubeis, gros- 12
sis, ac flammeis lineis, in martialibus animositatem ostende-
re uidetur, aut quādo angulus supremus coniunctus cum cras
sis & rubeis lineis, hoc est media naturalis & cardiaca, au- 13
daciam largitur. ¶ Soror lineæ uitæ in monte policis nimis
protensa, atq; rubra, audaciam intensam indicare dicemus.
¶ Iecoralis linea emergens a cardiaca, & cum media natu- 14
rali angulum acutum causando, in sinistra parte, cum caren-
tia anguli summi, sed residum sit cum lineis craßis & ualde

15 rubris,furiosam animositatem minatur. ¶Soror lineæ men-
16 salis crassa,rubra, naturam ebulientem denotat. ¶Vna linea
emergens inter indicum & medium circuens montem medii
medici & finiens inter anularem & auricularem cum sum-
ma rubedine & continuitate,quam lineam aliqui appellant cin
gulum Veneris. Talis linea dico denotat,ꝙ cœlum inclinat ho
mines ad omne genus luxuriæ cum masculis aut fœminis in
usu masculino,aut cum puellis quæ habent strictissimam uul-
uam,quia illa strictura incitat uirtutem fantasticam,& sunt
ut beluæ imaginantes puerilem coitum ratione stricturæ, &
sic etiam inducuntur ad appetitum deflorandi uirgines atq;
uiolandi,& eas quandoq; suis genitoribus rapiunt, nam sic a
17 natura disponuntur. ¶Et breuiter omnia signa quæ concur-
runt ad nimiam caliditatem hic sunt applicanda, cuiusmodi
sunt martiales. Ideo uide capitulum de natura Martis in.2.li-
bro,& in isto libro,cap.124.

¶Tricassus Mantuanus.


Vo ad capitulum istud sciendum ꝙ ista temeri-
tas(de qua mentionem facit noster Cocles)solet
ab aliquibus appellari præsumptio, attamen suũ
proprium nomen ac uocabulum,Bestialitas nun-
cupatur. Et huiusmodi homines (utplurimum)
sunt ueluti bestiæ.s.absq; aliqua alia consideratione. Sunt nem
pe fortes ac audaces ex sua propria natura,attamen inconside
rat huiusmodi sua fortitudine ac animositate utuntur, unde
& in exterioribus actibus multotiens actus bestiales ostẽdunt
& quidem si tales sint natura pusilles sunt ueloces in suis ope-
rationibus,& dum pergunt semper calcanea in terram impe-
tu quodam apponunt(licet aliquando grauitatem in huiusmo
di motibus fingant)& quodammodo procumbunt siue in an-

teriori parte inclinantur, & maxime ad humeros ac caput. Si autem magni fuerint statura ac corpore longo, tardi sunt in eorum motibus, lentiq; progressu, nec multum in Genubus curuantur dum ambulant, totoq; corpore ueluti girando commouentur. Habēt cruras ac coxas ueluti equales, seq; metipsos magnificant, extolluntq; ueluti sapientes ac graues. ¶ Quo ad decimum sextum signum sciendum ꝙ Cocles multum decipitur in cognitione huius signi, nullam differentiam esse perpendens inter istum signum ac Veneris cingulum, cum tamen multum sint differentia, non solum quo ad situm aut figurationem. sed etiam quo ad effectum aut significationem. ¶ Et primo quidem quo ad situm differentia sunt, quia cingulus Veneris ortum suum habens inter indicem & medium, magis tamen medio digito inheret. Istud autem signum indicem uersus originem trahit. Et etiam cingulus Veneris in fine inclinatur totaliter in auricularem, & istud autem nō inclinātur uersus, & si inclinatur, non tamen adeo uti cingulus Veneris: immo quodāmodo suspensus remanet, & si inclinatur, attamen uersus auricularem magis, ¶ Secūdo autem quo ad significatum sunt differētiæ, quādo cingulus Veneris, luxuriam ac bestialitatem notat. Istud autem iracundiam ac naturam ferinam ostēdit, & cum hoiem ingeniosum, licet chymericum declarat. ¶ Cum autem in eodem signo dicit ꝙ notat stuprum ac deflorationem, sciēdum ꝙ quo ad proprium significatum, hoc falsum est. Hoc tamen posset aliqualem apparētiā habere quādo eßet duplicatus aut ille talis in quo inuenitur est persona potēs aut dominium habens, & ideo in oibus iubetur semper considerare subiectum. ¶ Quo igitur ad situm aut figurationem huius. 16. signi, hoc modo intelligēdum est, alioquin ois expositio ac doctrina rueret.

Capitulum.ccxl.De furibus.



Icunt aliqui quorum nomen ignoro. Si in superio
1 ri parte policis iuxta unguem fuerit talis figu-
ra. Q .si multum extenditur furem denotat.
2 ℭLinea media naturalis tortuosa discontinua
& diversicolor est signum pravitatis & fur-
3 ti. ℭLineæ quædam grosse & rubeæ procedentes a radice au-
ricularis & extēdentes se per montem eius vel iuxta mendaces
4. homines fures inordinatos & insidiatores facit. ℭCuius ocu
li mouentur velociter.cernentes acute calidum & latronem in
dicant. Nota ꝙ est magna differentia inter uidere & intueri,
uidere absolute est quādo respicies aliquas res quasi sine consi-
deratione. intueri est quando aliquis aspicit aliquam rem cum
maxima consideratione, et plerūq; cum uirtute appetitiua ual
de intensa. Et isti tales mouent oculos eorum ad omnes partes
positionis, & intuuntur idest ualde cupiunt & considerant res
delectabiles, ut faciūt pueri quādo appetūt cerasa aut alias res
desideratas. Sed ego semper uidi tales habere celeritatē in mō
tibus suis. Et aliquādo eorum ingressus est ut pauonū & gruū.
Sed istud fit ex arte quādo sunt in furore appetibili cum uolūt
5 furari. ℭLineæ quædam cicatrici similes in auriculari digito
nō aperte idest clare nec bene colorate, hoc est cum rubedine cla
ra, sed obscure ad nigredinem tendentes homines fures & Mer
curii conditiōes ostēdūt hoc est denotāt Mercurium cum appel
latione ad planetas inclinantes hominem ad furtum, & tales
6 summi ingenii sunt in rebus malis & malorum morum. ℭLi
nea ualde grossa adeo ꝙ incisio uideatur uel ut longa fouea in
digito auriculari secundum quosdam significat furem obliuio
7 sum. ℭ Lineæ ut crux cum ramis reflexis ex una parte i auri
8 culari digito hominem furem notare uidetur. ℭLinea quædā

a digito minimo obscura profunda & inspiciẽs inferiorem par
tem sui, hominem furem & uitiosum ostendit. Si talis linea re
spicit supra uersus medium fur erit iste, si non furabitur saltẽ
tormẽta patietur propter suspitionem & semper negabit. Et si
talis figura sit rotunda utilem furem & potẽtem, sed furto ab
stinentem ostẽdit. ¶ Alii dicunt quãdo in dorso policis apparẽt 9
duæ grosse lineæ ueniẽtes una a parte interiori alia ab exterio-
ri nec se tangentes, & medium dorsi policis transeũtes magnã
infidelitatem & latrocinium significant, nec in his confiden-
dum est. ¶ Dicit Vgo. Si in medio lineæ mediæ naturalis sit una
fossa significat latronem & debet habere oculos profundos. 10
¶ Dicũt aliqui quorum nomina ignoro quãdo linea Epatis est
furcata uersus restrictam significat male mori propter furtũ. 11

¶ Tricassus Mantuanus.



N. 4. signo huius capituli sciẽdum ꝙ uniuersale iuditium est in unaquaq; operatiõe, ꝙ quotiẽscunq; accidit uirtutem aliquã circa aliquod obiectum occupari & hoc est uehemẽti animi affectione prouenire qui tali obiecto permaxime afficitur. Et ideo quãdocũq; aliquis magis attẽte cõicit oculos ad aliquod obiectum & in eo per maxime animum suum deferri ostẽdit, attamẽ nõ propter hoc iudicari potest ꝙ tali in obiecto nõ recte de ffeeratur. Vnde conspiciẽdo Mulierem pulcherimam, hoc quidẽ cõspici potest sola sua pulchritudine ac formositate conspecta, & cum hoc accidit, nil aliud perpẽdi potest nisi ipsa simplex cõsideratio siue oculorum affixio. Potest quoq; inspici propter amorem aut concupiscentiam & tunc insimul cum ipsa consideratione aut oculorum inspectione. labia quoq; ipsa aut oculi quãdoq; titillant ac nutant aut aliquando ad refrigerationẽ amoris intrinseci ex intimo suspiria nequeunt occultari. Hoc idem

iuditium haberi potest ex furto. Et inter reliqua hæc sunt, ꝙ scilicet palpebris nutatione, noscuntur, hinc indeq; sepius cir-
4 cumspiciunt, ne scilicet ab aliquo ex eorum ocultatione defixa de prehendantur ad tale obiectum declinasse, & communiter ha bent oculos paruos aut demisse. aspiciuntq; ueluti si aliquod obiectum uilipenderent, aut cũ timore conspicerẽt. ¶ Quo ad. 6. signum sciendum ꝙ tale signum reperitur apud Radicem, & si fouea fuerit erit in ipsa Radice.

¶ Capitulũ. ccxli. De his qui sunt officiales & grati apud Re ges atq; principes cum honore & diuitiis.


1 Igura talis. B. in mõte idicis, iducit maximã for tunã apud reges, Similiter, & .G. i mõte anula-
2 ris & .F. in mõte indicis. ¶ Forma spherica uel triãgulus bene cõditiõatus in mõte Iouis, arguit
3 dilectionẽ apud Reges. ¶ Lineæ recte pulchræ longe in digito anullari aut indicis, diuitias honores & dignitates a princi- pibus denotant, præcipue quando cum sua essentia transferun-
4 tur ab uno articulo ad aliud. ¶ Quando una linea oritur a car diaca ꝑ mediũ foueæ manus & fit æqualis latitudinis, et ad ra dicẽ solis admodũ sulculi deuenerit cũ bono colore honores exal tatiões famã atq; dominiũ præstat. ¶ Qui habuerit. B. litterã
5 intriangulo erit diues & familiaris principibus. ¶ Lineæ pul
6 chre in principio cardiacæ extendentes se per tuberculum, facit diuitem cum honoribus exuberantibus apud Reges ut dicunt quidam. ¶ Si in primo articulo policis fuerint lineæ ut crux,
7 diuitias & honores apud Reges, Maxime si sint graciles & subtiles innuunt ut aiunt aliqui, ego tamen nunq̃ notaui. ¶ Si
8 linea solis oriatur a mensali & per medium sulculi diametra- liter ueniat cum trinaria proportione ad radicem anularis, diuitias honores dignitates officia apud principes indicare ui

detur. Necesse est quoq; inspicere conditionem tuberculorum & aliarum proportionum circa diuitias ætates, & infortunia, ut puta si ego reperio montem Mercurii ad ultimam perfe-ctionem cum lineamentis in residuo digiti, angulum supremū eminentem aut triangulum iudicabis hominem ratione litte-rarum aut ingenio suo esse gratum & fortunatum apud prin-cipes. Si mons Iouis sit excelsus fortunatus est apud principes religiosos ut sunt Cardinales Papæ & cæteri gaudentes de bo-nis ecclesie. Et forte etiam causa principum secularium, quia habet locum solis pro essentia & lineæ sunt fortunate.

¶ Tricassus Mantuanus.



D maiorem noticiam secundi signi huius capitu-li. Videatis capitulū. 119. signo primo. ¶ Quo au-tem ad id quod dicit in fine huius capituli. Scien-dum ꝙ ista est una ex principalioribus regulis ob-seruandis in hac scientia in omnibus iuditiis. Et illud quod ip-se adducit in illis duobus exemplis intelligendū est etiā in om-nibus aliis. Et in Exemplum adduci potest ipsa linea Solaris. Nam quando in fine inclinatur aliqualiter uersus Auricularem aut ramusculū aliquē uersus eandē partē extēdit significat for-tunari cū magnis ac Nobilibus ex astutia sua ac uirtibus. aut ēt nobiliū ac Dominorū gratia scias adipisci. Et quādo similiter inclinaret se uersus medium, significat amicorum ac nobilium gratia Diuitias adipisci. Et eo magis quo essent ibi signa Mar-tialia & fortunata, aut significatiua bonum causa mulierum, aut prælatorum.

¶ Capitulum. ccxlii. De crudelitate.



Ittera. A. uel figura similis ei in triangulo notat, hominem lapidei cordis sine misericordia plenū ira & iniquitate. ¶ Linea cordis magna et ru-bra tam uersus rasettam ꝗ uersus naturalem

3 mediam crudelitatem ostendit. ℭ Quãdo media & cardiaca non bene cõiunguntur sed distant abinuicem notabiliter purum spatium dimittentes significatur maxima crudelitas, si martialem colorem obseruauerunt. ℭ Linea mensalis ultra medie
4 tatem indicis signum est crudelitatis & magne ire præcipue si fuerit liuida aut flammea. ℭ Martiales lineæ in manu re-
5 pertæ crudelitatem denotant.

ℭ Tricassus Mantuanus.



Ciẽdum pro clariori noticia. 2. signi huius capituli, ꝙ cum dicit Vitalem magnam existere intelligendum est ꝙ sit larga, ampla & in superficie lata ita ꝙ non est profunda multa sed solum dilatatur insuperficie ipsius palmæ. ℭ Quo ad. 3. signum sciendũ ꝙ proprie istud signum nõ significat crudelitatem aut naturam crudelem sed potius rudem ac Bestialem naturam, & hominem proprii capitis & absq; consideratione alicuius periculi aut mali imminentis, qua de causa dicũtur naturæ crudelis existere, hoc autem non ex ira prouenit magis aũt ex bestialitate.

ℭ Capitulum. ccxliii De inauditis ac malignis egritudinibus.



Pparuit in pontificatu Alexandri sexti magni receptaculi uitiorum, quædam egritudo quæ uulgo dicitur morbus gallicus, quia galli primi habuerũt talem egritudinem in prælio parthenopeo. Inspexi in eorum manibus, & inueni omnes habere lineam Epathicam male complexionatam aut locum talis lineæ male conditionatum, cum proportione lineæ capitis cum signis quæ dicta sunt in cap. de podagrica dispositione. capitulo. 30. Et ut plurimum habẽt Epar magnum aptum natum labi, & caput

humidum & colorem facici inopum & facies eorum erāt ad ecrate & præcipue nasus.

¶Tricassus Mantuanus,



Multa uana ac inutilia Cocles noster in hoc cap. ponit quæ nostris temporibus nullam efficatiam aut apparentiam retinent. Et ideo illa obmitto. ¶Quo autem ad illa signa quæ ab ipso adducūtur omnes sūt fabulæ, nec aliqualem euidētiam habēt ex qua conici possit ea significari quæ ab ipso narrantur, hoc autem solum ex ipsis percipitur ꝙ. s. ꝙ tales homines aut mulieres defacili possent in huiusmodi prolabere. Et hoc ex imoderata sanguinis abundātia. ¶Signa autem quæ ex experientia comperi duo sunt. ¶Primum est quando Saturnina ascendit in Quadrangulo & est tortuosa & uersus finem duplicata. ¶Secūdum est quādo ex cōcauo aliquæ lineæ similiter ascēdunt uersus quadrangulum tortuose ac duplicatæ. ¶Not. autē ꝙ aliquādo tales lineæ sunt discōtinuæ aut male apparētes & maxime circa finem, & etiam subtiles sunt, & ex hoc significatur ꝙ talis qudem patietur illiusmodi infirmitatē attamē & aliqualiter cōualescæt. Et ideo ēt in hac infirmitate notātur omnia illa signa quæ grauem infirmitatem siue incurabilem notant. ¶Sunt etiam & alia signa ex quibus de facili cognoscuntur quando quis actualiter illiusmodi infirmitate occulte laborat, quorum (ut quilibet se custodire ualeat) aliqua enarrare decreui. ¶Primo igitur inspiciendi sunt oculi inter utrorumq; palpebrarum extrema, sunt namq; sicci ac ueluti concaui, ita ut quodāmodo uideatur illa humiditas, siue albedo oculorum corrosa fuisse. ¶Secundo inspicienda sunt labia, sunt namq; pallida ac ueluti citrina, immo nigra, & in extremitatibus sunt ueluti ex saliua simul unita cum quadam subtilissi-

ma uiscositate, Et hoc in ipsa loqutione clare dinoscitur. ¶ Tertio uox aliqualiter rauca, & ad subtilitatem siue acuitatem tendens. ¶ Cauendum est autem summopere ab huiusmodi consortio. Nam omnino. Fatuus iudicandus est qui in huiusmodi periculis omni sanitate postposita in sola oblectatione glorietur indies uideamus illiusce mercimoniis ubiq; nundinarum comertia detegi & ad alterutram partem commorari. ¶ Quo autem ad istius infirmitatis cām principalē nō est nostri negocii.

¶ Cap. ccxliiii. De his qui percutiunt consanguineos.

1 Signa picta in loco martis ut patet in. 2. libro inclinant homines ad percussionem consanguineorum. ¶ C. Figura in monte medici genitoris in

2 terfectorē notat. ¶ Linea media naturalis grossa profunda nimis, & quædam paruæ foueæ ibi appareāt cum

3 colore intenso cum matre malum & inde sanguinis effusionem pronunciat.

¶ Tricassus Mantuanus.

Secundum signum huius capituli non semper retinet hunc significatum, nisi forte ex aliquo alio coroboraretur. utputa. ex aliquo signo Martis, infortunato. Verumtamen semper ex suo significato denotat naturam iniquam. Et infidelitatem. Et sicearium ac pradatorem, & non minus proprio sanguini insidiantem. ¶ Quo ad. 3. signum sciendum ꝙ talis inimicitia intelligitur cū matre, aut cū aliquibus ex affinitate Matris, aut ꝓpter causā ipsius siue occasionē, aut ex rebus sibi ꝑtinētibus.

¶ Capitulum. ccxlv. De his qui sequuntur societates hominum lasciuorum.

Figura. G. in triāgulo significat perseuerare cum malis uiris latronibus, & occulte machinantes

denotat. ¶ Angulus supremus disiunctus si illud spacium sit 2
molle ualde significat hoiem dimittētem bonam cōuersatio-
nem, & imitari malam. ¶ Quādo media naturalis & car- 3
diaca cōiungūtur per quasdam cōstātes ad modum rethis, si-
gnificat uitiosam uitam, ad fœlicem tamē finem & ad exi-
tum bonum declinantem.

¶ Tricassus Mantuanus.

IN. 2. signo sciendum ꝙ talis emēdatio futura est, post tamen maximam cōsumptionem propriæ aut etiam alienæ substātiæ, ita ꝙ seipsum tūc refrenabit, cum sibi substātiam suppetere cognoscet, Multam quoq; penuriam in seipso sustinebit, magis autem & minus prout locum talis spacii fuerit eminētior aut depressior, & quo eminētior fuerit eo minus ꝓprium errorem cognoscet.

¶ Cap. ccxlvi. de his qui uadunt ad bellum, & aut sunt uulnerati, aut patiuntur iacturas propter socios.

ANgulus supremus non coniunctus, & prædictæ lineæ non distent notabiliter & sint ualde propinquæ, significant migrationem in bellum propter socios, & sunt aut cum eis uulnerati, aut propter eos patiuntur iacturas.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Aduertatis ꝙ totum istud cap. omnes sunt fabulæ Coclitis ac uaniloquia ipsius, unde & falsum est.

¶ Cap. ccxlvii. de his q̄ perueniūt ad diuitias ex alienis bonis.

LIttera. D. in radice solis bene disposita, diuitias alie- 1
nas seu iopiatas ascēdere prænotat. ¶ Lineæ ut stel- 2
læ in quadrangulo uersus naturalem, arguunt dispersionem substātiæ in aliquo tempore, et si ad paupertatem deuenerit & pauper fuerit ditabitur.

& nihil ei deerit, nam alienas diuitias amplectetur.

¶ Cap.ccxlviii. de his qui interficiunt uxores.



Igura.E.in triangulo arguit uirum cõtentiosum
1 habẽtem copulam cum uilibus fœminis, & raro
habebit desposationem optatam, & aliquãdo uxo
ris propriæ erit interfector. ¶ Caracter uel ali
2 quod signum Veneris, ut in suo loco pictum est in
2.lib. interfectorem mulierum aut propriæ uxoris aliquando
demonstrare dicemus.

¶ Cap.ccxlix. de his qui sunt infortunati causa mulierum.



Cutum, triangulus, aut sphærica forma in mõ
1 te Solis facit diligi a mulieribus, sed ꝑpter eas
damnum patitur. ¶ Si in fine lineæ cardiacæ
2 in monte policis reperitur forma ut stella, infor
tunium propter mulieres notat, et quot sunt stel
læ, tot sunt infortunia. ¶ Linea quæ dicitur uia lactea si repe
3 ritur cum sectione linearum & in residuo manus sit infortu-
nata. iacturas & infortunium propter fœminas denotare di
4 cas. ¶ Cingulus Veneris si est protẽsus cum trina portione,
infortunium propter fœminas testatur: præcipue ratione luxu
riæ. ¶ Mõs Veneris ualde eminẽs, lenis, et ex multis lineis ob-
5 sessus in modum ludi scacchorum infortunium propter fœmi-
nas arguit.

¶ Tricassius Mantuanus.



Vo ad primum signum huius capituli Conside-
randa sunt ea quæ dixi in cap.119. & propor-
tionaliter acõmodanda, ¶ In.4. autem signo
sciendum ꝙ cingulus Veneris per propria signi
ficationem non ostendit Damnum propter muleres aut propter
luxuriam sed solum hoc indicatur quando in Monte Saturni

inueniuntur

inueniuntur aliquæ lineæ (aut etiam in monte Solis) quæ sint intersecatæ a prædicto cingulo Veneris, siue eius partibus, & talia etiam infortunia non magis indicātur ex mulieribus prouenire q̃ ex quacunq; specie luxuriæ, sed uniuersaliter propter luxuriam ac eius bestialitatem. Verumtamen & aliquādo potest indicari particulariter propter mulieres aut aliquo alio particulari, prout aliis quibusdam signis comprehēdi potest in qua luxuriæ specie magis inclinetur. Hæcq; infortunia possunt esse & in substātia propria & in amicis ꝑm positionem loci in quo tales lineæ inueniuntur intercisæ, ut dictum fuit in chyromantia mea, figura. 33. & 36.

¶Cap. ccl. de his qui acquirūt filios nothos seu spurios.



Linea triplicata a radice policis oriēs quæ porrexerit se ad mōtem Iouis, facit ꝙ habētes gaudēt coitu, & acquirent filios spurios ex adulterio. 1
¶Mōs Iouis bene cōditionatus aliquādo et quasi semper filios spurios significat. ¶Dicit chyromāticus in sua exhausta chyromātia quādo inueneris apud radicem in mōte minimi aliquas lineas, tot filios nothos significāt quomodo ipse fuerint, & si tortuosæ fuerint, mortuos aut ignotos arguunt. ¶Si reperitur paruus punctus in radice indicis bene coloratus uersus dorsum in siluestra parte, unum filium nothum arguit. Si tendit ad domestica partem uersus intra filias fœminas arguit. Et quot puncti erunt, tot filios uel filias denotant.

2 3 4

¶Tricassus Mantuanus.



Iuxta opinionem communem ego quoq; iudicaui multotiēs filios spurios propter huiusmodi signa & in aliquibus subiectis, uerum id esse reperi, sicuti hic dicitur in. 4. signo, & in Chyromantia

mea figura.23. Attamen & cum his omnibus non multum ta libus inditiis ascentio. Nam hoc quod dicitur legittimus siue Il legittimus. omnia sunt ex nostra positione ac fantasia. Et enim omnes nati sunt ex uiro & Muliere. Et Vna Mulier ita est Mu lier sicuti & alia tales autem termini sunt termini legales & non phylosophicales, nec ad physonomos aut Chyromanticos spectant qui tantum indicant ꝭm complexionem & naturam hominum, & nō ꝭm originem aut Matrimonium. Attamē sciē dum ꝙ huiusmodi signa aut similia significant habere filios aut mulieres quæ tamen non amantur amore perfecto, & simi liter in talibus nullam perseuerantiam denotant. Quoniam au tem communiter accidere uidemus in filiis spuriis ac concubi nis, ideo & communiter dicitur talium signorum significatio supradictorum effectuum ostentatiōem cōnotare. ¶ Quo ad.2 signum nullā pænitus causam inuenio ex qua coniici possit, ut Mons Iouis fortunatus filios spurios significare iudicetur Nisi fortassis non chyromātiam sed uulgi opinionem imitatus di ceret, ꝙ eo magis quo quis nobiliori gratia ac eminētia ꝑdota tur eo et plures rerū differētias cognoscere cupit, siue experire desiderat. Et iō cū mōs Iouis fortūatus hētur sequitur ꝙ ipse ha bēs ex tali fortuna in dignitatē cōscendit, qua quidē adepta om nia sibi licere arbitrans, ex curiositate aut pasione, huiusmodi opatiōibus excitus spuriū ac illigitimorū, pricipiū originēue fo re necessitatur. Attamē et hæc istiusmōi iuditii cā ianis ē ac fri uola, & iuxta opiniōis meæ sentētiā. i hoc sicuti & in reliquis ex ꝓpria capitis leuitate loquutus ē. ¶ Quo ad.3. signū sciēdū ꝙ: si cōsideretur ut ipse exponit falsum est. imo dico ꝙ hmōi signa significāt simpliciter filios, siue filias (ꝭm ipsorūpositio nē) hoc. s. itelligēdo tā de filiis spuriis sicuti et de legitimis. Et hoc inditiū ē uerius oī alio i hmōi habito (quo ad cognitionē fi liorū) et qñ sūt aliquæ lineæ tortuose fœmias siue filias signifi

cat. si uero breues aut iterſecte et male apparētes fuerit abhortiuos ſiue morituros, ſignificant. Et hoc expiētia teſte cōprobaui. ¶Cap. ccli. De his qui habēt ſignum ꝙ ſunt ſpurii.

DIcūt aliqui ſi linea uitæ ſit a parte ſuperiori magis lata quaſi ſi lineæ cōditiones transcēdat ſignificat aliquem eſſe ſpurium, quod nūquā uidi. Si minimus digitus cum ſua ſummitate nō attingat uſq; ad ultimam iunéturam medici ſpurium eſſe pen.tus indicat, ut habeo in manu mea ad amuſim, tamen nō mihi' diſpliæt. Habeo diis gratias ꝙ nō me iumentum formicā ſeu muſcā eſſe uoluerūt. ¶Tricaſſus Mantuanus.

ET multos ſpurios inuen qui tamē nullū horū ſignorū in ſe habebāt. Et adhuc aliquos ſpurios reperi qui cū digito Auriculari ad mediū. 3. iūctu re Anularis attigebāt. Enimuero hoc interpretari pōt ꝙ illud met ſignificatū retinet quod ēt quādo eſt diminutus. ¶Primū aūt ſignū magis ꝓprie ad homicidiū ꝓnū idicat, et hoīem Iracūdū ſignificat. Vt tamē ueridica doctria hētur, ſigna, huiuſmodi ꝓprie ſignāt illos filios qui ab alieno uiro ꝓpagātur, aut ēt muliere. ſ. qñ alterū eorū, aut melius utrūq; ſunt cōiugati. ¶Cap. cclii. de interpretatoribus ſōniorū.

¶D. figura i loco ueneris iterꝑtatorē ſōniorū faciūt et demōſtratorē rerū occultarū. Illa ſigna quæ diximus i cap. de phyloſophis & auguribus cap. 208. &c. huc ꝑ uiā diſiūctā deducēda ſunt. ¶Cap. ccliii. De his qui ſunt occulti animi.

LIneæ pulchre & clare i digito mimo aut i mōte latētē aīm arguunt adeo ꝙ nullus cognoſcit in 1
triſecū ſuū. ¶ Si media nālis ſimul cū linea cor
dis ſupius angulum ſtrictum efficiat ælatum 2
animum ſignificat et hominem boni cōſilii ſecundum leophritū

3 & ita ego testor. ¶ Ait Mercurius, si linea mensalis in directo
indicis aut medii bifurcata fuerit, cælati animi & occultæ cō
scientiæ uirum indicat, alii dicunt, quādo est bifurcata absolu-
4 te in quocunq; situ, animum occultum declarat. ¶ Dicunt rece-
tiores, si a linea mensali emergit una linea subtilis & limpida
se extendens per mōtem minimi, consilium bonum & animum
5 occultum testatur, & ita etiam Vgo confessus est. ¶ Non est cō
fidendum de his qui habēt animum occultum, quia habēt uul-
pinos mores, & tales utplurimum sunt saturnini. Ideo linea sa
turnina a rasetta ad radicem medii protensa cum equali pro-
portione, animum uulpinum occultū atq; maleficum denotat.

¶ Tricassius Mantuanus



Quo ad tertium signum huius capituli, scien-
dum est q nō semper dicitur mensalis bifurca
ta quotienscunq; reperitur in fine duplicata.
Nam aliud est intelligendum quādo est ramu-
sculosa, & aliud quādo est bifurcata, ramuscu
losa quidem intelligitur quādo ramos in longum protēdit, bi-
furcata uero intelligitur quando rami sunt curti, aut unus est
breuis, alter longus, omnes tamen ad eandem uiam tendunt.
¶ Quo ad quintum signum sciendum q multiplex est diffe-
rentia hominum taciturnorum siue qui sunt naturæ Saturni et
secreti. Et ad clariorem noticiam, Not. q quādo quis reperitur
qui sit taciturnitas ex natura sua & habet os paruum, aut
labia prominentia, aut supercilia simul iuncta, aut grossa, non
de facili est illi fidem adhibenda, nam utplurimum sunt prodi
tores. Si qui autem habeant frontem mediocriter latam & in
aspectu graues, oculosq; habeant aliquantulum magni & la-
bia proportionata, & hi sunt fideles & secreti, & huiusmodi
grauitatem in aspectu notant.

¶ Capitulum ducentesimum quinquagesimumquartum. de insania atq; stultitia.



On est dubium quod omnes homines aliquãdo stulti uocari possunt. Et si fiat comparatio, nullus est adeo sapiens, nec tantæ uir excellentiæ qui quandoq; non sit stultus in aliquo casu. Vulgus indoctum eos peritos esse putat, ac sapiẽtes qui bonam habẽt exteriorem fortunam. Aliqui sunt iracundi et qui a passionibus uincuntur, nec iræ frenum imponunt. Hos uulgus fatuos appellat, sunt hi tamẽ post discessum iræ rectissimi discussurus boni cõsilii. Non est meũ hoc in loco distinguere species stultorum, cum infinitæ sint. Fatuos appello illos qui quando quieti sunt carent recto discursu ac ratiocinatione. Aliqui fatuos appellant illos qui sunt nimiæ instabilitatis. ¶ Lineæ igi- 1
tur obscuræ in digito minimo indicãt intellectum malum, & sine stabilitate, nec habent in suis rebus fundamentum, et sunt audaces & stulti. ¶ Si ex tribus lineis triangulus in nulla sui par- 2
te coniungatur, stultitiam ostendit. ¶ Si media & cardiaca li- 3
nea non coniungantur simul, sed distant ab inuicem prædictæ duæ lineæ notabiliter purum spacium dimittentes, tunc significãt uanos ac inutiles proferentes sermones. ¶ Si quædam linea 4
aspera & tortuosa descendat inter medium & medicum, ab earum radicibus stultitiam & temeritatem ostendit, ut antiqui & nostri tenent. ¶ Si mensa manus constituitur ab inequa- 5
li spacio, complexionem malam ostendit, & negocia agentem cum fatuitatibus. ¶ Vna linea cum diuiserit infamem, insa- 6
niam dicunt notare. ¶ Digiti grossi & breues quãdo palma manus est curta, stultitiam denotant. ¶ Digiti subtiles plusquã decet, stultitiam penitus significant. ¶ G. figura in triangu- 7
lo, dementiam ostendit. ¶ Si linea media naturalis in fine sui 8

10 multum ad digitos inclinent, maximam stultitiam arguit.
11 ¶ Si quædam crux reperiatur in digito auriculari, fatuita-
tem dicunt denotare. ¶ Si in triangulo tale signum. E. appa-
ruerit, in uiris dementiam significat. ¶ Si duæ lineæ proce-
dant a restricta in fouea manus uersus montem, & in medio
sunt mutilatæ seu disiunctæ, & postea reuniantur. Ignarum et
obtusum arguunt ingenium, mortem instar fatui in patria obi
12 turum, tamen caret sensu, ut dicunt multi, præcipue Coruus in
13 suis picturis. ¶ Inquit Vgo ꝙ ungues oblongi & angusti, sto
liditatem atq; ferocitatem denotant. ¶ Dubitant aliqui super
problema Aristotelis dicentis. Cur ingeniosi melancolici sint,
quia in re platonicum illud quod in libro de scientia scribitur,
confirmauit. Ingeniosos, uidelicet plurimum concitatos furio-
sosq; esse solere. Quod idem Plato in phedro apertissime pro-
bare uidetur, dicens. Poeticas fore frustra absq; furore pulsa-
ri. Sed hunc forte diuinum furorem uult intelligi. Tamen neq;
furore eiusmodi apud phylosophos, nulli præter q̃ melancholi-
ci concitantur, ut multi illustres declarant, & præcipue Mar-
silius Ficinus in libro de uita sana, siue de cura ualitudinis eo-
rum qui studiis litteralibus inuigilant, capitulo quinto, addu-
cendo multas celeberrimas ac solemnes rationes ut doctissimus,
dicens. Melancholia, idest, atra bilis est duplex. Altera quidem
naturalis a Medicis appellatur. Altera uero adustione contin-
git. Naturalis illa nihil aliud q̃ densior quædam, sicciorq;
pars sanguinis. Adusta uero in species quattuor distribuitur,
aut enim naturalis melancholiæ, aut sanguinis purioris, aut
bilis, aut salsæ pituitæ, combustione concipitur. Quæcunq;
adustione nascitur, iudicio & sapientiæ nocet. Nempe dum hu-
mor ille accenditur, atq; ardet, concitatos, furentesq; facere so-
let. ¶ Quam Græci apertissime maniam nuncupant, nos ue-

ro iracundiam aut furorem esse dicimus. At quando iam extinguitur, subtilioribus. caloribusq; partibus suis resolutis, solaq; restante fuligine tetra, ignaros, insipidos, stolidos reddit stupidos. Quem habitum proprie melancholicum habitum, amentiam, stultitiam, & uerecundiam ipsi diuulgatissime appellant. Sola igitur atra bilis dicitur illa quam diximus naturalem ad iudicium nobis sapientiamq; cõducit. Neq; tamẽ semper. Sane si sola sit atra nimiũ, densaq;, mole obfuscat uitales spiritus, terret animum, obtunditq; ingenium. Si uero pituitæ simplici commisceatur cum frigidus obstiterit circum præcordia sanguis crassa ex quadam frigiditate, ignauiam, ac signitiem adducit atq; quendam torporem. Atq; ut densissime cuiusq; materia natura est, quando eiusmodi melancholia frigescit, ad summum gradum frigiditatis intenditur. Quo in statu nihil speratur, timentur omnia, tædet cœli connexa tueri. Si uero bilis atra, uel simplex, uel simul admixta putrescit, quartanam gignit febrem, lienis tumores, & multa alia quæ sunt generis eiusdem. Vbi minus exhuberat, siue sola sit, siue coniuncta sit, pituitæ spiritus crassiores facit, atq; etiam facit ipsos frigidiores. Continuo animum afficit tædio. Mentisq; acumen hæbetat, nec salit cardiaco circum præcordia sanguinis. Oportet autem atram bilem neq; tam paucam esse, ut sanguis, bilis spiritus quasi freno careant. Vnde propter hoc instabile ingenium, labilemq; memoriam esse contingat. Neq; tam multam ut nimio pondere, prægrauati, dormitare, atq; egere calcaribus uideamur. Proinde necessarium est omnino eam esse, quod ad eius natura patitur subtilissima. Si enim tenuata pro natura sua maxime fuerit, poterit forsitan absq; noxa etiam esse multa atq; etiam tanta, ut equare bilem saltem pondere uideatur. Abundet

igitur atra bilis, sed tenuissima. Nõ careat humore subtilioris pituite circumfuso, nec arescat prorsus durissimaq; euadat. Nõ tamẽ misceatur omnino pituite p̄sertim uel frigidiori uel multe, ne frigescat. Sed bili sanguiniq; adeo misceatur ut corpus unum cõficiatur ex tribus dupla sanguinis ad reliqua duo proportione compositum. Vbi octo sanguinis partes, duæ bilis duæ iterum atre bilis portiones existant. Accendatur aliquantulum a duobus illis atra bilis, accensaq; fulgeat nõ urat. Ne quẽ admodum solet materia durior. Dum feruet nimium uehementius urat. & cõcitet. Dum uero refrigescit. Similiter frigescat ad summum. Bilis enim atra ferri instar, quãdo multũ ad frigus intenditur, friget ad summum, quando contra ad calidum ualde declinat calet ad summum. Neq; mirum uideri debet atram bilem accendi posse facile, atq; accensam uehemẽtius urere. Si quidem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim atq; exurere. Tantam ad utrumq; extremum melãcholia uim habet unitate quadam stabilis fixeq; naturæ. Quæ quidem extremitas cæteris humoribus non cõtingit. Sũme quidem calẽs summam præstat audaciam, immo ferocitatem, extrema uero frigẽs timorem ignauiamq; extremam mediis uero inter frigus & calorem gradibus affecta uariæ, affectus producit uarios nõ aliter q̃ merum præcipue potens, bibẽtibus ad ebrietatem uel etiam paulo liberius affectibus inferre
No.3. uarios soleat. Igitur oportũc tẽperata sit atra bilis oportet quæ cum ita moderata est (ut diximus) & bili sanguiniq; permixta, quia & natura sicca est & cõditione q̃tum ipsius natura patitur tenuissima facile ab illis accenditur, quia solida est atq; tenacissima, accẽsa semel diutissime flagrat. Quia tenacissime siccitatis unitate potentissima est uehementius incalescit, quem admodum lignum paleis si utraq; accẽdãtur, magis diutiusq;

calet & lucet. Atq; a diuturno uehemētiq; calori fulgor ingēs motusq; uehemens & diuturnus proficiscūtur. huc tēdit illud heracliti. Lux sic anima sapiētissima. ¶ Cōcludamus igitur ſm illustres quod Aristoteles intelligit de melācholia sanguinea, quæ pascitur in materia humida. Vnde Galenus in libello de incantatione adiuratione & colli suspensione. Si quis inquit dixerit humores corporis mutatos immutare actiōem animæ ut animæ actio mutata eosdem non mentitur, quod certificatur quia cum complexio cholerica dominatur, fit ide iracūdus, & ecōtra in sepe irascētibus cholera rubea augmētatur, necesse est complexionem anime corporis complexionem imitari & corpus animam. Iterum Galenus intellectus & scientia in anima ex complexione augmentatur colerica, continentia & studiositas ex melācholia deambulatio uero & delectatio ex complexione sanguinea. Flegma nihil adiuuat uirtutem anime nisi ex prima gustatorum. Intelligas ergo uerba, Galeni quam rē ego propter prolixitatem relinquo. nec explanare curo, quia non cōtradicūt uerbis Marsilii immo ea corrobrāt. De cōditione planetarum effluentium ingenium lucidissimum, dixit præfatus Marsilius in cap. 6. adde ꝙ quemadmodum in superioribus significauimus animus instrumento siue incitamento huiusmodi quod centro mundi quemadmodum cōgruit, atq; (ut ita dixerim) in suum cētrum animum colligit, semper rerum omnium & cōtra petit & penetralia penetrat. Cōgruit insuper cum Mercurio atq; Saturno, quorum alter altissimus omniū planetarum inuestigantem euehit ad altissima. Hinc phylosophi singulares euadūt, præsertim cum animus sic ab externis motibus atq; corpore proprio se uocatus, & quam proximus diuis, et diuinorū instrumentum efficiatur unde diuinis influxibus oraculisq; ex alto repletus noua quædam inusitataq; sem-

per excogitat, & futura prædicit, quod nõ solũ Democritus atq; Plato affirmãt: sed ẽt Aristoteles in ꝓblematũ libro, & Auicẽna in libro diuinorũ, & i libro de aĩa cõfitẽtur hæc ille. Quã
No. 4 do igitur uides effigiẽ habẽtẽ saturnũ cũ cõmixtiõe, Mercurii. Hi tales sunt inuestigatores atq; scrutatores naturalis cursus & futurorũ præsagia amplectũtur. Scias quod istud quod dictũ est superius est per accidẽs. Quoniã ueri phylosophi atq; ingeniosi naturales habẽt cõplexionẽ equalem, quos philosophus in phisonomia appellat bene natos, & nõ facit mẽtionẽ de melãcolicis ingeniosis, & ita scripsit Rasis in secũdo ad almãsorẽ, & Cõciliator in sua physonomia ut ĩ primo physonomie patet. Tamẽ quãdo isti bene nati sunt a natura ꝓni ad phylosophicam acuitatẽ ꝓpter studiũ & cõtinuã imaginationẽ sanguis atq; humores aliquãtulũ ingrossantur præcipue in organo fantasiæ & respectiue appellãtur melãcolici præcipue cõparãdo ad flegmaticam cõplexionẽ & sic habes ueram solutionẽ. s. ꝙ omnino phylosophi habẽt animã nõ imersam materie & a cœlesti numine eleuãtur ad ultimã cognitionem atq; ingenii acumen.

¶ Tricassius Mantuanus.



IN signo. 8. huius cap. uideatis. 226. cap. signo. 5. ¶ Quo aũt ad digressionẽ illã i qua multa ꝓponit sciẽdũ circa illã sciẽtiã quã cõfirmat heracliti auctoritate, ꝙ quãdo talis adustio est tẽperata. s. ꝙ nõ est adeo accẽsa ut ẽ ex supflua habũdãtia uaporis thetri & obscuri. aut ꝙ ꝓpter multiplicẽ fantasticationẽ aut cõtinuã imaginationẽ ipsa uirtus fantastica nõ dissoluitur nec spẽs ĩuicẽ cõfundũtur ꝓpter debilitatẽ ipsius fantasiæ (ut dictũ fuit i. 3. cap. 208.) ex ipsa malãcholia. aut adustione tẽperata ĩ ipsa aĩa siue ĩ ipsa fantasia quædã. abstractio ab hmõi rebus familiaribus ex qua cãtur ueluti lumẽ quodã cũ aliquali

spirituũ uiuacitate ac igenii pſpicuitate i quacũq; opatiõe aut exercitio cuiuſcũq; ſciæ ac facultatis taliſq; uiuacitas ꝓuenit ex aduſtiõe ipſius atre bilis quæ qdẽ accẽſa exiſtẽs ſed nõ cũ uehemẽtia magis autẽ tẽperatæ ipſi ſpũs uitales calidiores promtioreſq; i ipſa opõne fantaſiæ reddũtur. Et hoc ẽ ꝙ Galenus. 2. loco dicit ꝙ ſcia i aĩa pp cõplexionẽ colericã augmẽtat. ¶ Vnde uidemus aliquãdo ꝙ aliqui i diſputatiõibus, aut lectiõibus, aut i alio quolibet exercitio qui ad iracũdiã ꝓmoti ab ipſa memoria ſubito uagãtur uirtutẽ ipſius fantaſiæ depdẽt. Et hoc ꝓuenit quia dũ i ira accẽdũtur nõ ſũt tãtæ uigoroſitatis aut uirtutis ꝙ ꝑualere poſſint ad diſcernẽdũ ſigillatim ipſas ſpẽs ab inuicẽ pp ipſius caloris nãlis debilitatẽ q̃ qdẽ accẽdit ſed qm̃ ſubiectũ illd' ẽ naturæ frigide aut flegmatice nõ ꝑualet ipſi humiditati aut frigiditati Ita ꝙ uapores quidẽ illi mouẽtur & aſcẽdũt ſed nõ ſũt clari et lucidi imo obſcuri humidi, & uiſcoſi qua tenebroſitate ac obſcuritate ipſi ſpiritus uitales remanẽt ueluti ſtupidi nec ſollto p meatus ſuos diſcurrere ualẽt, et ſpẽs ac fantaſmata remanẽt diſpſa ac diſgregata. ¶ Alii aũt ſũt qui quotiẽſcũq; i diſputatiõibus aut lectiõibus ad iracũdiã ꝓuocãtur prõptiores reddũtur multaq; ſibi fãtaſmata occurrũt per optima nulla tamẽ hita ꝑmeditatiõe. Et q̃uis aliquãdo i uerbis iracũdis ꝓrũpãt, ueluti extra ꝓpõſitũ, attamẽ hoc nõ ex offuſcatiõe ipſius fantaſiæ prouenit magis aũt ex animi eleuatione ac ingenii ſublimitate ipſoſq; audiẽtes idignos eẽ taliũ ſecretorũ diiudicãtes, aut eorũ ignorãtiã cõſiderãtes ex hoc ꝙ ea quæ ex ſui igenii pſpicacitate euidẽtiſſima apparẽt eos latẽt, dedignati illos uilifaciũt. ¶ Alii quoq; ſunt qui in aliqua ſtimulatione ſocolaſtica ad iracũdiam prouocati ad ſtudium accedent & in una hora magis proficient q̃ alio tempore in duabus, & hoc quia ꝓpter cholerã ſupradicto modo accẽſam calore na-

turali in propria uigorositate persistēte tales uapores in materiam subtilissimam resoluūtur proproter quod fantasia uigoratur insimul cum ipsis uitalibus spiritibus ac facillime per proprios meatus decurentibus. ¶ Quo autem ad id ꝙ dicit in principio. 4. Not. s. ꝙ prædicti effectus (quo ad sapiētiam cōsequēdam) dicūtur esse per accidens. Sciendum est ꝙ non omnes illi qui sunt talis nature aut talia accidētia incurrunt possunt nec debēt dici sapiētes immo q̄uis talis natura aut accidētia causent supradictos effectus attamen pauci sunt qui in se habeant talem temperantiam aut talem perfectiōem attingāt. Et hoc pluribus de causis quæ non solum impediunt tales effectus, immo & omnia in contrariū operantur. s. ꝙ faciūt homines in fatuitatem ac stulticiam prouenire. ¶ Prima namq; est ꝙ homo nō cognoscit seipsum, & quando accidit sibi talis abstractio nescit a nociuis aut cōtrariis abstinere utpote, ab aliqua graui fantasia, siue tristitia aut ab aliqua uehementi imaginatione debent quoq; proficuis uti ut potc acris mutationem, aut habitatiōis transmigratione, & cum sociis in iocis cōmorari. Et hoc per maximæ obseruandum in principio nā post permittunt se regi nisi uiolenter. ¶. 2. est ꝙ quādo iam sunt in huiusmodi infirmitate prolapsi Medici multotiēs nō cognoscuntur qua infirmitate grauētur et sic dāt medicinas improportionatas primum autem remedium est caput purgare ac fantasiam adiuuare q̄uis aliqui cum suis fabulis obloqutionibusq; dicāt primo deberi stomachum purgare quoniam ab ipso mali humores ad caput ascendunt. Ego autem dico ꝙ primo debent iuuare ac purgare caput, non ꝙ totaliter possit purgari nisi prius euacuato stomacho, sed dico primo caput purgari inquantum euacuari ab huiusmodi humoribus thetris & obscuris, & si nō in toto saltem in parte. Postq̄ autē aliqua

liter caput eleuatum fuerint purgandus est stomachus & caput simul ratio autem huius est quoniam ubi maius periculum imminet ibi & maior cautella est adhibenda.et primo. Maius autem periculũ imminet ab ipso capite q̃ a stomacho, quia stomachus semper potest iuuari nõ autem caput nisi cum maxima difficultate, Igitur primo iuuãdum est caput. Et enim & si caput non possit iuuari nisi purgato stomacho potest tamen coroborari ne deterius fiat, sicq; simul facilius & caput et stomachus liberantur. Et hoc ex experientia percepi anno domini.1522.in quodam qui grauiter in huiusmodi infirmitate laborabat, & si bene recordor. Sebastianus uocabatur. Medici nã ꝙ per.3.menses cõtinuos nil aliud dicebãt nisi stomachũ fore purgãdũ, nihilq; ꝓficiebãt, nec ĩ aliquo minimo. Tãdẽ aũt desperati dederũt sibi potionẽ quadã quæ dicitur hãc uirtutẽ habere ut mirabiliter cærebrum clarificet, qua accepta paululum dormiuit surrexitq;, & sicuti a somno ita & a tali fatuitate quodãmõ uidebatur liber, sicq; paulatim cõualuit. ¶ .3.autem causa est ꝙ aliquando hi qui talibus accidentibus prægrauantur, nec patrociniũ aut auxilium habẽt quo liberari possint nec persemetipsos ualẽt adiuuari. ¶.4.uero & ultima causa est quia cõiter ex huiusmodi accñtibus ac hũoribus generatᷓ quædã timiditas ĩtrinseca, & qui uidẽtᷓ sc tali ĩfirmitate prægrauari timent ne sibi deterius aliquid contingat sic studium dimittũt. Et reuera fortassis sibi melius cõtingit saniusq; uiuunt. ¶ Alias quoq; multas fabulas Cocles ipse scribit quas tamen obmitto tanq̃ inutilia.

¶ Cap.cclv. De depredatoribus uiarum.



Ineæ obscure in monte aut radicæ in digito minimo & circumcirca obscure, arguunt mendacium, & tales sunt expoliatores & insidiatores

& ad omnia maleficia parati. Ego puto ꝙ ipsi habeant conue-nientiam cum duabus infortuniis .s. marte & saturno. Plures no tavi angulum supremum valde infimum habere cum tubercu-lis infortunatis. Aliquādo tres lineas principales tantum. An-gulum etiam supremum valde separatum cum lineis crassis nō
2 circunscriptis idest sine equali colore. ¶ Cardiaca & media non coniuncta adeo ꝙ spacium sit callosum, aut durum vel sic
3 cum obsessores, & insidiatores marum arguit. ¶ Crasse quidem manus digitos si breues habuerint ultra mensurā ter-giversatorem & furē insidiosum denotat. Vniuersaliter enim isti tales sunt adusti melanholici. Adustio enim iuditio & pru-dentiæ nocet. Ideo tali malefica & nefaria actione utuntur.

¶ Cap. cclvi. De his qui exercent opera demoniorum.


I inueneris in mōte auriculari. D. figuram turpē & male coloratam seu non crcumscriptam indi cat quandoq; opera demoniorum. Quando linea Epatis & saturnina cum media naturali in fine causat triangulum significat dispositionem ad opera demonio rum & nigromanticam facultatem.

¶ Tricassus Mantuanus.


Ecundum signum huius cap. non est pefecte ex positum, immo & alia linea requiritur quæ .s. intersecando lineā Epatis ipsi Naturali unitur Et adhuc omnia hæc ex suo proprio significa-to non declarant Nigromātem esse, magis autem hominem ad omnes scientias idoneum. Enimuero si ad Nigromantiā accesse rit aut ad quācunq; aliarū sciētiarū. mirabiliter euadet eritq; perscrutabilis ingenii in omnibus quæ ad huiusmodi scientias contingere possint.

¶ Cap. cclvii. de his qui diligunt paruā puellā stricte uulue.

SI.D.littera pulcherrima atq; bene conditionata fuerit in minimo tuberculo significat inclinationem ad paruas puellas similes pigmeis & etiam ad mulierculas paruas mamillas habentes & strictam uuluam.

¶Cap.cclyiii.de his qui destruunt maternam substantiam.

Littera.A.in loco lune denotat eos uel eas qui maternam substantiam consument.

¶C.cclix.de his q̄ uexātur ab īfirmitate lōga

Littera. C. in loco Lune declarat hominem ab infirmitate longa uexari.

¶Capitulum.cclx.de his qui patiuntur infamiam aut certamen propter fœminas & quādoq; ex tali causa perueniunt ad inopiam.

SI in radice brachii prope montem policis iuxta lineam uitæ reperiantur tres uel plures stellæ accusationes & diffamationes propter mulieres ostendunt. Multum eum conabuntur mulieres aggrauare finaliter euadet ut expertus sum. ¶ Stella in 2
monte policis risum & letitiam cum mulieribus significat interdum concubitus ꝑpter quod in certamen in uilipensionem et ludibriū habēs incurrit ut ego sepe expertus sum. ¶Tubercu 3
lus policis si sit craticulatus paupertatē & inopiā mulierū cā indicat ut prisci atq; moderni autumāt. Similiter & Tuberculus minimi craticulatus. ¶Linea quædā inciās a rasetta uel 4
a līea cardiaca extēdēs se p caueā usq; ad tuberculū mercurii si a pluribus lineis īter secabitur uel unica tātū ut crux mulierū cā maximū dānū iacturas īcōmoda & īfamiā ostēdit, & forte habēs incarcerabitur ut milies notaui. Antiqui uero ꝑcipue. Arabes & Alpharabius talem lineam uocant uiam lacteam.

5 ¶ Quando inuenies mensalem quæ in fine aut prope ipsam di-
uidatur, duosq; efficiat ramos, unum ad indicem, alterum ad
medium deuenientem, arguit infortunium propter fœminas,
uerum est nisi frāgeretur, sed si recte iret ad medium, pericu-
6 lum in uita significat. ¶ Qui habuerit lineas subtiles in radi-
ce Solis plusq̄ alibi, a muliere, uel per mulierem læsionem patie-
7 tur. ¶ Duæ lineæ equedistantes bene apparentes & boni colo-
ris a mensali tendentes usq; ad radicem medici uel prope, signi
ficant eum qui habent curam magnam de mulieribus, et dam-
na occasione earum habebit, ut tradunt aliqui. ¶ Figura sphæ-
8 rica, aut scutum in monte anularis, significat aliquem esse di-
lectum a mulieribus, & tamen ab eis damna patietur.

¶ Tricassius Mantuanus.



Irca. 4. signum huius capituli sciendum ꝙ Co-
cles male exponit talem figuram siue lineam,
nec eius propriam positionem describit. Nam
s̄m ipsius proprium situm aut positionem non
egreditur a uitali, immo a rascetta, & aliquali-
ter uersus montem manus, sicuti etiam ipse Cocles dixit alibi.
Vnde ipsius lineæ principium est a rascetta. ¶ Quo ad. 7. si-
gnum sciendum ꝙ illa expositio est diminuta, quoniam tales
lineæ debent esse intersecatæ, & hoc a cingulo Veneris.

¶ Capitulum. cclxi. de his qui perueniunt ad seruitutem &
captiuitatem.



Vædam linea si oriatur a radice brachii et ua-
dat per rascettam manus, & sit tortuosa, &
male disposita, talis libertate priuabitur, et ad
1 seruitutem redigetur, & fortaße condemnabi-
2 tur. ¶ Quando linea media & cardiaca non
bene coniunguntur simul, sed distant ab inuicem prædictæ duæ
lineæ

lineæ notabiliter purum spatium dimittentes significat proni tatem ad captiuitatem. Et si captus fuerit nunq̃ liberabitur ex quacunq; radice fuerit. Si tuberculi fuerint ĩfortunati, & alia eis cõnexa. ¶ Mensa manus inordinate stricta & inequalis ad 3
seruitutem captiuitatem inducit. ¶ Dicunt quidam quorum 4
nomina ignoro linea in rasætta obliqua & incõtinua secãs triã gulum miserum seruum uel captiuum inducit cum obtusitate
ingenii. ¶ Quadrangulus aut figura quadrata & oblonga 5
cum utrisq; lineis in capitibus extensis in loco saturni captiui-
tatem & seruitutem dicit anthiochus denotare. ¶ Scala uel 6
craticula in loco Saturni seruitutem & captiuitatẽ minari pu tant aliqui. ¶ Si bine linea a rasætta oriuntur & ad radicem
minutuli peruenerint seruum peregre proficiscẽtem, sed ualde 7
seruituti atq; captiuitati subiectũ eẽ existimãt aliqui. ¶ Quã 8
do una linea procedat a rasetta in concauo manus, & se extẽde rit, & curuetur secando lineam uitæ per mõtem policis significat seruum propria uita chariorem aliquem amisurum ut scribũt aliqui. Scias q̃ usq; ad hũc diem de seruitute & captiuitate nunq̃ pronosticaui excepto. Quãdo angulus supremus est in concauo & residui tuberculi sunt infortunati, atq; articuli crassi ad seruitutem et captiuitatem multos peruenire notaui. Et multos a captiuitate liberos factos qui tale signum habuerunt, propter tuberculos fortunatos, & residuam corresp̃odentiam annexam, ex quo liberati fuerũt sed semper locum saturni isti tales habent infortunatum.

¶ Tricassus Mantuanus.



IN. 6. signo sciẽdum q̃ proprie tale signũ significat inimicitiam cum Nobilibus ac dominis. Dãnum quoq; in substantiam ostendit. Vnde & carcer. hac de causa ẽt ostẽditur affuturus. ¶ Quo

ad.7.signum sciẽdum ꝙ tales lineæ nõ debent habere pricipiũ ab ipsa rascetta uersus uitalem, inmo uersus mõtem manus. ℭCirca.8.uero.Not.ꝙ talis linea debet habere principium circa medium brachii & flecti in uitale. ℭSecundo sciẽdum ꝙ nõ solũ Cocles nõ exponit hoc signũ ut decet. sed nec ẽt eius significatum declarat. Non.n.hoc signũ significat amissionẽ seruitoris carissimi sed uniuersaliter significat amissionem personæ carissimæ sicut etiam superius dixi. Et miror quomodo hũc signum huc apposuerit cum non conueniat. ℭ.3. sciẽdum ꝙ hæc linea pluribus in locis reperitur, sed cõius iuxta Angulum dextrum quo autem magis talis linea uersus ipsam Rascettam reperitur eo adolescentior talem personam amittet, & econtrario quando est uersus concauum. Et eo magis significat minorem affinitatem siue consanguinitatem sibi fore cõiunctũ quo in illa circumflexione a uitali elongatur. Quo autem uersus ipsam uitalem restringitur. significat sibi in affinitate aut parẽtela coniunctum. Ita ꝙ talis potest esse aut Pater aut Mater, aut etiam alter aliquis ab eo amatus, aut etiam sibi utilis.

ℭCapitum.cclxii. De illis qui in ꝓpria patria sunt morituri.

NOn reperio apud antiquos nec apud modernos magnam obseruationem de illis qui in propria patria moriuntur, sed ego quando uellem hoc ꝓnosticari cogitarem utrum sint signa significantia exilium aut mortem extra patriam. si non inuenirem talia signa in propria domo & patria esse morituros pronosticarer. Notaui plures habentes signa significantia itinera et in illo anno & etate habere signa magna egritudinis, præsertim linea cardiaca ualde fracta. Et itinera fieri in illo tempore & extra patriam aliquem infirmari, & de tali infirmitate mori. Tamen dicunt aliqui. quando linea uitæ continua sine inter-

sectione fuerit arguit in propria patria mori.

¶ Tricassus Mantuanus.


Vamuis superficialiter uideatur istud cap. nihil aut parum in hac scientia afferre, attamen si recte cōsideretur. est magnæ utilitatis ac corroborationis In ipso. n. demonstratur quædam regula uniuersalis ī omnibus istiusmodi iudiciis obseruāda. s. ex una significatione unoq; effectu alium etiam effectum cognoscere. enimuero multi alii effectus sunt per quos etiam hanc significationem habere possumus. Et hoc est quādo. s. ostenderet aliqua signa quæ ipsum indicarent hominem proprii capitis esse, aut hominem in indagandis perquirendisq; scientiis curiosum diuersas peragrare prouincias. Et etiam quando esset homo malignus & iniquus ut fur & latro, q̄uis etiam multotiens in propria patria puniantur. Quo autem ad id quod in fine dicit de ipsa uitali, falsum est Nam pleriq; sunt qui in sua senectute moriuntur, & tamen extra patriam.

¶ Capitulum. cclxiii. De auaritia.


Varitia est radix & mater omnium malorum. Diues auarus semper miserrimus existit quia nō utitur diuitiis pro se sed posteris seruat. et sibi indigentiam retinet. Dicit enim Ysidorus in decimo ethimologiarum. Auidus dicitur ab auendo, auere enim est cupere hinc & auarus. Nam ꝙ est auarum est progredi ultra q̄ sufficit auarus ex eo dictus est ꝙ sit auidus auri, & nunq̄ opibus expellatur, & ꝙ quantū plus habuerit tantum plus cupiat. Flacci super hoc concordante sentētia qui ait. Semper auarus eget. & Salustius ꝙ neq; auaritia copia neq; īopia minuatur. ¶ Si pollex uersus alios digitos & alii uersus policem inclinantur auaritiā cū uersucia arguit. ¶ Digiti collecti adeo

ut per eos coniunctos aer nõ trāsparedt & sint conglobati aua
3 ritiam cum malignitate declarant. ¶ Si linea uitæ in superio-
ri parte incessum habet tortuosum cum rubore auarum osten-
4 dit illum et uitiosum. ¶ Si linea media naturalis sit ualde cur
ta ita ꝙ non exeat medium concauum manus hominem paui-
5 dum & auarum & modicæ rationis ostendit. ¶ Si spatiũ triā
guli fuerit paruum & specialiter si non sit coloratum auari-
tiam arguit & male naturæ & infames cum rigiditate suæ
6 naturæ ¶ Quando angulus supremus situatur in concauo ma
nus quasi ex opposito illius spatii quod est inter indicem & me
dium significat miseriam & auaritiam circa cumulationem
7 pecuniæ cum maxima sollicitudine. ¶ Quando angulus dex-
ter fuerit acutus significat auarum. Et quanto acutior & tan
8 to magis auarum significat. ¶ Si prope mensalem & auricu
larem sit aliqua linea a mensali porrecta tendens uersus digi-
tum auricularem recta & subtilis in uiris auaritiam & sce-
lus uel sceleris alieni conscium significat & secundum Vgonẽ
hominem scientem dare consilium indicat. ¶ Si quadrangulus
9 sit arctus & strictus uel inequalis significat auaritiam et de
ceptionem omnino ut per chronicā obseruationẽ uisum est. ¶ Si
10 quis ab assidua consuetudine habuerit quod teneat policem clau
sum inter alios digitos auarus est ꝙ hoc ego milies notaui.
¶ Si linea mensalis cum media naturali clauditur adeo ꝙ an
11 gulum causet auaritiam maximam denunciat ut dicunt qui-
12 dam. ¶ Digiti grossi & parui & curua palma, & curta.s.
ipsius palmæ aut si digiti in extremitate flectuntur uersus
dorsum manus auaritiam designant. ¶ Dicunt quidam quo-
13 rum nomina ignoro. Quando inuenitur in mensali aut prope ip
sam diuidatur duosq; efficiat ramos unum ad indicem alte-
rum ad medium tendentes auaritiam deceptionem & perfi-

diam significari. ¶ Quando linea saturnina oritur a rasætta & extenditur per palmam usq; ad radicem medii auaritiam designat præsertim si mõs medii abundat multis lineis, ut quasi semper notaui & præcipue in quodã magno præcipue. Scias ꝙ auaritia procedit ab imperfecto discursu & a complexione frigida, aut a complexione ualde calida in organo imperfecto, utputa cum caput est sphericum aut pineatum. Sũt tamen aliqui, qui propter discursum bonum non abiiciunt diuitias, discurrendo & suspicando de decrepitate aut de filiis, ne in futurum careant bonis aut indigeãt, & isti mensurãtur in suis negociis & istos ego tenaces appello ut multos notaui, uniuersaliter uero ad auaritiam sunt inclinatæ mulieres, immo in speciæ sua sũt auarissime. Auari sunt melancholici adusti & etiam naturaliter melãcholici. & effeminati uiri. Si aliquæ fœminæ sunt splẽdide (quæ tamẽ rare sũt) nõ sunt propriæ formæ sed uiragines & multe ex his sunt prodige.

¶ Tricassus Mantuanus.



ET si impertinaciter sit materiã istã declarare in huiusmodi scientia scilicet quid sit Auaritia & quomodo dicatur esse mater omnium malorum Attamen ex quo materiam hãc ab ipso Coclite expositã inuenio (, & falso) ideo ne sibi consentiens esse uidear, & hanc prouinciam aggredi cõpellor. unde sciendum est ꝙ propria auctoritas apostoli nõ dicit ꝙ Auaritia sit mater aut radix omnium malorum sed cupiditas, Et est. I. ad. Timot. 6. cap. Satio autem huius est quoniam Cupiditas est nomen siue uocabulum commune ad omne desiderium siue appetitum cuiuscunq; sit rei, siue obiecti. s. siue in Honore siue in Diuitiis siue in Dignitate. non tamen ideo quia. s. omnis cupiditas sit uitiosa & mala sed solum quãdo non est cũ debito mo-

do aut fine, aut ordine regulata, Nã naturale est unicuiq; appe-
tere quæ alta sunt ac sublimia, & in omnibus datur regula ac
proportio propria scilicet ꝙ merito appetantur, modoq; debi-
to, ac fine congruo. Et quotiẽscunq; contrarium accidit talis cu
piditas dicitur uitiosa. ¶ Quoniam autem sicuti dicimus sciẽ
tias diuidi quemadmodum & res. similiter etiã dicitur de ui
tiis, s. ꝙ denominationem ab ipso proprio obiecto sumunt. Inde
est ꝙ cupiditas Diuitiarum quæ maximæ in pecuniis consistit
dicitur Auaritia, quasi Auiditas siue cupiditas eius. Et Auarus
dicitur quasi auidus eris non quia simpliciter talem cupidita-
tem in se habeat, sed quia inordinate ac fine incongruo unde &
ipsa propter talẽ inordinationem, est postea multorũ malorum
causa & origo. ¶ Quo autem ad intelligẽtiam istorum signo
rum. Sciendum ꝙ propter ista signa nullus iudicare debet Aua
ritiam istam iniquam alicui inexistere, nisi tunc, cum etiam isti
usmodi signa animi malignitatem maximam ostendunt, utpo-
te, Angulus supremus in cõcauo, siue ipse triãgulus paruus. &
alia similia quæ nã iniquã ac malignã ostendunt. Aut ẽt simul
cũ istis sunt signa significãtia furta aut latrocinia. ¶ In signo
aũt. 9. cõsiderãdũ est. 2. signũ capituli pcedẽtis & utrorũq;, co
gnitionẽ habebitis. s. ꝙ significãt seruitutẽ ꝑpter lucrũ ac cu-
piditatẽ Auaritiæ in oĩbus ꝙ se submitterẽt ꝑpter maximã cu
piditatẽ lucri. ¶ Quo ad. 11. signũ sciẽdũ ꝙ tale signũ signifi
cat Auaritiã post ꝓdigalitatẽ. s. post iuuẽtutẽ, & ẽt talis expo
net seipsum siue seipsam turpitudini & ĩhonestati pp cupidita
tẽ & Auaritiã, & hoc nõ ꝑpter miseriã sed ut cõmodus uanita
ti operã exibere ualeat. ¶ Quo ad. 12, Not. ꝙ talis reflexio in
telligitur in. 3. iũctura. ¶ Circa. 13. signũ sciẽdũ ꝙ tales ra-
musculi debẽt esse unus ad radicẽ Mediĩ, et alius uersus mõtem
Indicis. Et cũ multũ inclinãtur uersus tales digitos. s. ĩmedio,

significat et labores maximos per talē cupiditatē et Auaritiā.

℄Cap.cclxiiii.De illis qui sunt potentes in coitu.



Edia naturalis recta & bene colorata & si cum palma extenditur apparēt punctura eiusdem lati- 1 tudinis, uirtutis gignitiuis homines potentes esse significat. ℄Linea mensalis si fuerit bene conti- 2 nua satis longa profunda lata & recta. significat bonā cōplexionem, & uirtutem in membris generatiuis, & potētiam coitus denotat, quia uirtus generatiua ibi declaratur. ℄Triāgulus equilaterus cum bona dimēsione linearum & cum colori- 3 bus ipsarum uirtutem generatiuam preparatā esse significat. Notate quod ea omnia quæ cōprehēduntur sub documēto caliditatis & humiditatis in habitudinibus & lineamētis hic possunt accōmodari. ut in primis radicibus dicūt fuit. Tamen hic accidit magna distinctio quia ꝓprie coitus in actu est qualificatus ex calido & humido ut parum ante dictum est, alia distinctio est quo ad appetitū, & non in re, prout sunt melancholici propter materiam uentosam euaporatiuam incitātem coitū. Errant illi qui leguminibus cepis aleis & multis aliis cibariis uescuntur, dicentes ꝙ faciūt abstinētiam ut prohibeant coitum quoniā carnes oua & cibaria multi nutrimenti sunt causa multi sanguinis, & per consequens multi coitus. Iterum dico ꝙ isti uehementer errant & loquuntur tāq̄ insensati. Tamen uerum est ꝙ cibaria quæ multum nutriunt causant materiam cohibilem. Attamen legumina cepe, & alia similia parum nutriunt, sed ad uentosam materiam habilitantur. & multum molestant & incitant uirtutem fantasticā ad appetēdū coitū, & supra modum faciūt arrigere. Videmus rusticos & generaliter pauperes omnes, qui oleribus leguminibus cepis & similibus utuntur, habere plures filios q̄ diuites. Quia post exer-

citium & labores non habent aliquod remouibile, sed tantum-
modo libenter coeunt, quia in coitu solum ponunt unicum gau-
dium & uoluptatem, nec aliquid amplius curant, & hoc eis
euenit, ut supra diximus, quia cibariis uentosis utuntur, quæ uẽ
tositatem commouentia coitum incitant. Ideo laudandus est il
le qui optimis uescitur cibis. Vnde Plutarchus in problemati-
bus, problemate. 93. ait, Cur moris est ut qui castimoniam co-
lunt, leguminibus abstineant. An quemadmodum pythagorici
fabas ob eas quæ uulgo dicuntur causas abhominabantur qua
si lethes & herebi cognomines. An ꝙ ad conœnationes & ma
nes prouocandos leguminibus maxime utuntur, An illud ma-
gis quod ad sanctitatem ac castimoniam pura ac tenuia cor-
pora habere oportet, An eo ꝙ sunt legumina maxime uentosa,
& ea gignunt, quæ cum superflua sunt multæ purgatiõis indi
gent, An ꝙ cum uentosissima sint legumina ad res Venereas
maxime incitent.

¶ Tricassus Mantuanus.

SEcundum materiam sermonis sic & proportionan
dus est sermocinatio. Et ideo ad ueritatem huius ca
pituli capescendam, sciendum ꝙ Cocles in narra-
tione huiusmodi distinctionis utitur quodam uoca
bulo ac nomine, quod nullo pacto modulum huius
doctrinæ capescere potest, nec aliqualem usum, aut intelligen-
tiam exponere ualet iuxta ipsius Coclitis intentionem, ꝓpriam.
Quapropter cum dicit, ꝙ legumina & alia ciborum similia
propter ipsorum uentositatem mouent uirtutem fantasticam
ad appetẽdum coitum, non debet dicere uirtutem fantasticam,
sed uirtutem concupiscibilem aut sensualitatem. Hoc autem nõ
est propter uentositatem simpliciter, sed propter uentositatem
talem. s. cum caliditate & humiditate, ex quibus ipsa mem-

bra genitalia prouocantur ac excitantur in eorum operationi-bus propriis.s.in libidinem. Vnde & multotiens experientia re-ste comprobatur, quod in ex repletione Vrine in uesicam propter ipsam caliditatem ac humiditatem generatur maxima com-motio carnis.euacuataq; urina cessat immediate talis commo-tio carnis. ¶Quo autem ad id quod dicit enarrando causam quare Rustici filiis abundant, ciues autem ac Nobiles (ut plu-rimum) non adeo cœtu filiorum gaudent, quamuis iste sit error cō-munis, multiq; sapientum hanc opinionem affirment, attamen ego contrarium sentio, & hoc non irrationabiliter. Ad appro-bationem autem rationis meæ, (ad præsens) non alia ratione utar nisi quam ipse Cocles in hoc capitulo adducit. Ponit nāq; distinctionem unam, dicens, quod in coitu duo possunt considera-ri.s.ipse actus proprius secundum propriam substantiā & operatio-nem excitus, & deinde ipse appetitus talis actus & operatio-nis. Dicitq; primum ex uirtute calidi & humidi prouenire. cuius quidem uirtutis carnes.oua, ac alia ciborum præpara-menta causa sunt materialis ac nutritiua, quoniam sunt mul-ti sanguinis, & ex consequenti multi coitus. Secundum autem dicit prouenire ex uētositate euaporatiua quæ incitat mouetq; appetitum ac desiderium concupiscibilitatis ad coitum, cuius quidem uentositatis legumina ac alia ciborum similia, mate-riam ac nutrimentum subministrant, parum autem nutriunt, ac ad substantiam nutritiuam & specificam conferunt. Si igi-tur carnes & oua aliaq; similia sunt causa magni nutrimen-ti ac substantiæ quæ causant actum principalem ac substātia-lem ipsius coitus & generationis, legumina autem sunt pauci nutrimenti ac substantiæ, solummodoq; mouent appetitum, ac desiderium actus uenerei, sequitur falsum existere, quod hoc de causa Rustici cœtu filiorum multiplicentur: non autem Nobiles

qui cibis delicatis utuntur. Immo ex hoc totaliter cõtrarium habetur. s. ꝙ nobiles sunt ipsis Rusticis aptiores in generatione filiorum, eo ꝙ nobiles utãtur cibis substantialibus, Rustici autem leguminibus, & aliis similibus cibis. Nam ad ꝓpagationem filiorum requiritur de necessitate emissio seminis, qd' quidem ex superfluo alimenti ꝓuenire necesse est, hãc autem substãtiam superfluam conuenientius dicitur ex cibis delicatis procedere qui causa sunt multi nutrimẽti ac multi sanguinis (sicuti etiam ipse asserit) q̃ ex leguminibus qui pauci nutrimenti causam subministrãt. Sequitur igitur ꝙ Rustici filiis nõ abundant propter comestionem leguminum. ¶ Sed adhuc ista dubitatio insoluta persistet, quare. s. Rustici filiis affluant, nõ autem nobiles. ¶ Dico igitur ciues ac nobiles in multiplicatione filiorum deficere propter irregulationem in ipso coitu ac operatione uenerea exhibitam, nam ita cocunt post cibum immediate sicuti & ante, & ita in die, sicuti in nocte. Et tamẽ in his qui utũtur coitu immediate post cibum, non solum corrumpitur cibus sumptus in stomacho, uerum etiam & simul impeditur digestio, & adhuc amplius illa quæ peroptime fuerat digesta diminuitur ac debilitatur, calorq; naturalis qui per sumptionem cibi reductus est in ipso stomacho (dimittẽdo illam substãtiam primam ac perfectam) q̃uis difundatur iterum per corpus ex tali exercitio ac coitu, attamen nõ persistit in sua ꝓpria uirtute ac uigorositate calefactiua quæ est prima ac principalis uirtus in semine ac embrione ipso, ut dictum fuit in. I. lib. physonomiæ. Volunt igitur in meridie uegetem retundere ne dissoluatur, Et post cœnam immediate uinatias in tinabulis inundare. Demũ & post sõnum ac digestionem habitam cum opus perfectum cõplere deberẽt, accidit sibi ut persæpe ipsis rusticis contingit tempore penuriæ qui frumẽta colligũt comedũtq; anteq̃

matureſcat, tempore aũt meßis nõ ſibi ſuppetit, ut uel ſaltẽ do
mino ſuo partem cõtribuere ualeãt. Dũ etenim et ſibi ſpermatis
ac ſeminis opus eſſet nõ ſuppetit ad generãdum, & ſi aliquãdo
ꝓ maiori parte ſunt mulieres. Ruſtici aũt ſũmo mane ad deſti-
natum laborẽ cõſurgũt, nec uſq; ad ueſperas reuertũtur, cœna
ti aũt dormitum pergũt, eorũq; mulieribus diuerſis occupatio
nibus præpeditæ ad eorũ cõſortium uſq; ad horã nõ accedunt;
iſtoq; interim ipſi Ruſtici repauſant, dormiũt, digeſtionẽq; ali
qualiter diſponũt et digeſta corroborãt. Poſt aũt ſimul reducti
in duplo opus ſuum perficiũt. ¶ Vnde & præpoſitæ quæſtionis
ſolutio patet, qua. ſ. de cauſa ipſi ruſtici multiplici gaudeãt pro
pagatione, non autem ciues aut nobiles.

¶ Ca. cclxv. de his qui ſunt uulnerati aut grauiter læſi, ſiue. ſ.
cognitione, in quo loco & membro eis accidat læſio illa.



Vãdo quædã linea diuidat lineã capitis & hẽat 1
duo capita, uulnera & paßiones oſtẽdũt. ¶ Si iu 2
xta lineã capitis in fine ipſius ſint duæ paruæ li
neæ cõiũctæ, uulnera indicãt. ¶ Quãdo angulus 3
ſupremus nõ cõiungitur & diſtat, ita ꝙ dictæ lineæ ſint ualde
ꝓpinquæ, ſignificat migrationẽ in bello cũ aliquo aut ex impro-
uiſo ꝓpter ſocietatem, aut ꝓpter ſocios pati aliqd' aliud detri-
mẽtum. ¶ Quando linea mẽſalis fit nuda ſine ramis ueniens
ad radicem indicis, grauiter uulneratum eſſe demõſtrat. Nota 4
ui pluries uulneratos eſſe in ꝗtitate aut qualitate cum magna
iactura Curaui ego in quodam Ruſtico tredecim uulnera cum
trũcatione etiam manus &c. & euaſit. Vidi aliũ in quo cura
ui unicũ ſolũmodo uulnus cũ magna ſolutione cõtinui. Multos
alios etiã curaui habẽtes tres aut quattuor uulnera tãtum. Ex
his aliqui euaſerũt, aliqui uero mortui ſunt, & hoc fuit inten-
ſiue & remiſſiue ſcꝫm bonitatem monticulorum & aliarum li-

earum quæ arguūt penitus cuncta infortunia in suis negociis.
5 ¶ Si quædam linea uenerit ad lineam uitæ intersecās mēsalem
significat hoīem misera morte finiēdum, & forte propter ni-
6 miam culpā, ut aliqui tradiderūt. ¶ Si linea subtilis uenit ad
ultimam partem radicis policis & descēdat per mōtem ad li
neam uitæ & mediam naturalem, plagas, & læsiones ostēdit,
7 ut aliqui cōfitentur. ¶ Si linea mēsalis ad radicem indicis per
uenit & scinditur ab aliis lineis, uulneratum ab inimicis deno
tat, uel ꝙ in futurum ab eis uulnera suscepturus est, ut aliqui te
8 stātur. ¶ Si autem talis figura. C. fuerit, in loco solis, percussio
9 nem ex ferro minatur. ¶ Si una linea oriatur a uitali & extē
dat se usq; ad digitum auricularem, uel ꝓpe, et sit quasi flexa
uulnerabitur uel periclitabitur, ueluti multi auctores affirmāt
& præcipue Albertus summus theutonicus, & Cōciliator, &
alii qui nuncupāt talem lineam uiam lacteam. Et talia uulnera
utplurimum accidunt in brachiis, uel in manibus, ut sæpissime
10 notaui. ¶ Si quædam linea emergit a linea uitæ & iungat̄ cū
media naturali, uel uulnerabitur, aut periclitabitur uulneratus
ut aiunt aliqui, sed hoc ego per experiētiam nunq̄ cognoui.

¶ Tricassus Mantuanus.


N.2. signo huius cap. sciēdum ꝙ ꝓprie hmōi uulnera sunt in capite, ut dictum fuit in cap. 40. signo. I. ¶ Quo ad. 5. signum sciēdum ꝙ talis linea debet esse aliq̄tulum flexa & arcualis & cōtinua, & egreditur a mōte policis. Et quādo esset intercisa aut discōtinua, minuit̄ a malitia sui significati. ¶ Similiter & .4. signum. ¶ Quo ad. 6. sciēdum ꝙ illa linea debet esse subtilis in fine, & quo magis subtilis, eo maius periculum imminere significat. ¶ Uulnera autem per ultimum signum demōstrata semper in capite indicantur.

¶Cap.cclxvi.de his qui sunt interfecti sine cognitione mem-
bri,pro quo debet mori.

QVi autē carebit linea media naturali, subito per 1
cußus moritur.¶Quādo in triangulo oritur 2
una linea & uadit ad quadrāgulum & in capi
te sui sit unica linea intersecās ut crux, uiolētem
mortem denunciat, ut nōnulli aiunt,& ego etiammilies nota-
ui.¶Si quædam linea obliqua reperiatur in digito medio,ī pu 3
gna habēs illam succumbet,aut erit interfectus,ut dicunt,qd
ego ignoro.¶Si ex trāsuerso ante finem trianguli linea trāsie 4
rit & ab illa linea usq; ad finem dirigatur,armis mori deno
tat,ut dicunt aliqui chyromātici.Ego tamen hāc lineam igno
ro.¶Linea exiens a mēsali in fine sursum ascēdens inter indi- 5
cum & medium,hoiem uulneribus fortasse moriturum osten
dit,¶Si reperiuntur principales lineæ tātum in aliqua manu 6
& residuum fuerit infortunatum,mors uiolēta habenti acci-
det.¶Si iecoralis linea in fine bifurcata fuerit,dicunt moder
ni malam mortem denunciare. 7

¶Tricassus Mantuanus.

CIrca.4.signum sciēdum q triangulus tunc di
citur in finem recte ascēdere, quando naturalis
uidetur aliqualiter in cōcauo tortuosa aut discō
tinua,& postea ascēdit recta et cōtinua uersus
angulum superiorem, siue uersus locum ipsius
anguli supremi,quādo ipse angulus non est unitus siue coniun-
ctus.¶Quo ad.5.sciēdum q illa linea s'm suum proprium si
tum oritur in concauo,& debet esse aliquantulum intercisa,et
quo subtilior est, eo periculosius habet significatū suū sortiri.

¶Capitulum ducentesimum sexagesimum septimum,de his
qui claudicant.


Iror ꝙ apud physonomos de claudicātibus magnam nõ reperio obſeruationem, quia claudicātiū magna reperitur copia. Tamē dicūt multi. Quādo linea media naturalis habet duo capita in inferiori parte, talis erit claudus, aut a primitiua, aut antecedēti cauſa cõtingat, & nõ explicatur a qua cauſa uel in quo membro accidat. Ideo ignoro.

¶ Tricaſſus Mantuanus.


Ira qdē res eſt prudētiā huius hoīs cõſiderare ſe ipſum nāq; laudat & extollit, dicēs, peroptimū ingeniū habere, ſolaq; ingenii ſui perſpicuitate textus Ariſtote is expoſuiſſe. (ut hētis cap. 208.) q̄uis barbitõſor extiterit, demum aūt ſuis fabulis ac obloquutionibus aliis cõuitari, cū ſit ꝙ apud ſapiētes chyromāticos ac physonomos in oībus accidētibus quæ cõtigere ſolēt regulas uniuerſales, hēant ſicuti in uniuerſali oēs effectus ſuos determināt. Vnde quotiēſcūq; ex aliquo ſigno iudicatur de periculo aut offenſione pedis (iuxta diuiſionē chyromāticam. ſ. ab anchis uſq; ad digitos) põt adeo grauis exiſtere, ꝙ fortaſſis põt iudicari de periculo claudicationis, immo quotiēſcunq; in aliquo ſigno dicitur īminere periculum pedis magni, põt etiā & aliquādo iudicare de claudicatione, put. ſ. periculoſius exiſteret. ¶ Magis aūt mirādum eſt qūo adeo ignarus ac rudis ſit ꝙ expoſitionem iſtā uelit intelligere ac interpretare de claudicatione pedū, nõ magis aūt doctorū intētionem trutinare uelit. Vnde ſciēdū eſt ꝙ iſta expoſitio adducta ab antiquis chyromāticis optima eſt ac perfecta, et ſolū (uſq; ad hodiernū diē) apud ſapiētes ueritas huius ſignificati innotuit. Idē autem ſignificat hoc qd̄ dico quādo naturalis eſt bifurcata in fine oſtēdit hoiem claudum, ac ſi diceretur ſignificat hoiem claudica-

re.s.nõ esse fidelem, uel significat hoiem claudum. s. duplicem & instabilem & ꝓditorem. Quod aũt hoc uerum sit ex pluribus locis habere possumus, maxime aũt in. 1. signo cap. sequentis, & in cap. 146. signo. 2.

¶ Cap. cclxviii. de hypocrisia.



Rimi in ordine deceptionum sunt hypocrite, quia sub specie bonitatis & deuotionis hoies latenter decipiũt. Signa ergo sunt ponẽda. ¶ Si linea me 1
dia est bifurcata in fine habẽs illam duas uitas deducet, unam secularem alterã uero religiosam. 2
¶ Digitus medius intus craticulatus, ingenium melãcolicum denotat. præsertim in actionibus factiuis, et aliquãdo hypocrisiam denũciat. ¶ Si saturnina linea in cauea manus fuerit ualde extẽsibilis seu ꝓtẽsa, hypocrisiam denotat. ¶ Dicit auctor 3
icognitus. Si linea media naturalis cũ linea cordis superius an 4
gulum strictum efficiat, aium cœlatum atq; hypocrisiam denotat. ¶ Si linea mensalis fuerit bifurcata in directum indi 5
cis, aut ex parte digiti medii, aperte denotat latentem hypocritam, & specialiter uersus parentes & amicos, quia non diligit ipsos.

¶ Cap. cclxix. de timidis & melancholicis.



I media naturalis ultra manus fossatum paulatim profundauerit timidi cordis signa ostẽdit, & melãcholicum denunciat, atq; hominem profundarũ cogitationũ. ¶ Triangulus paruus in pede mediæ naturalis denotat metũ ubi nõ opportet. ¶ Quãdo media naturalis habet duo capita in inferiori parte defectũ mẽtis innuit atq; timiditatẽ. ¶ Si prope lineã cardiacã fuerint grana rubra & ꝓtendatur extra uersus mõtem pollicis melancholiã significant & hominem profundarũ cogitationũ

ut aliqui scribūt. ¶ Si linea media cū linea cordis superius angulū strictum efficiat pusillanimem dicunt arguere.

¶ Tricassius Mantuanus.



Vo ad primum signum huius capituli sciendū ꝙ proprius situs ac positio talis lineæ est ascēdē do in Montem manus & inclinando se uersus Rasœttam & quo magis extendit se uersus Rasœttam eo magis significat talem timiditatem ex melancholia procedere. Et quando esset intersecata ab alia linea uersus finem autem esset discontinua significat seipsum in tali infirmitate deprehensum agnoscere ac ueluti redarguendo semetipsum corripere. Ita ꝙ talis quidem erit timidus in primo motu post autem audaciam summens fortis ac uirilis efficietur. Et etiam post primum ingressum in omni negocio arduo persisteret. ¶ Quo ad. 3. signum sciendū ꝙ illi duo rami debent esse inclinati in fine uersus. Digitos (ut dictū fuit cap. 226 signū. 5.) & quādo sunt discōtinui aut intercisi minuūt talē malignitatē siue debilitatē capitis. Hoc idē, significāt quādo nō sunt multum inclinati, aut nō multum extenduntur siue non sunt multū arcuales aut reflexi. ¶ Quo ad. 5. signū. Sciēdum ꝙ istud signum nō significat timiditatē propter melācholiā, imo nec ꝓprie potest dici timiditas, magis autem respectiuus siue timidus propter respectus q̄plurimos ac finis proprii cōsideratio nem, & esse amator pacis ac quietis, attamen si signa melancholiæ inuenirentur, & hoc quoq; maiorem efficaciā præbere.

¶ Cap. cclxx. de uerecundia.



Lli qui uerecundātur sunt bonæ complexionis atq; discursus, & illi qui cōtrarium faciunt, sunt fatui aut propter nimiam & furiosam caliditatem, aut propter nimiam frigiditatem, et sunt similes asinis &

nis & mali moris & præcipue sunt effeminati. ¶ Si in fine li- 1
neæ capitis sit paruus triãgulus bene dispositus uerecũdie hone
statis & studiĩ signum est. Hoc est studet in decorãdo & ornã
do se moribus. ¶ Si in quadrãgulo reperiatur signũ cuiusdam 2
stelle bene coloratũ uerecũdiam & bonã demonstrat naturam
cum morigeratiõe. ¶ Si a linea cerebri exeat alia linea uersus 3
auricularem uerecũdum significat hominem ut aliqui dicunt,
quod ego ignoro. ¶ Linea mensalis bene colorata cũ trina pro- 4
portione cuius finis erit quasi in principio tuberculi Iouis, signũ
est uerecundie & bone naturæ. ¶ Linea cordis bene colorata cũ 5
trinaria proportione cuius initium sit inter indicem, & policẽ
uersus dorsum manus, & finiatur ꝓpe rasættã honestatẽ et ue
recũdiã declarat. ¶ Manus cõcaua cũ bona dearticulatiõe et ꝓ 6
portionata ex partæ palmæ atq; digitorum. & quod articuli
sint boni cum unguibus latis & longis cum rubedine clara ue-
recundiã & honestatẽ uitæ denotat.

¶ Tricass. Man.



Irca. 1. signum sciẽdum ꝙ proprius locus aut
posito talis signi est apud Mensalem in opposi
to finis ipsius Naturalis, sicuti etiam ipse hoc
confirmat in aliis locis omnia in cõtrariũ. 1. si
gni capituli præcedẽtis. ¶ Quo ad. 3. signum
Sciendum ꝙ nõ propria egreditur ab ipsa naturali, immo ali-
quotiẽs uidetur ueluti intersecãs ipsã naturalẽ, & etiã aliquã
do nõ est unita simul cũ ipsa naturali imo distãs i quadrãgulo.

¶ Capitulum. cclxxi. De his qui sunt impotentes in coitu præ-
cipue in uirtute gignitiua.



Anus debilis & mollis carens linea Epatis ar-
guit defectũ uirtutis generatiue & digestiue.
¶ Linea mẽsalis est radix significãs uirtutem
ginitiuã. Ideo sapiẽtes uocant ipsam lineã gene-

rationis, si ergo fuerit facta dicōtinua aut pallida aut a uariis punctis seu fossiculis aut semicirculis obsessa, debilitatem coitus denotat & fortasse gignitiuā impotētiam declarat. ¶ Si in medio spatio inter lineas triāguli nō est planicies & male coloretur defectum caloris dicūt arguere, & per cōsequēs impotentiam coitus. Nota q multotiēs impotētia coitus est qualitatiue aliquādo quantitatiue. Igitur cōsidera annexiones signorū atq; cōcordantiam. aut contra operantiam aliter iudiciū tuū est inanitum. Vnde Vidi iuuenē habentē lineam mēsalē fractā & capillarem & quasi omni die coibat, tamē quando erat cū re delectabili non poterat coire nisi semel, & in nocte ad plus bis coibat. Et accepit uxorem & habuit filios.

¶ Tricassus Mantuanus

Ad clariorē noticiā habēdā huius capituli ac omniū ad hāc materiam pertinētiū, sciēdum q huiusmodi natura siue uocabula. s. potētia siue impotentia uirtutis generatiuæ. aut potētia siue ipotētia ad generationē prolis eādemmet significationē retinēt & unum sine alio stare non potest. ¶ Quo autem ad illud Not. quod in fine subiungit. sciēdum q ipsemet ppriam uocē ignorabat, & quod peius est illationem sermonū suorū nō cōpensarat. Nam uerborum suorum sensus talis est q. s. in coitu duo sunt considerāda. s. ipsa qualitas uirtutis coitus quæ in ipso semine cōsistit (prout est calida & fortis aut debilis) & quātitas. s. numerositas talis actus aut operationis Venereæ. s. quotiēs quis in eodem actu aut operatiōe exire ualeat. ¶ Quod autem iste sit sensus uerborum coclitis manifeste apparet ex addicto exēplo quē ponit de illo Iuuene qui tantū semel in Die & bis in nocte poterat coire (fortassis parum arbitrās aut uilificiēs ut quis solū ter, i die ac nocte simul coiret) qui tamē sen-

sus falsus est nã id qđ cõiter dicitur philosophos ac chiromãti cos quo ad qualitatẽ siue quãtitatẽ aut potẽtiã coitus uel ĩpotẽ tiã aut ẽt generationis nõ ita intelligẽdũ est ut ipse exponit. Im mo maxima Bestialitas esset ea ipsa experiri uelle quæ ipse imũ dus ac Bestia fœtida narat (quæ honestatis gratia obmisi) & nõ cõsiderat differẽtiã quã seruãt Sapiẽtes ac phylosophi iter Lasciuiã & luxuriã nec adhuc cõsiderat distinctionẽ positã in cap. 164. Vnđ sensus ac ueritas illiusmodi Not. talis est, ꝙ nõ simpliciter iudicare possumus aliquẽ habere potentiã siue apti tudinẽ procreandi filios ex hoc ꝙ lasciuus est aut Luxuriosus nec similiter, ecõtrario debet quis ex impotẽtia iudicare ex hoc ꝙ. s. non est Lasciuus aut Luxuriosus. Nam Lasciuia non con currit principaliter ad generatiõem filiorum sed Luxuria nec tamen ex hoc, ꝙ aliquis est Luxuriosus sequitur ꝙ potentiam siue aptitudinem habeat ad prolis generationem. Nam pleriqꝫ sunt qui q̃uis Lasciui ac Luxuriosi existant attamen filiorum gaudio priuari uidemus. Ratio autem huius est quia Coitus. La sciuia. Luxuriaqꝫ ex diuersis causis ꝓuenire posse conspicimus prout ẽt in diuersis subiectis reperiuntur nulla tamen aptitudi ne ad prolis generationem in existente. Etenim ipsa habitudo si ue potẽtia generatiua persistit in debita ꝓportiõe siue tẽperãtia caliditatis ac humiditatis cui proportiõi ĩexistere dicitur sub stantia ac ipsa perfectio actus Venerei. Dico autem actus Ve nerei nõ illius qui cõmuni uocabulo dicitur Coitus (qui ex Lasci uia siue Luxuria ꝓgreditur) sed illius qui cãtur ex organica ꝓportiõe ab ipsa q̃litate tẽperata ꝓueniẽs, quæ quidẽ ꝓportio est p̃ria ac p̃cipalis causa ipsius uirtutis ac potẽtiæ generati uæ, & dicitur substãtia ac pfectio eiusdẽmet uirtutis ac potẽ tiæ gñatiuæ. Et iõ ueri phylosophi ac chyromãtici dicũt. ꝙ sẽ per consideranda est. Qualitas ipsius uirtutis generatiuæ. s. si

ex sua propria ac naturali cõplexione ostẽdit aptitudinẽ ac potẽtiã ad prolis generationẽ, & et Quãtitas. s. ipsorũ filiorum. Nam licet aliqui nõ habeãt filios nõ tamẽ ꝓpter hoc sequitur ꝙ sint habiles ad filios procreandos. Vnde quidã duos tãtũ filios habẽt alii. 8. Alii. 6. Et usq; ad. 24. filios Virũ ex duabus. uxoribus habuisse cognoui successiue. s. post mortẽ unius alteri nubẽdo. Et istorũ poterat dici aptũ quẽlibet extitisse ad prolis generationem nec eorũ quispiã dici poterat ĩpotẽs ad propagationẽ nisi forte cõparatiue loquẽdo, unius ad alterũ. Et quo ad hoc opinioni illorum inhereo qui ex defectu mulieris id prouenire diu/dicãt. s. ꝙ ipsa (quãdo defectus prouenit ex interiori parte uirilitatis) est nimis calidæ & siccæ cõplexionis. Vnde et Cocles cõcludit ꝙ ille accepit uxorem & filios procreauit.

¶ Capitulum. cclxxii De cognitione diuersarum complexionũ seu humorum.



Color albus & quasi perspicuus clarus & subrubeus equaliter qualitatẽ cõem ostẽdit. Talis enim color debet esse quasi in uniuersum corpus naturaliter bene dispositũ. Tria sũt loca in quibus ostẽditur potẽtia colorũ primo in facie secũdo in manibus, tertio uero in pectore, si talis color sit flãmeus ociosum dicunt ostẽdere, & maximæ si ei insit mobilitas ocu/lorum ut dicũt. Si talis rubedo sit fusca signũ est grossi sanguinis & denotat deceptorẽ. Talis color dicitur inopos ab Alberto & est color rubeus flãmeus obscurus, sed melius posset dici color diabolicus. Si autẽ talis color rubeus appropinquat uiridi/tati uel quasi glaucedini plusq̃ albedini nigrã coleram & suas conditiones ostendit. Si autem citrinitati subtili quasi albedini qualis solet esse in conualescentibus, & hoc sine magna mate/ria signũ est emissionis spermatis & spirituũ & specialiter si

eius oculi sint profundi & mobiles, tales detinētur amore he-
roes siue illisci idest passio amoris. Alii dicūt amore equorū.i.
ut equi habet furiam infrenatā & irrationabilē in furia amo-
ris, et ita isti, sed talis. expositio nō mihi placet, quia passio amo
ris nō est in potestate nostra nā ea in ueritate est egritudo. Si au
tem albedo superet & rubedo sit in tātum diminuta φ uix ap
pareat signū est flegmatis & sue cōditionis. Talis enim color
solet a priscis nuncupari gliscus. Et si huic colori sit admixta
uiriditas mali flegmatici signū & suarum cōditionū. Et ille
color dicitur color plūbeus cōmixtus cum fusco & uiridi ulti-
mus gradus maliciæ cōplexionis hoc est mortificationē natu-
ralem calor ostēdit. ¶ Tactus tēperatus & bonus consistit in
debita proportione primarū qualitatum & magis appropin-
quat caliditati & lenitati q̄ frigiditati aut asperitati, & ma
gis carnositati q̄ macilentiæ. Talis.n. tacitus bonitatem cōple
xionis idest equalē cōplexionē cum bonitate ingenii & intelle-
ctus arguit. ¶ Vene multum late & apparētes colericum &
suas cōditiones ostēdunt. Subtracte idest quasi cōpresse & ali
quotiēs in colore plumbeæ melancholiā denotāt. Profunde uene
in corpore flegmaticam naturam ostendere uidētur. Vene in de
bita proportione apparētes et notabiles sanguineā naturā deno
tant. ¶ Linea Epatis alba in colore & grossa in substātia mul
tum potest super propriatate flegmatis. Et si fuerit subtilis &
mali coloris.s.plumbei & citrini uel rubei attestatur super co
leram. Quāuis basis trianguli in pluribus manibus nō inuenia
tur nisi in senectute propter exercitia operum quia si in iuuen-
tute cessante labore, & causa legittima, nō apparuerit, calorem
designat & cutis subtilitatem & cū hoc colerā & eius pro-
prietates ut sit agilitas corporis &c. Nam uelox est cito loqui
tur. amat uina fortia, & cibos calidos. Si uero manus debilis,

& mollis fuerit carens hac linea frigiditatem & flegmati-
cam complexionem ſignificat, & eius proprietates. ſ. pigrum
tardum in loquẽdo & ipeditũ, libenter dormiẽtẽ & ſomniãtẽ.
5 ¶ Si locus triãguli ſit rugoſus & mollis, flegmaticã cõplexio
nẽ oſtẽdit, et eo magis quo Angulus dexter obtuſus ſiue groſſus
inertiam arguit & ſomnolentiam ratione ſolum flegmatis do
minantis. ¶ Siquædam lineæ paruæ capillares inordinate fue
6 rint in mõte manus in iuuẽtute pfectionẽ naturæ oſtẽdit. hoc eſt
bone, & temperate complexionis & potentiam oſtendunt, hoc
eſt ſunt apti nati perficere operationes laudabiles, ut inſurgit
ex temperata qualitate & ſpecialiter ſi ſint inordinate mul-
te, & hoc intelligendum eſt ſi ſint conditionaliter colorate.
Et ſi tales lineæ parue ſint uerſus raſcettam, ſignum eſt fri-
gide & flegmaticæ naturæ, & hoc intelligitur quando non
ſunt rubeæ. Et ſi tales lineæ ſint rubeæ alium morbum indi-
cant, ideſt morbum, ex commixtione humorum cum multi
tudine, Si pars illa ſit lenis et mollis erit morbus ex flegma-
te. Si ſit aſpera, & ſicca moribus erit ex melancholia uel
7 cholera. ¶ Si quædam crepature ideſt lineæ ſimiles crepa-
turis reperiantur in monte manus prope mediam naturalem
diſtinctionem naturæ oſtendit hoc eſt diuturnitatem uitæ in
diuerſis etatibus uſq; ad ſenectutem perficitur tẽpus, tamen
frigidam complexionem denotat. Si quædam lineæ paruæ
oriantur ex radice indicis et uadant tranſuerſe per ipſum di-
gitum quaſi ad ſuperius tendentes uerſus dorſum digiti. ſi-
gnificant colericum & ſuas cõditiones. Et ſi tales lineæ uadãt
ad inferius arcuales ſignificant melancholicum & ſuas con-
8 ditiones, & ſi hæc lineæ oriãtur ex latere indicis & currãt re
ctæ æquediſtantes ad aliud latus ſignificant ſanguineum &
ſuas conditiones. ¶ Et ſi quædam illarum linearum uadant

ad superius, & quædam ad inferius est signum flegmatis & suarum conditionum.

¶ Tricassus Mantuanus.

AD clariorem noticiam huius primi signi. Videatis tertium capitulum tertiæ partis secundi libri, signo primo. ¶ Quo ad sextum signũ sciendum q tales lineæ non propriæ debent esse capillares, immo pro maiori parte sunt simul unite, & magis dicuntur esse concurrentes, attamen in fine simul iunguntur scilicet uersus concauum. ¶ Quo ad.7. autem signum. Aduertatis q tales crepature aut lineæ debent esse subtiles aliter namq; significarent naturam malancholicam, & adustam cum prædominatione cholerӕ. Si autem essent multum grosse significarent adustionem in summo gradu, & ex consequenti fatuitatem sicut dictum fuit in capitulo. 254. in solutione illius problematis. ¶ Quo autem ad octauum signum si rectæ consideretur eædem lineæ inueniuntur etiam in prima iunctura.

¶ Capitulum Ducentesimumseptuagsimumtertium. De diuitis & opulentiis in diuersis ætatibus.

SI in principio lineæ capitis oriatur quædam linea recta bene colorata, & extendatur usq; ad inuicem & finiatur ibi habens habebit multa bona fortuna sibi denegantæ, & hoc erit in prima ætate. Si autem talis linea uadat ad digitum medium, habebit bonum in media ætate. Si uero ad medicum uel auricularem uadat, habebit in ultima ætate. ¶ Si prope lineã uitæ iuxta receptam manus sint lineæ ut crux uel stella, diuitias significãt in senectute. ¶ Lineæ quattuor æquedistãtes in latere mõtis policis uersus brachium uel in restricta ueniẽtes uersus

1

2

3

partes eminentiores mōtis ipsius, signum est diuitiarum & honorum in prima ætate. Si prope iuncturam policis, in secunda ætate. Si uero iuxta unguē, in senectute.
4 ¶Si in rasetta uariæ lineæ se intersecauerint in debita distantia ad modum cuiusdam ludi scacchorum, bona & diuitias in senectute demonstrant.
5 ¶Stella uel triangulus bene dispositus in rasetta, diuitias in se
6 nectute denotat. ¶Dicunt Moderni & etiam Coruus. Quando in manu in rasetta fuerint quattuor lineæ, quarum duæ superiores fuerint latæ. Tenues uero inferiores ad mediā usq; ætatem, uitæ fortitudinem & diuitiarum copiam significabunt. Vltra uero ipsam ætatem mediam & diuitiarum diminutionem, & uitæ indicabit debilitatem. Dicūt etiam, si quattuor lineæ in restricta supernotatæ fuerint, & duæ inferiores sint latæ, & superiores exiguæ aut tenues. 80. annorum ætatem significāt, & in prima & secūda ætate paupertatem significabūt. Sed ultra mediam ætatem & rerum fortitudinis augmētum significabūt. Verum si prima crassa & secūda subtilis, tertia crassa, quarta subtilis inuētæ fuerint, in prima ætate fortitudinem & diuitias significāt. In sec̄da utriusq; rei diminutionē, & hoc modo si lineæ crassiores latiores fuerint, bonum indicabunt, tenues uero malum. Vnaquæq; tamē linea uiginti ætatis annos pollicētur. Quādo in restricta prima linea de illis quattuor supranotatis discōtinua et tortuosa fuerit inuēta, reliquæ uero insequentes cōtinuæ in angulo recto & acuto super lineas exiguas antedictas, uitæ nō rerum debilitatem in prima ætate prima significabit. Postea cæterarum linearū inferiorum etiā in uita multo magis ꝓsperabitur. Verū si angulus inuenietur, & uitæ & rerum debilitatem significabit. Hō erit laboriosus absq; honore, modico ingenio, & uitiis plenus, hæc ille. ¶Scu
7 tum uel paruus triāgulus, aut sphærica forma in mōte indicis

bene cõditionata, ab infantia usq; ad ultimam iuuẽtutem ẽm
qualitatem sui faciunt ægenum, postea uero diuitem. ¶ Stellag
subrubra in quadrãgulo existẽs, in prima ætate inopiam atte-
statur, ultra uero diuitias ꝓnunciat. ¶ Figura. A. uel. B. uel. C. 9
uel. D. in mõte auricularis si fuerit male colorata, pauperem
usq; ad medium uitæ denunciat, ultra uero diuitias ostendit.
¶ Quãdo principio linea mẽsalis fuerit ramosa & uadat ad 10
superius, pauperem rerum affluẽtiam attestatur, & quo ma-
gis extẽduntur rami, eo magis in senectute abũdabit, sed si nõ
extẽdatur, cessabit, quãdo in fine mẽsalis fuerint tenuæ, rerum
dominium significat, & quãdo bona radix bonoq; colore fue-
rit, rerum in scd'a ætate restauratiõẽ indicat, ut legitimi spe-
culatores autumãt. ¶ Dixit fur chyromãtiæ pictæ, quãdo mẽ 11
salis bifurcata in superiori parte fuerit, hoiem anxium signifi
cat & laboriosum usq; ad annos .20. postea res suæ augmẽta-
bũtur, & eius cessabũt molestiæ, hoc inueni in pluribus libris au
ctorum, licet noia ignorem. ¶ Si a rasetta oriatur linea satur 12
nina recta & cõtinua bene colorata, & extẽdatur usq; ad me
diam naturalem in principio, competẽtem uitam significat, in
fine uero meliorẽ, cõtrariam habeo ego in manibus meis, quia
ipsa se extẽdit usq; ad mẽsalem, & ita semper retrogradatus
fui a fortuna in hora nõ bona. ¶ Dicũt quidam ꝙ quãdo basis 13
triãguli flexuosa fuerit angulusq; uitæ altior, pauperem rebus
& aĩo debilem ostẽdere uidetur. Et quãdo senectuti appropin-
quabit ab aliis ab inopia & rerum penuria adiuuabitur. ¶ Di 14
xit Coruus quãdo duo rami inueniãtur a linea uitæ nascentes,
& per triãgulum trãseuntes, etiam si lineam mediam secaue
rint post res aduersas, ꝓspera uẽtura esse significãt. Notãdum
uero est ꝙ hmõi rami sunt partes lineæ prosperitatis quãdo-
cunq; lineæ uitæ uniũtur, & in ramorum specie egrediuntur.

85 ¶Cruces seu stellæ in monte manus, significant ꝙ habentes acquirent diuitias cum magno labore, in senectute uero cum honore.

¶ Tricassus Mantuanus.



N,1.signo huius cap.sciēdum ꝙ multotiens ista linea uidetur esse,ueluti dictum est in mea chyromātia,figura.47. & ideo iudicandum est ſm regulam quam ibidem exposui i.2 parte.cap.5. ¶Quo ad.3.signum sciēdum ꝙ illud bonum futurum est ex morte alterius qui uolūtarie legata cōstituent,aut etiam hereditarie succedēt. ¶Quo autem ad.6.sciēdum ꝙ Cocles insimul cum aliis multis in maximum errorem,plapsi sunt. Vnde primum dico ꝙ iste quattuor lineæ sunt ille quæ in.3.signo exponūtur. Secūdum dico ꝙ quo ad significatum oīa significāt cōtrario modo exposito, & tale infortunium futurum est quātum ad hoc ꝙ talem hereditatem cōsequetur,sed cum litigio. ¶Cum autem dicit ꝙ habēs illas quattuor lineas ætatem.80. annorum significat,falsum est. Nam ille lineæ quæ hoc significatum retinēt reperiuntur per trāsuersum brachii apud rascettam,sicuti figuratum est in chyromātia mea apud figurā.9. ¶Cum autem dicit ꝙ si.1.&.2.sunt crassæ & apparētes significāt bonam fortunam in.3.ætate, & similiter quādo formāt quēdam angulum. Dico ꝙ ille lineæ quæ istiusmodi retinēt significatum differentes sunt ab ipsis lineis prædictis. s.ab illis quæ sunt in mōte policis & ab illis quæ brachium trāsuersaliter secant. Tales autem lineæ inueniuntur in rascetta in fine mōtis policis uersus mōtem manus, & uidentur quodammodo ex brachii radice ortum habere.

¶ Capitulum.cclxxiiii.de cauillatoribus & solertibus mechanicis.


Anus craticulata, cauillatorē hoiem ostendit, sed in his quæ manu fiunt, solertem & ingeniosum dicũt. ¶ Obseruatũ est apud me ꝙ angulus summus acutus, aut ualde separatus cum lineis martialibus, solertem & ingeniosum mæchanicum ostēdit. Dicunt quidam recentiores ꝙ si quis habuerit manus nõ nimis magnas aut manus paruas. Verum ꝓportionatas corpori suo, talis est magis cõueniens & aptus in oĩbus accidentibus suis, hoc est magisteriis quæ acquiruntur accidētaliter & nõ mere naturaliter. ¶ Digiti longi & subtiles & adinuicem 2 bene ꝓportionati, bonum ingenium ostendunt, maxime in rebus mæcchanicis. ¶ Tricassus Mantuanus.


Ecũdum signum huius cap. quo ad figurationem primam uerum est (.s. quo ad angulum acutum) nõ autem quo ad residuum. hoc autem euenit, quia angulus supremus acutus, significat hoiem callidum, astutũq;, & cum timiditate. Quapropter cum in operationibus suis exire oportet, in rebus magnanimis se exercere nequit, unde & in seruilibus occupatur. Quãdo angulus supremus separatus, significat caput uolubile & fantasticum in martialibus, aut lasciuiæ operam dare.

¶ Cap. cclxxv. de his qui nõ contentantur in animo suo.

¶ Grossa & callosa manus uidetur denotare illum hoiem qui nõ cõtentatur in animo suo, sicut placuit Ptholomeo.

¶ Capit. cclxxvi. de his qui sunt curiosi in rebus agendis, & quicquid agunt faciunt pro aliis.


I linea saturnina triangulum transeat & ultra, & alia linea a cardiaca ad mensalem lineam ꝓueniat quasi equalis & continua usq; ad digitum medium deueniens, talis qui-

cunq; habēs curiosus est in negociis peragēdis, & in variis rebus se intromittet. Si uero sit inequalis & discōtinua, erit in negociis pro aliis quæ minime ad se pertinebūt, significat quod res agētur secundum maiorem & minorem eius diligētiam, ut scribunt quidam, sed ego nō intelligo quid uelint dicere, puto quod textus est corruptus, & credo quod intelligāt de linea saturnina simpliciter quocunq; inueniatur.
2 ¶ Linea recta & profunda ueniens a mēsali & tendēs ad digitum medium siue prope, in negociis curam magnam, & laborem denunciat, ut egomet habeo in manu mea dextra. Si duæ fuerint uel plures, tāto fortior & ualentior est dicta significatio. Si uero lineæ huiusmodi multum graciles appareāt seu subtiles, hoīem de negociis parum curare denunciāt, & si super ab aliqua linea ex transuerso secentur. talis in suo labore impedimētum patietur.
3 ¶ Si linea quæ est inter brachium & manum in restricta fuerit recta & cōtinua, hoīem in suis negociis magis quam in alienis sollicitum esse ostendit, si fuerit tortuosa uel discōtinua, in alienis negociis erit magis sollicitus quam in suis.

¶ Cap. cclxxvii. de his qui habent uitam quietam.



1 Nullæ lineæ in tuberculo medii, uitam quietam denotat, & hoc intelligitur quādo tuberculus est tumidus & bene coloratus.
2 ¶ Quando mensa manus est ualde bene cōditionata & quasi sine rugis, uitam quietam denotat.
3 ¶ Quando angulus summus coniungitur recte ex opposito medietatis indicis, significat rationabilem fœlicitatem et inculpabilem uitā.

¶ Cap. cclxxviii de mulieribus quæ sunt inclinatæ ad faciendum filios abbortiuos.



1 Dicunt aliqui quod si mulier habet manus uiriles cito poterit concipere, sed partum nullum tamen pro-

ducet. ¶ Si linea mensalis fuerit debilis fracta seu capillaris, 2
aut cum semicirculis, difficultatem arguit in retinendo fœtu.
Similiter quando esset punctuata & debilis, difficultatem re
tinendi fœtum denotat. ¶ Lineæ ualde paruæ aut intersectæ in 3
ter primam & secundam iuncturam digiti minimi, quot sunt
lineæ, tot filios abbortiuos arguunt.

¶ Tricassius Mantuanus.

¶ Istud tertium signum communiter est falsum, immo peni-
tus falsum est. ¶ Videatis cap. 108.

¶ Cap. cclxxix. de his qui sunt potentes in coitu & apti ad ge
nerationem.



Manus uiriles & musculosæ, potentiam coeundi 1
& generandi testantur. ¶ Triangulus equilate 2
rus cum lineis quæ habeant trinariam propor-
tionem, facit aptos ad generãdum. ¶ Linea mẽ 3
salis cum trinaria proportione & si sit boni co-
loris, uirtutem prolificandi denotat. ¶ Linea media naturalis 4
cum bona fixione & latitudine, cum bono colore, & quãdo pal
ma est aperta quasi parua puncta posita sunt in eius latitudi-
ne, signum est ꝙ habebit bonam uirtutem gignendi atq; filiã
di. ¶ Omnia quoq; signa quæ concurrunt ad dominium cali- 5
ditatis & humiditatis his conueniunt, & huic loco possunt
applicari.

¶ Cap. cclxxx. de inuidia.



Quando linea capitis & cardiaca nõ bene con-
iunguntur simul, sed distãt ab inuicem prædi-
ctæ duæ lineæ notabiliter purum spaciũ dimit
tentes, maximam inuidiam attestari uidẽtur.
¶ Linea mẽsalis ueniẽs ultra medietatem in-
dicis, signum est inuidiæ & detractionis, maxime si in fine

3 rius sit pallida uel liuida. ¶ Si angulus summus nõ coniungi-
tur & illud spatium sit male rugosum, inuidum, & deceptorẽ
4 testari dicitur. ¶ Quando digiti sunt parui & tenues, stulti-
5 tiam & inuidiam demõstrant. ¶ Quãdo etiam digiti flectũ
tur in ultima iunctura, inuidiam quoq; demonstrant.

¶ Tricassus Mantuanus.



Duertẽdum circa .1. signum ꝙ angulus supremus tali modo figuratus non ꝓprie significat hoĩem inuidum, quia inuidia ꝓprie est cum dolore boni alterius. Hi aũt qui hmõi signum habẽt nõ tristãtur bonis aliorum, sed solum æmulãtur, ut & ipsis similibus bonis perfrui mercãtur, & hoc potius ex uanitate q̃ auaritia, & in isto cap. melius fortassis ponerentur signa auaritiam, significatiua ꝗ huiusmodi signum.

¶ Videatis cap. 263.

¶ Cap. cclxxxi. de his qui habent uitam sine cogitatione, & alii lucrabuntur pro eo.



Icunt chyromãtici. Si linea generationis diuidatur prope finem eius et duos efficiat ramos quorum unus uadat ad tuberculum indicis, alter uero ramus uadat ad medium. Talis habebit uitam sine cogitatione, & tamen alii lucrabuntur pro eo.

¶ Cap. cclxxxii de Regibus, Principibus qui male finiunt & amittunt regnum seu dominium.



1 Ngulus summus ualde infimus, aut ualde sepa-
2 ratus, amissionem status demõstrat. ¶ Linea sa
turnina nõ bene cõditionata & ualde ꝓtẽsa cũ
uberrima copia linearũ in medio tuberculo, am
3 missionem domini minatur. ¶ Linea mensalis

protensa & usq; ad indicis tuberculorum nuda sine ramis, in fortunium maximum, & amittere statum suum denunciat. ¶ Quãdo una linea emergit a cõcauo manus & usq; ad radicem medii ptẽdat. Oẽs in hac arte periti cõueniunt in unum ꝙ talis positura significat ammissionem dominii & etiam in uinculis mori ¶ Hmõi rei exẽplum tibi dabo. Si in mauu sit linea cordis mediaq; naturalis, & linea mẽsalis & sint nudæ sine ramis, & tuberculi sint illineati atq; depressi. Et insuper linea saturnina sit male cõditionata cum exuberãtia linearũ in saturnino loco. Et sit disgregatio digitorum cũ articulis crassis, dicas tũc ꝙ penitus ẽm inclinationẽ naturalẽ, ille amittet regnũ & uitam. ¶ Alia manus sit bene mõticulata, & angulus supremus separatus ualde, et linea mẽsalis nuda sine ramis & ẽt articuli sint crassi. Dicas tũc ipsum amittere regnũ & mala nece mori. Alia manus sit bene lineata atq; mõticulata et hẽat angulũ supremum ualde infimũ cum linea quæ dicit mater carcerum quæ est illa quæ initiat in concauo manus, & extenditur usq; ad primum articulum medii digiti aut ad secundum. Dicas tunc ꝙ ille Rex, Dux, Princeps, uel Dominus in uinculis morietur, & amittet Regnum, Ducatum, uel Principatum suum.

¶ Tricassus Mantuanus.

PRo maiori noticia huius capituli, sciendum est ꝙ hoc quod Cocles noster dicit de ammissione principatus, & id etiam quod ipse dixit in capitulo. 228. de infortuniis. & capitulo. 287. sunt unum & idem, quo ad effectus suos, uidentur autem apud aliquos magnam differentiam facere, maxime, inquantum dicitur ꝙ conditio personarum seruanda est in iudiciis dandis. Nam illud quod de Ciuibus, ac etiam de

Nobilibus in diuitiis indicatur. hoc idē de principatu (quo ad Dominos) pronūciādū est. Et similiter de omni alio subiecto ꝓportionaliter, ¶ Quo autē ad. I. signū Aduertatis. ꝙ Angulus supremus deprimi aut esse depssum pōt dupliciter itelligi. Vno modo est quādo uitalis & Naturalis uniūtur in opposito Digiti medii. Alio modo quādo uniuntur in mōte indicis aut in tuberculo ipsius uerus ꝓpter digitorū, itaꝙ multum inclinatur uersus ipsos digitos. & quodlibet horū retinet eundē effectum aut significatum, & omnes mali sunt, secundū autē modo est deterius ac periculosius primo.

¶ Capitulum. cclxxxiii. De his qui ueneno moriūtur aut propter res uenenosas aut ex percussione.



Vādo angulus supremus nō cōiungitur et parū distat, & quedā linea sit inter duas lineas cōstituētes angulū, & prædictæ lineæ sint ita ꝓpinque quod utraq; se tāgat superius, & se extēdat ad inferius significat mori ex ueneno aut percussione.

¶ Cap. cclxxxiiii. De his qui inebriātur & ganeis utūtur.



Vnt aliquę nationes apud quas nullū est dedecus inebriari. aut uti ganeis. Et quædā est genitiuā species quæ est ex inclinatione naturali ꝓna & decliuis ad ebrietatē, ut sunt homines martiales lenones lusores caupones, & illi qui a uulgo nominātur brēptatores, qui præcio conducti uina ferunt ad alienas domos. inter istos pono ēt pistores. Si reperies in istis signa aliqua ebrietatis intēsiue poteris iudicare. ¶ Si ergo media & cardiaca nō sūt cōiunctæ, & notabiliter distāt, Et colliguntur ab uno uel duobus baculis utrinq; se tāgentibus dicas significare hominem pœnitentem expensarum & largitatis factæ aliquādo autem talis

baculus uel baculi oriuntur ex una & dabunt prope aliam Li-
neam tūc significatur Vinosus & ebrius. Valde quoq; ad ebrie
tatem sunt inclinati & proni illi qui martialem lineam habēt
quemadmodum diximus in suo loco, & præcipue illi qui ha-
bent angulum supremum ualde separatum ex quacunq; causa
aut modo aut lineatus sit aut non. Dicunt quidam, & præcipue
Anthiochus. Si in specie arcus media naturalis deflectat men-
sali, ita quod nullum uel arctissimum in medio spacium derelin
quat temulentum atq; cauponarium ostendit. ¶ Scribit etiam 2
Anthiocus noster de angulo supremo ad istud propositum di-
cens. Si in summo angulo reperiātur duæ lineæ equedistantes et
una ex duabus lineis non tetigerit ebrietatem cum uoracitate
prætendere uidetur, sed ipse antiochus non intellexit nec potuit
bene exponere oportet dici ut præcedenti clausula actum est.

¶ Cap. cclxxxv. De infortunio circa domum & familiam.

SI linea semicircularis sit in triangulo prope angu
lum summum, & eius cornua respiciant uersus
partes digitorum turbationem familiæ atq; do-
mus eius significat.

¶ Cap. cclxxxvi. De his qui perueniunt ad honores seu ad offi
cium & sunt fortunati apud Reges uel res publicas.

DE maximis rebus quæ desiderantur in hoc seculo
sunt honores diuitiæ exaltationes officia & bena
fama. Congruum igitur est de his pertractare.
¶ Linea mensalis cum ramis rectis ad superius 1
tendentibus uersus indicem signum est exaltationis. & deno-
tat honores officia & dignitates. Et si tales fuerit pauper ascē
det gradatim ad prædicta. ¶ Quando linea mensalis sic figu 2
rata ut superius dictum est uadat ad radicem indicis & in fine
eius firmetur & ex altera parte quidam ramus eius aspiciat

radicem policis significat exaltationes & honores aut officia,
3 & talis erit dulcis animi & morigeratus. ¶ Si quædam li-
neæ ueniant a radice policis usq; ad lineam uitæ postremã. quæ
est uersus angulum supremum, cupidum honoris & laudis &
inanis gloriæ denotant, si aliqua connexa habent significant ho
4 nores & diuitias apud principem seu senatũ. ¶ Dicunt quidã,
quãdo duæ lineæ oriantur a rascetta cõtinue et ad radicem anul
laris deueniunt seruitutem principum significant & talẽ for
tunatũ, quippe cũ principes amaturi sunt & muneribus dona-
turi. ¶ Vide cap. 141. quia idem sunt, & alia signa habebis.

¶ Cap. cclxxxvii. De infortunio in diuitiis atq; negociis

SI linea mensalis sit connexa cum linea capitis &
1 Linea uitæ, ita quod angulus causetur infortuni-
um maximum minatur ita ꝙ desiderabit se num
quam uenisse in mũdum. ¶ Linea mensalis recta
2 & subtilis in fine ius uersus montem indicis in-
fortunium & substantiæ diminutionem promittit. ¶ Si linea
3 mensalis nõ firmetur iuxta digitos sed tantum terminet se ad
digitum medium habentem ducere uitam suam sicut auis. hoc
est ꝙ permanent in continuo timore quemadmodum aues in ra
musculis & nidis suis occultantur, cum periculo ne recipiant
alienas insidias. Ita ꝙ habentes talem posituram sic se habent
uniuersaliter in uita sua & in negociis suis ita ꝙ arguit uni-
uocum infortunium. Alii dicunt, quod si dicta linea mensalis in
fine sui fuerit subtilis & rubra omnia prædicta minuuntur.
Si uero fuerit grossa & rubra augmentat. ¶ Quando linea
mensalis est bifurcata uersus indicẽ uel medium signum est la
4 boris in tota uita sua. ¶ Si linea mẽsalis mãdauerit unicum ra
musculum inter mediũ & medicũ labores & angustias osten-
5 dit si sit subtilis et rubra omnia prædicta minuũtur, si au-

tem sit grossa & rubra auget significatum. ¶ Si linea mēsalis in pluribus locis intercisa fuerit labores sine requie denotat. Alius textus dicit ꝙ labores & angustias cum rigibus significat utraqꝫ sententia a me est experta. ¶ Tenet Mercurius ꝙ quando linea mensalis in ultima sui parte ascendit uersus indicem arguit infortunium quod a me obseruatum est, & hoc intelligitur in omnibus negociis. ¶ Si linea quæ dicitur pricipiū reperiatur in monte solis, & si fuerit obsessa ualde a multis lineis, habens fugiat a societate Regum, quoniam ratione eorum patietur iacturas angustias & maximū infortuniū et fortasse carceres cū mortis periculo. ¶ Tricassus Mantuanus.



IN.4. signo huius cap. aduertatis in iudicio taliū ramusculorū nā tales rami nō proprie ad indicem ascēdunt imo inter ipsum & mediū reflectūtur. nec de se proprie multū extēduntur, sed tātūmodo in pricipio ostēdūt inclinationē uersus digitos ipsos. ¶ Quo ad.7. sciēdū ꝙ hoc intelligitur quādo ipsa linea nō ꝑprie ascēdit in indicem imo inter ipsum & medium uersus indicem tamen. Et quo magis proximatur ipsi Indici eo minus est nociua. Huiusmodi autem infortunia non multū comprehendi possunt, cuius. s ſpetialitatis sunt. ita ut quodamodo iudicemus de unaquaqꝫ reimpedimentum aliquod consurgere.

¶ Capitulum.cclxxxyii. de his qui sunt bilingues adulatores atqꝫ mendaces.



QVādo mēsalis linea uel rami eius uadūt an lineā capitis superius certa sibi proficua talis capiet, adulator erit, & in uerbis mendax eritqꝫ placens gentibus, & in absentia pungit ut uenenosus scrorpio & de aliis murmurat ut manifestum est. ¶ Multæ lineæ in monte policis intercise seu conglomeratæ & subtiles defectum

3 mentis & mendacium ostendunt. ¶Si quædam linea fere ut
centura iuxta supremum angulum sit & respiciat indicem ta
4 lis est bilinguis & propria lingua ledetur. ¶Manus parue ar
guunt mēdatia adulationes dolos & fraudes. & eo magis quo
fuerint. Digiti concaui & indispositi adinuicem non bene se cō
5 iungentes. ¶ Scribunt quidam quod si linea mensalis in caua
manus habuerit plures ramos riuulosos significat hominem
fellitum & concipientem in negociis peragendis diuersa pro-
posita & uaria & pauca ueritate ea prosequetur. ¶Quando
6 media naturalis sit nimis breuis & discontinua inconstātiam
uerborum arguit. ¶Si in principio mediæ naturalis sint lineæ
7 similes arbori palmæ, & tales lineæ sint ualde magne & cur
ue, & tales rami uadant ad inferius respicientes montem ma-
nus inconstantiam & mendacium demōstrant. ¶ Angulum su
8 premum ualde separatum dicunt aliqui mendaciū & linguā
serpentinam significare. ¶ Quando inueneris mensalem effi-
9 cientem duos ramos unum ad indicem alterum ad medium di
gitum deuenientem adulatorem atq; mendacem dicunt signi-
ficare. ¶Si autem talia figura. F. fuerit in loco martis falsum
10 mendacem proditorem propter quod malum habebit denotat.
¶Raro est ꝙ Claudi strabones lippitudinarii gibbosi aut di-
11 minuti in aliquo corporis membro & in commensurati sint re
cte naturæ, & ꝙ sint sine mendacio & fraudolentia & ꝙ nō
habeant serpentinam naturam. Aliqui dicunt ꝙ diminuti acci
dentaliter non sunt huiusmodi naturæ. Ego aūt dico & affirmo
hoc esse falsum. Quia complexiones habent terminatam com
mensurationem membrorum. Deficiente autem propria latitu
dine deficit etiam talis complexio. Vidi plures qui per accidēs
fuerunt diminuti in aliquo membro. qui prius fuerant comple-
xionis laudabilis qui post excessum facti fuerūt melancholici.

Dicant illi quicquid uelint pœnitus sunt incommensurati, sunt tamen tales ingeniosi in suis negociis. ¶ Color rubeus obscurus mendacium dolum & fraudes significare dicitur, Color autem liuidus flauus aut cineritius facit hominem qui non cui tabit uti mendacio.

¶.Tricassus Mantuanus.



Irca signum.8.sciendum ꝙ istud est illud idem de quo superius capitulum.235.constituit per quod facilime percipi potest quantæ bestialitatis sit ista lingua maledica. Ita ꝙ (ut melius malignitatem exercere ualeret in Guidum Pisaurensem) ex unico signo totum capitulum constituit(quod tamen signum etiam ex sua propria significatione eandem malignitatem non sustinet quam ipse narat, immo non proprie significat hominem iniquum, magis autem hominem lætum ac ac leuem capitis, & sine respectu benæ & male prout sibi occurrit, ita in sermone sicut & in reliquis operationibus exire) demum autem in hoc capitulo ex sola aliorum operatiõe ipsum exponit. Quod ideo fecit quia re uera seipsum errasse cognouit in tali expositione superius habita capitulo.235. ¶ Sciendum quoq; ꝙ Cocles propter illud capitulum ab ipso Guidone pisaurensi occisus fuit, ut uindicaret infamiam sibi iniuste illatã. Quia reuera ipse Guido erat Vir optimus & Doctus & inter sapientes honoratus, & adhuc ipsum uiuere credo. ¶ Quo ad.x.sciendum ꝙ illud quod dicit de his qui ex accidenti diminuti sunt in aliquo membro sunt iniqui ac maligni. falsum est. Quo autem ad experientiam quam ad coroborationem adducit.dico ꝙ hoc prouenit, non quia in aliam naturam mutentur sed uidentes se impeditos existere in operationibus solitis, seipsos refrenant ac deprimunt. Et in hoc exemplum habemus de

aliquibus qui prius quidem erant peruersi & mali post huius-
modi autem infortunium quieti effecti sunt. Quo autem ad il-
los qui naturaliter in aliquo membro deficiunt. Dico ꝙ non
possunt proprie dici maledici sed solummodo quia calidi sunt
& astuti ingeniosiq; unde. & non adeo peruersi sicuti iste
obloquitur.

¶ Capitulum.cclxxxix. De signis bone morigerationis & societatis.



1 Vando linea mensalis est bene conditionata et re-
cta sub indice ac in palma extensa signũ est bone
2 morigerationis secretarum personarum & bo-
norum morum. ¶ Lineæ conglomerate ut stella
bene colorata in quadrangulo arguit bonitatem morum et lau-
dabilem conuersationem. ¶ Mensa manus perpulchra & equa-
3 lis cũ decenti latitudine sine linearũ intersectione bonos mores
4 atq; societates laudabiles præstat. ¶ Lineæ procedẽtes a me-
dia naturali uersus lineã mẽsalem si sint bene apparẽtes & bo-
ni coloris bonos mores atq; naturam præstãt. Et ea omnia quæ
diximus in cap. de æqualitate ingenii huic loco applicãda esse
uidentur. Rex morũ atq; honestæ uitæ est Iupiter. Ideo mons Io-
uis inspiciẽdus est, postea solaris locus & post ueneris locus qui
præstat etiam mores tamen cum aliquali lasciuia, & si mini-
mus digitus & eius tuberculus est bene lineatus. Saturnus &
Mars sunt pessimi, Luna uero conuertibis ad utranq; & fœmi-
na flegmatica & sic considerabis.

¶ Capitulum.ccxc. De signis iracundiæ.



I linea mensalis sit ualde extensibilis ita quod
1 egrediatur palmam uersus indicem iracũdiam
significat si a multitudine ruboris sit obsessa ꝑ-
2 cipue in sui fine. ¶ Si clausum pugnum semper

quis teneat impetuositatem & iracundiam significat. ¶ Li- 3
nea arcualis inter indicum & medium existens & per tuber-
culum pertingens usq; ad minutulum quæ dicitur cingulus ue
nereis iracundiam feriam uidetur ostendere. ¶ Tremor ma- 4
nus in iuuene sano ostendit quod talis est facilis ad uehemen-
tem iram. ut ego habeo in manibus meis, & si uero tremor fue
rit multum fortis signum & uitiose complexionis, & talis de
facili irascitur. Melancholicus multiuolus, & malignus est.
¶ Si cutis manus maxime palme grossa & dura fuerit natu
raliter cum rubore principalium linearum iracundiam denun 5
ciat. ¶ Dicunt aliqui q̄ si linea cærebri sit nimis grossa, &
rubicunda iracundiam declarat. ¶ Dubitant aliqui dicentes, 6
si ira est accensio sanguinis circa cor, & q̄ procedit a calidi-
te, & ergo falsum uidetur dicere q̄ fœmina est uehemens ad
iram ut dictum est in radicibus nostris de diuisione sexus quo-
niam fœmine sunt masculis frigidiores. Respondetur quod
duæ sunt diffinitiones ire una est materialis altera uero for-
malis. Prima tangitur a phylosopho in libro de animali-
bus. Et etiam ab Alberto in eodem loco, quod est accensio
sanguinis circa cor. Altera est in libro ethycorum, dum di-
citur. Ira est appetitus ad uindictam, Prima est materialis,
alia formalis, & utraq; tangitur ab Auerroe si bene me-
mini in. 2. de aĩa. Ira quæ accensio sanguinis circa cor est uehe
mentissima in masculino sexu, & præcipue in callidis indiui-
duis. Secunda quæ est appetitus ad uindictam est magis in fœ
minis & in indiuiduis frigidis, et præsertim in melācholicis,
& quãto aĩal est magis uile & abiectum, tanto eius appeti-
tus est intensior. Homo post recessum inflãmationis si est bene
natus minus retinet species uindictæ, præcipue ꝓpter bonita-

rem intellectus & rationabilis discursus, & ob hoc est magis placabilis. Fœminæ uero propter imperfectionem matrici sunt implacabiles, maleficæ, quoniam ita euenit in frigidis indiuiduis non bene natis.

¶ Tricaßus Mantuanus.



I quis ad oẽs falsitates ac fatuitates huius bestiæ respõdere uellet necessario dimittẽdum esset intentum principale. Sciẽdum autem ꝙ ꝑposita dubitatio nullo modo ex uerbis ipsius solui potest, & ratio in cõtrariũ adducta magis corroboratur. ¶ Ratio autem in cõtrarium talis est. Tu dicis ꝙ fœmina est iracundior masculo. Ego autem dico cõtrarium. Ratio autem est, quia Ira ꝑuenit ex accensione sanguinis circa cor. Cum igitur masculus sit calidioris naturæ q̃ fœmina, sequitur ꝙ masculus iracundior sit ipsa fœmina. Quoniam cum sit callidioris naturæ, facilius ac uehementius accenditur sanguis circa cor ipsius masculi q̃ fœminæ quæ est frigidioris naturæ. ¶ Ipse autem ad hãc rationem respõdit dicens, ꝙ quo ad causam materialem masculus est iracundior, quia callidioris naturæ, ira autem (quo ad materiam) est accensio sanguinis circa cor, quo autem ad causam formalem fœmina est iracundior masculo, quia fœmina est frigidioris ac uillioris naturæ ipso masculo, & intensius in operationibus suis existit. Ira autem (quo ad formam) est appetitus uindictæ, In qua quidem respõsione q̃uis multa enarrentur, attamen pro solutione nihil ad ꝑpositũ conferunt, & ad rationem in contrarium quæ fundatur super hoc. s. ꝙ ubi est maior caliditas ibi est ira uehemẽtior, nam ira est accensio sanguinis circa cor. Et illa distinctio causæ formalis et materialis nihil ualet, nam impoßibile est ꝙ alicubi causa formalis inueniatur absq; accensione sanguinis circa cor, et

quo maior est accensio sanguinis eo maiorem appetitum uindictæ producit qui est proprius effectus talis accensionis. ¶ Et adhuc amplius ipse etiam dicit quod hõ post recessum inflãmationis si est bene natus minus retinet species uindictæ, & hoc ex discursu rationis ac complexione naturali. Et ecõtrario fœmina quæ est complexionis imperfectæ magis retinet species uindictæ. Ex quibus sequitur quod & masculo & fœminæ similiter sanguis accenditur, & oẽs uindictam appetunt, q̃uis fœmina magis. Et iterum immediate sequitur proposita dubitatio. s. cur fœmina sit iracundior, cum tamen sit callidior & calliditas sit causa talis appetitus uindictæ, propter accẽsionem sanguinis, Quapropter necessario oportet adducere aliquam respõsionem, quam ad propositam dubitationem satisfaciat. ¶ Respõdendo autem dico quod hõ magis accenditur in iram q̃ ipsa fœmina, et fœmina est magis uindicatiua q̃ uir & minus accenditur in ira q̃ hõ. Causa autem qua uir magis accẽditur in iram q̃ fœmina (. s. ipsa calliditas) est etiam cã quod uir minus appetit uindictam q̃ fœmina. Et causa per quam fœmina minus in iram accẽditur q̃ uir (. s. quod ipsa frigiditas complexionis) est etiam cã quod fœmina est magis uindicatiua. ¶ Vnde sciendum quod sicuti dictum est superius in cap. 54. quotiẽscunq; accidit accẽsio siue ebulitio sanguinis, immediate sequitur quod q̃to maior est ebulitio, magis etiam uapores ad caput exhalãtur, & secundum ipsorum grossitiem ac tenebrositatem, ita etiam & fantasmata impediuntur, ac incõfuso persistunt, & ecõtrario quãdo subtiles sunt & clari, fantasmata quoq; remanẽt clara ac disiuncta, dictum etiam fuit quod calor naturalis ex uigorositate sua producit uapores, siue purificat illos ex cõsumptione frigiditatis ac nimiæ humiditatis eorum, ex quibus talis cõfusio ac tenebrositas causatur. Et ecõtrario quãdo calor naturalis est de-

bilis illiusmodi uapores thetri ac confusi ad caput ascendunt. Et ideo cum ira sit accensio sanguinis (ita in uiro, sicuti etiam in muliere) sequitur etiam ꝙ in quolibet corũ sit maxima ebulitio ac multiplicatio uaporum ac fantasiam accedentium, (in cuius etiam signum rubescunt in faciem) & etiam sequitur ꝙ ubi calor naturalis dominatur, ibi etiam tales uapores sunt clari & subtiles, & ecõtrario, ubi dominatur ipsa frigiditas, ibi etiam illius uapores sunt grossi & obscuri, ex qua grossitie fantasmata ipsa cõfunduntur ac uirtus fantastica impeditur, & etiam sequitur ꝙ ratio & intellectus eorum cõfusione offendũtur in ꝓprio iuditio. Et ideo hõ qui est callidus naturaliter dicitur esse minus iracundus, (& re uera sic est,) quia ꝗuis in eo fiat maior ebulitio accẽsio sanguinis, attamẽ ex quo uirtus fantasiæ, ac fantasmata ipsa nõ impediuntur ab ipso suo discursu ac collatione naturali, ideo nõ dicitur iracundior ꝓpter dominium rationis ac intellectus qui dominãt tali appetitui uindictæ. Et in cõtrarium fœmina quæ est naturaliter frigida dicitur esse iracũdior ipso hoĩe, quia ꝗuis minorem accẽsionem sanguinis patiatur, attamẽ nõ ꝓpter hoc sequitur quin ipsa fantasia ac fantasmata confundantur, immo tales uapores magis abundant (quia palea supposito minori igne maiorem fumum ꝓducit ac nebulosum,) & ex tali grossitie ac multiplicatione uaporum species ipse ac fantasmata quæ circa obiectum uindictæ occurrunt sunt cõfusa & obscura, quo fit ut ratio ipsa impedita a ꝓpria operatione siue collatione, necessario ipse appetitus in prima apprehẽsione uindictæ persistit, & ex cõsequenti oĩ conatu suo ꝓpositam uindictam appetit. Et hoc est ꝙ dicitur cõiter. s. fœminam esse magis iracundam, quia obiectum ꝓprium ipsius iræ est uindicta, & iuxta sententiam phylosophi, unũquodq; denominatur ab obiecto. ¶ Et ideo cum queri-

tur, quare fœmina est iracundior ipso hoie, dicendum est ꝙ hoc prouenit ex dominatione appetitus sensitiui in obiectum uindictæ propter uapores excellentes, & imperfectam accensionem, innalidam accensionem sanguinis circa cor impeditiua rationis ac intellectus discursum siue collationem.

¶ Cap.ccxci. de numero nuptiarum & uxorum.



On nulli celeberrimi auctores dicunt ꝙ tot lineæ quot sunt iuxta auricularē in latere manus ꝑpe mēsalē, et quot lineæ apparebūt uenientes ex dorso manus, tot uxores manifestāt, si obliquæ fuerit, præteritas, si uero rectæ futuras, et quot paruæ lineæ inuētæ fuerint, tot pellices manifestāt, si uero antedictæ lineæ sint intercisæ, utplurimū, uir accipiet uxorē corruptā, si obliquas lineas reperies, malā mulierem accipiet, si magnæ erūt lineæ, lōgeue uiuēt, si uero paruæ, parua uita indicanda est, si autem fuerint dictæ lineæ cū trinaria sui ꝑportione et magnæ, cū bono colore, & tuberculus Veneris & alii montes fuerint fortunati, denotant magnas diuitias ꝑpter uxores, & præcipue si tales habuerint signa quæ ostendunt diuitias, aut ostendunt hereditates mulieris gratia, ut ante iā dictum fuit. ¶ Lineæ extensæ a radice policis per mōtem ipsius, quot lineæ fuerint, tot mulieres uxoribus similes dicunt ostēdere. Et in manu mulieris, tot hoies uel amicos maritis similes denotant. Si 2 sint rectæ, extensæ, & pulchræ, tot prædictis mulieribus aut uiris copulabūtur. Et si infra prædictas lineas sit aliqua maior altera, signum est habere talem mulierem aut talem hoiem maiorem in diuitiis q̃ fuerit genus suum. ¶ Dicunt etiam qui 3 dam ꝙ quot lineæ secāt primam iuncturam medici, tot uiros accipiet mulier, & talem intersecationem dicūt chyromātici esse per lōgitudinem iuncturæ, nō autem per latitudinē. ¶ Di 4

xit pictor chyromātiæ quot lineas in fœmina inueneris a prima anularis iūctura ad scd'am & ille sint rectæ & pulchræ, totidem maritos significat fœminam habiturā, hoc uero falsum & erroneum est. Nam sunt aliqui qui in tali loco habēt uiginti lineas, aut decem. Et nunq̄ inuētus est uir qui habuerit in
5 suo periodo sex uxores. ℂ Dixit auctor cuius nomē nō bene memini, ꝙ quādo linea saturnina oritur a radice brachii & extēdatur ad anularem digitum, & tamen nō tāgat ipsum digitum, denotat ꝙ uxoribus, uel amasiis copulabitur.

ℂ Tricassus Mantuanus.



Rimum signum huius cap. ubi dicit ꝙ tales lineæ intercisæ significāt accipere uxorem corruptam, falsum est. Pro quo sciendum ꝙ tales lineæ duobus modis poßunt eē itercisæ. Vno modo directæ per transuersum, Alio quasi per longum. Et primo quidem modo significāt per interualla temporum cum uxore conuersari. aut aliam magis amare, aut simul. Secundo uero modo significat cælebem uitam ducere, aut uxorem uel amicam nō accipere, aut accepta dimittere. ℂ Quo ad. 2. signum. sciendum ꝙ si quis obseruaret indicium expositum in chyromātia mea. 3. parte, figura. 12. littera. B. posset insimul cognoscere tēpus nuptiarum, aut coniugii, aut copulæ carnales per tales lineas significatæ. ℂ Quātum uero ad. 3. & . 4. signum sciendum ꝙ idem sunt. Et in hoc etiam percipi potest ignorātia ac malignitas huius Bestiæ, qui propria paßione obcecatus ac in aliorum detractionem penitus intētus. 3. concedit, demum autem negat. 4. co ꝙ sit expositio Corui. Attamen (ſm ꝓpriam ueritatem) iste lineæ sunt pauci roboris ꝓpter eorum multiplicem significatum. Et etiam hæ quæ sunt huius significationis sunt claræ ꝓfundæ & apparentes. Nihil etiam officit ꝙ. s. in-

ueniantur in magno numero, nam aliqui inueniuntur qui ad septenarias nuptias trãsierunt. Et aliquos ego noui. Et ulterius in hac scientia maritus & amicus pro eodem considerantur, & etiam uxores & amicas.

¶ Cap. ccxcii. de signis castitatis.



I spacium mõtis auricularis sit purum & bene coloratum, stabilitatem animi, atq; castitatem & cõtinentiam demõstrat. Alii uero dicunt ꝙ si talis mõticulus fuerit sine signis purus et nitidus: significat uirginitatem, & ꝙ nunq̃ talis corrumpetur. ¶ Si quædam linea notabilis recta subtilis et decenter colorata oriatur a mensali & uadat ad radicem auricularis, significat in muliere uirginitatem, seu castitatem. 1 2
¶ Dicit auctor incognitus, si uenerit una linea subtilis et equa a linea capitis & trãsierit lineam mensalem & ueniat ad auricularem, uirginitatem & castitatem significat. Et quanto magis grossa & magis equa fuerit talis linea, tãto minus casta mulier denotatur. 3
¶ Si uis cognoscere uirginitatem mulieris. Videas manum mulieris stomacho eius ieiuno. Et si habuerit lineas graciles & pallidas, Tunc illa mulier est uirgo, sed si fuerint lineæ latæ & rubre uel fracte infallibiliter talis est corrupta ut aliqui testantur. 4

¶ Capitulum. ccxciii. De signis eorum qui sunt patricide uel fratricide.



Emicircularis figura prope mediam naturalẽ in ascensu manus patricidam dicunt significare. Similiter si figura ut stella reperiatur in supradicto loco signum est incrementi malitiæ et malignitatis ut dicunt huius artis auctores. 1
¶ Si in monte manus iuxta lineam uitæ prope rascettam reperiatur figura 2

ueluti quadrangulum cum linea aliqua circumflexa, patrici-
3 dam siue sacrilegum dicunt denunciare. ¶ Dicunt quidam re
centiores, ꝙ quãdo a mensali oritur notabilis linea in directo
auricularis ꝑpe percussionem, & perpendiculariter tendat ad
montem Lunæ, occisorem proprii genitoris denunciat. De hoc
usq; ad hunc diem indicaui neminem.

¶ Cap.ccxciiii. de his qui patiuntur damnum, infamiam, aut persecutionem apud Reges.



Inea solaris si sit obliqua & male positionata ra
1 tione essentiæ loci, & sit cõglomerata, aut obses
sa a multis lineis, infortunium præcipuum apud
principes denotat. Et quãdo aliquis talem habet
posituram fugiat præsentiam & conuersatio
nem principum, & Regum, & si tales lineæ oriãtur a mensa
li seu a mensa manus, tale infortunium euenit ꝓpter inimicos.
qui infamãt ipsum apud Regem. Si linea principum habet ma
iorem uigorem q̃ habeãt lineæ quæ secant ipsam, ab infortunio
tali bene euadet. Et quot fuerint lineæ supradictæ, tot etiam ini
micos ostendunt & maiores & minores ẜm præsentiam ipsa
rum linearum. ¶ Aliqui autem scribunt, ꝙ illud qđ dictum
est sub istis uerbis, quãdo honorum linea intercisa fuerit & dis
cõtinua, & ꝙ nõnullæ rimulæ eam intercidunt, tales habentes
hoc aufugiant dominos, subibunt namq; uitæ amittendæ peri
culum, & eo magis quando dictæ lineæ pallidæ fuerint, quod
etiam Coruus noster in suo picto opere describit. ¶ Scala uel
2 gradus in indicis tuberculo si fuerint eius cacumina annexa
& scissa supra modum trãsuersalibus lineis, odia, damna, per
secutiones & insidias magnorum principum arguit, ut dicũt,
& credo, ꝙ sit Anthiocus inter alios. ¶ Si quattuor uel quinq;
3 lineæ intersecant lineam mensalem in diametro medii digiti,

labores, angustias, & anxietates cum principibus & Regibus scribunt significare, adeo q partem substantiæ sit faciliter ammissurus.

¶ Cap. ccxcv. de tyrãnica natura.



Graciles & longæ manus naturam tyrãnicam demõstrant. 1
¶ Linea mensalis extensa usq; ad tuberculum indicis cum liuore aut rubedine, tyrãnicam & crudelem naturam denotat. 2
¶ Lineæ naturales ualde extensæ, tyrãnicam naturam penitus arguunt. Efficiũtq; corpus cholericum, & pariter complexionem & aiam indicant rapacem, atq; etiam tyrãnicam naturam dilucidãt, & eundem effectum facit nasus aquilinus & assimilatur aquilis. 3
¶ Color rubeus obscurus, tyrãnicam ac rapacissimam naturam designat. 4

¶ Cap. ccxcvi. de penitentia largitatis.



Linea trãsuersalis uel duæ si i summo angulo sint utranq; lineam anguli pertingentes & nõ egredientes, sed equedistantes, factarum expẽsarum & largitionis pœnitentiam dicunt ostendere.

¶ Tricassius Mantuanus.

¶ Ad significatum huius angulus supremus debet esse disiunctus, sicuti pluries dictum est. ¶ Videatis. 1. signũ cap. 284.

¶ Cap. ccxcvii. de loquacitate.



Tenues & curtæ manus, aut si digiti manuum immoderato spacio inter se distent, aut manus intortæ & tenues, loquacitatem uidẽtur ostendere. 1
¶ Quãdo etiã digiti sunt dispersi loquacẽ ostẽdũt. 2
¶ Quãdo basis triãguli finitur in cauea manus & nõ adhereat cardiacæ, facit hoiem timidum, incõstantem, et loquacẽ. 3
¶ Quãdo duæ lineæ initiãt a rascetta & uadãt ad radicẽ minutuli, loquacitatẽ et psũptionẽ testant. 4

¶ Tricassus Mantuanus.



Irca illud quod de digitis loquitur in primo si gno sciendum ꝙ hoc intelligitur in apertione manuum sicuti figuratum est in chyromãtia mea parua.3.parte figura.46.

¶ Capitulum.ccxcviii.De cogitationibus ua-riis & malis.



Vicunq; percutit digitos ac si uellet timpaniza re quando cogitat signum est uariarum & ma larum cogitationũ ẜm aliquos chyromãticos.

¶ Capitulum.ccxcix.De his qui perueniunt ad dignitatem regalem seu ad coronam.



Tella in loco solis uel Iouis coronam uel regiam
1 dignitatem pronunciat. ¶ circulus uel forma
2 sphærica in loco Iouis ad coronam uel regiam
dignitatem ascensum indicat ut autumant an-
tiqui partes egyptii atq; aliqui recẽtiores. ¶ Si
3 linea saturnina a uitali oriatur, rectaq; ut sulculus ad tubercu
lum solis deueniat Regiam dignitatẽ cum summo honore chy-
4 romantici dicunt denunciare. ¶ Si una uel binæ lineæ oriantur cum eorum trinaria proportiõe a linea mensali nec in aliquo lo co intersecetur. Et etiam deuenerit ad tuberculum solis in duas partes uelut sulcus, & porrexerit se ad radices digiti ad prin cipatum uel regiam dignitatem talis habens deueniet. Præte-rea scias quod oportet aliarum linearum ac tuberculorum pro portio talis præstari. ¶ Si autem figura.B.erit i loco solis aut.
5 D.in loco Solis ostẽdit hominem diuitem & fortem, & qui for tasse adipiscetur ab alienis diuitias. Et aliquãdo talis exaltabi tur ad regias dignitates. Et si fuerit rusticus aut uilioris pro-genici & habuerit bonam posituram secundum qualitatẽ suã

augebitur

augebitur eius status, & habebit imperium super gentes sui generis & status.

¶ Cap.ccc. de his qui patiuntur persecutiones & fugas propter prælatos aut sacerdotes.



Vadrāgulus aut figura quadra sed oblōga: cū lineis in capitibus extēsis in loco Iouis, sacerdotū persecutiones & detrimenta eorū causa manifestant, ut Anthiocus pinxit, atq; alii moderni. 1

ni. ¶ Scala uel craticula ualde implicatæ in indicis tuberculo, persecutiones & fortasse carceres præbent sacerdotis causa, ut aliqui tenent. 2

¶ Lineæ quæ sunt in specie acuti anguli se adinuicem secantes inter indicem & policem, iacturas & persecutiones sacerdotum causa demōstrant, ut antiquè Aegyptii tenent, & etiam aliqui alii moderni. 3

¶ Capi.ccci. de his qui sunt ueridici in suis promissionibus.



Mpla linea sola & profunda inter indicem & policem si extiterit, ueritatem & promissorum fidem præstat. 1

¶ Lineæ procedentes a linea cerebri uersus generationis lineam si fuerint bene apparentes & boni coloris, ueritatem ꝓmissorum significant. 2

¶ Binæ lineæ equitantes se ut crux quando sunt bene conditionatæ in quadrangulo. Et quando crux a media naturali sit remotior, tanto magis promissorum adimplet complementum. 3

¶ Dixit Vgo, Si inter principium mediæ naturalis & indicem plures lineæ transuersales uideantur eque distantes satis apparentes & non secentur per lineas aliquas in longum posituras, ueritatem promissorum significant. 4

¶ Figura talis. C. in loco Veneris, ueridicam promissionem denunciat Et nota ꝙ ea omnia quæ scripsimus in capitulo . 62 . de equalitate ingenii hic referri possunt. Et econtrario de ingenio 5

nephando atq; prophano.

¶ Capiulum. cccii. de his qui in pecoribus habent fortunam & lucrum.



Recentiores dicunt, quod si mons policis plenus rimulis fuerit, in pecoribus fœlicitatem pollicetur. Et hoc intelligitur si residuum manus fuerit fortunatum. Si per contrarium paucæ fuerint rimulæ, in pecoribus infortunium ostēdunt. ¶ Si autem uolueris altius considerare de fortuna & infortunio in animalibus. Oportet quod tu legas atq; diligenter specuIeris omnes libros astronomorum & aliorum doctorum, & præcipue picatricem summum & ingeniosum uirum in uariis doctrinæ generibus, & considera animalia quæ reguntur sub uariis planetis, ut uerbi gratia Equus regitur a Marte. Asinus a Saturno. Aues ac uolatilia a Venere. Pisces & Ranæ a Luna &c. Et etiam est habenda consideratio. De animalibus quæ habent communionem commixtionemq; cum planetis eis dominantibus, & proportionare animalia ad tuberculos digitorum & ad fortunam indiuidui, & ex figura faciei, & postea poteris pronunciare sermonem tuum, & sic similiter poterunt cōsiderari magisteria natorum & merces. Et etiam hæc corroborantur cum astronomicis figuris & geomanticis, cum quibus talibus facultatibus uoluerit uti, & sic ad ultimum finem penetrabis. Poßumus etiam uidere per anguria & alia uaticinia, si tu scis pronunciare secundum inclinationem naturalem & nō neceßitatem, & latrent ignorantes quicquid uelint.

¶ Tricaßus Mantuanus.



ET si aliquando prolixius loquor, hoc tamen accidit præter intentionem, magis autem coactus ab istius Coclitis bestialitate ne. s. tacendo uidear as-

sentire. Et fortassis quidem (ut dubito) cum præsens hoc cap. dictauit nuperrime uenerat e uallibus Ferrariẽsibus, et ea quæ cum Opilionibus ac Pastoribus loquutus fuerat in hoc uolumine pertractauit. Sciendum autem ꝙ illud signum est falsum quo ad significatum hic expositum, & nullo modo potest hoc in aliquo uerificari. ¶ Quo autẽ ad id qđ dicit de libris astronomiæ, miror ualde quomodo adeo cæcus extiterit ꝙ suam cõfusionem non considerarit. Demum quoq; cum loqueretur de animalibus quadrupedibus sermonem de piscibus ac Ranis habitus sit. Nec excusatione opus est, ꝙ. s. ex ioco hoc dixerit, quoniam ipsa sua uerba hoc negant, immo & ad confirmationem Geomantiam, auguriaq́;, ac sortilegia, ut uel sic fabulis suis fides adhiberetur.

¶ Capi. ccciii. de his qui habent maximam sitim acquirendi diuitias, & propter hoc sunt in continuis maximis laboribus, & nunq̃ ad eas possunt peruenire.



I in quadrangulo rubea stella extiterit, & quadrangulus in medio sit angustus & habeat amplitudinem in extremitatibus iste homo cõtinue laborauit in exquirẽdis diuitiis, & tamen nunq̃ ad eas perueniet.

¶ Cap. ccciiii. de his qui sunt fugiendi propter exhuberãtiam uitiorum.



Vando media naturalis, cum cardiaca est nimis diuisa, inequalis, & obliqua fuerit, in homine calliditatem dicunt uelle ostendere ac etiam significare, & eum qui sibimetpsi placuerit. Liuorem quoq; denotare uidemus, crudelitatem, immanitatem, sermocinatorem, detractorem, & stultum. Denotat quoq; luxuriam, prodigalitatem, mendacium, & in-

stabilitatem.ambitionem,malignitatem,infidelitatem, & hominem sine religione. ¶ Et in seruo qui sit in captiuitate difficilem recuperationem. ¶ In principe, calamitatem & miseriam cum misero & detestabili fine, & raro est q̀ a nulla ꝓportione subiiciatur talis positura. Caueatis uos principes a seruis qui habent talia lineamenta. ¶ In milite uero supradicta positura non est mala,tamen non sunt fortunati, & si aliqualem habent fortunam,eam lubricam esse testor,& raro euenit q̀ isti tales habeant bonum exitum.

¶ Cap.cccv.de numero & nobilitate fratrum.



Vando in digito policis reperiuntur quædam lineæ rubeæ notabiles integræ quæ scindāt fortiter primam iuncturam policis, & uadant uersus ipsum digitum denotant ẽm numerum nobilitatem fratrum, aut sororum, & si sint fractæ, aut deletæ, mortuos fratres uidentur denotare.

¶ Capitulum.cccvi.de his qui sunt proni ad bellum, seu ad artem militarem.



Otabilis quædam linea si sit ad pedem digiti
1 medii, talis habens hanc posituram erit sufficiens in agibilibus, & maxime ad bella promptus, tamen erit duræ ceruicis. ¶ Lineas mar
2 tiales si quis habuerit, ueluti antea declarauimus in capitulo de natura Martis, capitulo .124. pronos facit homines ad militarem disciplinam, & cum hoc tamen si angulus supremus sit ualde separatus non euadet infortunium aliquod, seu carceres, & fortasse non poterit effugere miserabilem mortem. ¶ Lineæ principales rubeæ crassæ ma
3 gis q̃ tenues & continuæ, ad militiam, & ad bellum pronitatem & inclinationem inducit. Et hoc maxime, si linea mensa-

lis cum trinaria sui proportione ad indicis montem deuenerit.
¶ Triangulus non cum tenuibus lineis si reperiatur cum ru- 4
bore, animum inclinatum & procliuem facit ad bella, & ad militiam militarem. Si lineæ erunt bonæ & quæ ad augmen- tum fortunæ pertinent. ad dignitates talis habens deueniet, ut ante notaui in cap. 286. de illis qui ad dignitates deueniunt.

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ In primo signo huius capituli sciendum ꝙ talis linea debet esse per longum ipsius digiti, & principium sumit a radice, & continuatur integra & profunda in secundam iuncturam uersus tertiam.

¶ Cap. cccvii de his qui sunt proni ad submersiones aquarum aut propter res liquidas.


Diebus istis quidam famulus euacuabat sterco- ream latrinam, casu accidit ꝙ famulus una cum domino ceciderũt in stercus. Dominus au- xilio multorum euasit incolumis, famulus au- tem in stercoreo liquore submersus est. Alii pas- si sunt submersionem in uase magno, in quo erat pix naualis li- quida in maxima quantitate. Aliqui in amplis agris ob gran- dinem & uentum suffocati sunt. Alii ex fumo carbonum nõ ex- halante in locis clausis sunt suffocati Alii dum faciebant nouos puteos a uapore putrido & ueneuoso in ipsis submersi sunt. Et istud accidit Bononiæ in hospitali quod nuncupatur Dala uita, Alius ut notaui tempore meo dum esset in carcere uoluit com- burere paleas ut una cum ipsis combureret pediculos qui in ma- gna multitudine erant in eis, & fumus suffocauit ipsum. Re- fert Plinius, ꝙ quidam acino uuæ passæ strangulatus est, & alius paruula piscis spina. Alius dum lac sorberet pilo paruulo in ipso existẽte seipsum suffocauit, ut in romana habetur hysto-

ria. Alius dum biberet uinum quædam uini pars iuit ad pulmonem, & suffocatus est. De hoc chyromanticus non potest aliquã præbere distinctionem. Dicas ergo ꝙ utplurimum in aquis suffocabuntur, & aliquotiens ex catarro, aut squinantia, aut similibus morientur. Dicamus igitur de his qui propter aquas extremum claudunt diem.
1 ¶ Si in monte manus multiplicabuntur in aliquo multæ lineæ ut stella plena radiis, habens in aquis peribit, præcipue si in ambabus manibus talis positura extiterit.
2 ¶ Si linea interior in ultima iunctura policis sit arcualis & coniungatur cum dorsi linea, dicunt submersionem in aquis minari.
3 ¶ Si reperiatur forma sphærica super dorsum policis iuxta supremam iuncturam, in aquis talis habens submergetur.
4 ¶ Si una linea transuersauerit angulum supremum in fine & se extenderit ad ascensum, in aquis habens illam morietur. Et hoc maxime intelligitur quando maior pars dictæ lineæ iuerit super angulum supremum.
5 ¶ Vncus sub Sole uel tortuosa linea, hominem in aquis submergi dicunt declarare.
6 ¶ Si duo anguli acuti extiterint in quadrangulo & transuersaliter secauerint lineam uel directim tetigerint, habentem in aquis perire existimant si sint in suprema parte quadranguli.
7 ¶ Si in indicis tuberculo fuerint lineæ intricatæ, tot pericula in aq̃s pro linearum numero indicabunt. Si uero articulum tetigerint, mortem etiam in aquis minari referunt.
8 ¶ Si in medico monte fuerit caruncula carnis, multa infortunia in aquis habens patietur.
9 ¶ Dicunt recentiores & ego cum illis affirmo, ꝙ si in ultima positura digitorum . s . interius in ultimis articulis fuerint lineæ ualde obliquæ & tortuosæ per latitudinem digitorum, submersionem in aquis denotare dicuntur ſm diuersas ætates si erunt in auriculari, in pueritia, si uero in medio, in media ætate. Si in indice, in senectute, si uero in police inueniantur,

in decrepitis annis. Aliqui dicunt quidem importãt si bene sunt inter primam & secundam iuncturam. Gradus autem ætatis esse sex. Infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, senectus, & decrepitas. Prima ætas .i. infantia porrigitur usq; ad septimum annum. Secunda uero ætas quæ est pueritia usq; ad decimum quartum annum. Tertia ætas adolescentia, ad gignendum porrigitur usq; ad uiginti octo annos. Quarta iuuentus quæ omnium ætatum est firmissima clauditur anno quinquagesimo. Quinta ætas quæ est senectus ulꝫ dicitur grauitas quæ est declinatio a iuuentute in senectutem, quæ tamen nondum est penitus senectus, sed adhuc iuuentus. Et senior apud Græcos præsbyter uocatur, hæc ætas a quinquagesimo anno incipiens in septuagesimum terminatur, sexta ætas est senectus quæ nullo annorum tempore finitur, sed post illas quinq; supradictas ætates quantumcunq; uitæ est: senectuti constituitur ac etiam deputatur. Senium autem pars est ultima senectutis dicta, eo ꝙ sit perfectus terminus sextæ ætatis. Hæc uero sunt quæ clarissime narrat Isidorus in ethymologiis suis. Tamen in hoc casu Chyromanticus accipit hac tres ætates, infantiam, pueritiam, & adolescentiam pro prima ætate. ¶ Aliqui autem dicunt, ꝙ si in pulpa digitorum clare apparuerit una linea obliqua, ꝙ submersionem dicunt manifestare in aqua, si uero linea profunda fuerit, in profunda aqua submersionem significabit. Si autem multum rubea in mari submergere ostendit. Et si fuerit equalis & rubea transibit mare sine submersione. Si fuerit in articulari, in pueritia. Si uero in medico, in iuuentute. Si autem in medio, in media ætate. Si in indice, in senectute. Si in police, transibit in decrepita ætate, ueluti antea per me declaratum fuit amplissime.

¶ Tricassus Mantuanus.


Icit hic Cocles ꝙ iudicãdum est utplurimum ꝙ in aquis suffocabuntur. Ego autem dico ꝙ in huiusmodi iudiciis seruãda est illa regula quam exposui in. .partꝫ paruæ chyromãtiæ cap. 5. de interpretatione significationis linearum. Est.n. propria & uerissima regula huiusmodi signorum. ¶ In. 1. autem signo sciẽdum ꝙ tale signum iuenitur uersus partem inferiorẽ, & uersus percussionem Manus. ¶ Quo ad. 9. signũ. Not. ꝙ ea, quæ dicit de illis Etatibus significatis omnes sunt fabulæ Similiter, & de aliis particularitatibus quas adduxit. Et multotiẽs illa signa quæ Etates illi particulariter indicant reperiuntur in omnibus digitis. ¶ Ad. x. similiter dicendum est.

¶ Cap. cccviii. de De nobilitate & ignobilitate affinium.


I infra primam & ultimam iũcturam policis reperiatur quædam lineæ parentelam seu affinitatem magnam & multam, aut paruam, & paucam secũdum multitudinem & magnitudinem seu paucitatem aut paruitatem linearum, hoc tamen ego nunꝗ obseruaui neqꝫ cogitaui usqꝫ adhunc diem.

¶ Cap. cccix. de his qui recipiunt ingratitudinem pro beneficiis factis. seu fiendis.


Lures lineæ incomplete in medici mõte & si articulum tetigerint, & ex transuerso linea secauerit antedictas nunꝗ pro beneficiis ei reddẽtur grates aut merita, ꝗuis obsequentissimus fuerit, ut aiunt aliqui.


¶ C. cccx. De magnitudie et amplitudie uulue.

Ensalis mõtem indicis scindens magnã naturæ hoc est uulue capaci atẽ in muliere dicunt protẽdere. Longa & lata palma manus amplitudi-

nem & longitudinem uulue demonstrant.

¶ Cap.cccxi. De his qui peregrinantur honoris causa, seu est legatus regis cōstitutus uel ad aliquod officium ordinatus.

GRux si fuerit sub tuberculo minimi, & prope 1
mēsalē peregrinationes legationes aut officia
honoris causa designat, ¶ Aliqui dicunt quod 2
si stella in illo loco fuerit cum bona cōditiōe ad
honorē, aut ad officiū extra patriā habētē itu
rum insinuat. ¶ Si lineæ incipiūt a rascetta & obliquantur & 3
uersus indicis tuberculū radicē porrexerint honorifica signifi
cantur itinera, Et peregrinationis amatorem demonstrant, cui
magistratus honorifici & lucrosi dabūtur. si huiusmodi in lo
cis manere uoluerit ut dicunt recētiores quidam, & etiam Co-
cles noster. Ego autem hoc nunq̄ uidi neq; notaui,

¶ Cap.cccxii. de mendacio uaniloquio & insipientia.

CIngulum ueneris quicunq; habuerit in manibus 1
suis uaniloquus insipiens insatiabilis homo erit
ut dicunt chyromantici. ¶ Si quis ut dixi supe
rius habuerit digitos cauos in dispositos, & ad 2
inuicē se nō bene cōtingentes talis est mendosus
in locutiōe leuis & cū factis minime cōcordans. ut pluries notaui

¶ Tricassus Mantuanus.

¶ Quo ad noticiam effectus huius signi Cinguli Veneris sciē
dum ꝙ hoc nō est suū proprium significatū, sed tāte maligni-
tatis est, ꝙ quæq; uitia sibi atribuere possent, et cōiter sunt ho-
mines rudes & naturaliter bestiales.

¶ Capitulum.cccxiii. de clericis qui habēt plu res ordines ecclesiasticos.

SI linea uitæ habuerit in medio uersus cauā ma
nus rubedinē cū diuersis itesectionibus ēt ordi-

nes in uiro ecclesiastico ostendere uidetur, ut ugoni placuit.

¶ Capitum, cccxiiii. De signis illorum qui sunt capiti ab obsessoribus uiarum.


Icet signa, quæ denotat carceres absolute resoluātur aliquando ab istis qui sunt capti ab obsessoribus uiarum. Et aliquando propter alias res. Tamen dicunt aliqui, quod quot lineæ fuerit incidentes seu intersecantes lineam mensalem sub medio digito saturni tot uicibus a siccariis & obsessoribus uiarum talis habens impetum patictur.

¶ Cap. cccxv. De his oibus qui non sunt grati nec reuerendi.


Vando linea media naturalis habuerit paruulas fossulas in medio & plures in ambabus manibus & sint inequales & rubeæ, ita q̄ una sit profundior altera. talis non est gratus homo nec reuerendus.

¶ Capitulum. cccxvi. De fuga & persecutione ex quo aliquando exiliū p̄dedt carceres & accusationes et cōfiscatio bonorū.


Inea saturnina quando oritur a rasætta per medium caueæ ad saturni tuberculū deuenerit præsertim ad primam iuncturam, & alique lineæ ipsam intersecauerint significat euentum bonū & prosperum destruere. & omnium malorum est mater anxietates inducit & fugas & persecutiones carceres accusationes & deniq; id omne quod miseram reddit uitam, ut patres prisci caldei atq; græci arabes atq; latini omnes aiunt. Et ego cum illis, quemadmodum immensam multitudinem uidi et de hoc indicaui.

¶ Cap. cccxvii. de hominibus proditoribus & malignis qui propter suos malos mores patiuntur fugam & carceres.


Inea saturnina oriens a rascetta, & habens in sui fine crucem uel furculam, si fuerit prope radicem saturni, carceres. accusationem persecutionem, & fugam minatur. Tales. n. sunt proditores ac maledici & uniuersaliter malorum morum & referuntur methaphorice ad symias & cyrcopithecos quod animal potest dici simia caudata, & credo esse illud quod uulgo dicitur gatto maimon.

¶. Tricassus Mantuanus.


Votienscunq; reperiũtur aliqua capitula quæ aliquod signum habent in alio etiam cap. expositũ semper reducẽda sunt (ꝓportionaliter) & ad inuicẽ cõparãda, et similiter eorum significata. Et quotiẽscunq; reperitur Saturnina bifurcata in Mõte Medii significat infidelitatem, & maxime in rebus Magnatorum ac Nobiliũ. Et quãdo esset oppssa abliquibus aliis lineis. significat dãnum ꝓpter huiusmodi suam infidelitatem ac iniquitatem.

¶ Cap. cccxviii. De segnis illius qui est amator uirtutum


Cribit Vgo quod unguis habens albedinem in principio hoc est penes carnẽ eũ qui amator est uirtutis denotat. 1 ¶ Dicũt nonnulli quod si in fine lineæ cerebri paruulus triãgnlus extiterit facit studii appetitorem & eum, qui diliget utilitatem laudabilem, & uirtutem, & honorem sed tamen pecuniæ deficient. 2 ¶ Quando saturnina linea habet initium suum a rascetta & ad mediam deuenerit adeo ꝙ offendere appareat hominem probum arguit & suas res in dies fœlicius agentem, & ad mortem usq; amatorem uirtutis & ingenio magno dummodo sit recta & continua. 3

¶ Capitulum. cccxix. De ioculatoribus.


On prætermittẽdi ſunt in opere noſtro ioculares
qui multũ cõferũt melãcholicis, & illis qui ſũt
letæ naturæ gaudiũ augẽt & letitiã. & ſibi ip
ſius nõ nocẽt cũ aliquid lucrãtur. Manus igitur
curte & gibboſe & tenues ioculares declarãt. ¶ O Cocles fa-
tuus quantas fatuitates dicis.

¶ Capitulum. cccxx. De temperantia.


1 Icũt chyromãtici quod quando lineæ uita fuerit
diuerſa per unã uel plures lineas ad modũ crucis
in extremitate eius uerſus raſcettã manus tẽpe-
rãtiã ſignificat. ¶ Linea generatiõis æqualis cõ
2 tinua & ꝓfunda ſatis uniformis ſine diuiſione
ſatis lõga bene colorata nec pallida uel ualde rubea, talis ſic exi
ſtens ꝙ tẽperatus ſit, ſignificatur. Et ſi cõfirmatur a bona ſi-
gnificatione aliarũ linearũ principaliũ de ſe ſignificat bonã na
turã & naturalẽ ſanitatem totius & uirtutẽ & tẽperãtiã ex
parte illius perſone. Sed cauſa ſocietatis poteſt eſſe incontinens.

¶ Capitulum. cccxxi. De conſtantia.


1 Inea uitæ bene proportionata & lõga & bene co-
2 lorata conſtantiam dicunt ſignificare. ¶ Linea
mẽſalis trinariã ꝓportionẽ tenẽs & bene colora-
ta & ſatis longa bonã quoq; cõſtãtiã dicũt ſigni
3 ficare. ¶ Triangulus equilaterus bene conditionatus bonam cõ
ſtantiam ſignificat quæ laudabiliter ab omnibus recte iudican
tibus laudatur. Quomodo enim uir probus eſſe poteſt qui in ſuis
rebus inconſtans iudicatur.


¶ Capitulum. cccxxii. De iuſtitia.

1 Inea mẽſalis cũ trina & optima dimenſione be-
ne colorata ac cõditionata iuſtitiam ſignificat.
2 ¶ Linea cordis cũ trina ſui proportiõe & lon-

ga usq; ad rasecttã & bene colorata significat talem hominẽ esse iustum ac ueracem. ¶ Si in quadrãgulo reperiatur signũ
simile cuidã stelle bene coloratũ hominẽ iustũ denotat. ¶ Qua 3
drãgulus eminẽs & clarus equalis nõ intersecatus ac cum de 4
bita distantia hominem significat iustum ac liberalem.

¶ Capitulum . cccxxiii . De dignitatibus & fortuna extra patriam. 1



Lineæ ut stella in quadrangulo in directo minimi 2
monte honores & dignitates extra patriam arguunt magis q̃ in patria. ¶ Duo triãguli quã do inueniũtur ita ꝙ conus unius sit super conũ alterius inter primam & secũdam iuncturam digiti medii nec alicubi incipiens nec finiens signum est subiti honoris extra patriam ut dicunt.

¶ Capitulum . cccxxiiii . de infidelitate non seruando res promissas.



Plures lineæ trãsuersales non æque distantes & non bene apparẽtes in principio mediæ naturalis uersus indicẽ quasi ad extra, & ab aliis in longum positis intersectæ. lubricitatẽ ꝓmissorũ in non seruando res promissas dicitur ostendere.

¶ Capitulum, cccxxxv. Contra Plinium.



Forte Plinius ex fundamentis phylosophi credit phylosophos irridere. ac cõturbare se ipsum exultãs. Nãcutis subtilitas cũ tactus nobilitate, actũ sciẽdi arguit, arguitq; sensus acumẽ cõtra hoc insurgit Plinius, qui magis plenus est alienorum q̃ suorũ uerborũ. Phylosophi auctoritate ex libro nono de natu

ra animalium capite.36.Vbi mētionem facit de ingenio & sagacitate elephātis.Hæc.n.sunt uerba phylosophi.Elephas omnium ferrarum mitissimus, & placidissimus est quippe quē per multa officia,& erudiatur & intelligat. Quoniam etiam regem adorare condiscit.ualet sensu,& reliqua ingenii sagacitate excellit &c.Et tamen elephas habet pellem seu cutim crassam ac duram. Et sic etiam habent serpentes, qui sagacissimi sunt ut crocodillus & huiusmodi species animalium.Et ob hoc ꝙ talia animalia,sunt sagacitatem habentia,& habent cutim duram aut squamosam uult inferre.Plinius (qui merito cande la male lucens appellandus est) in dictis phylosophi contradictionem esse.Verum nequadā inani gloria pliniistæ ac humani
No.1. stæ depascantur, istis uerbis solutionem dabimus. Diuisionem talem præmittendo.quod animatium alia habent duram cutim,alia non ex habentibus duram cutim aut tegmenta dura alia sunt squamosa,alia non.Ex habentibus squamositatem alia sunt disciplinabilia alia non,ex habentibus duram alia sic alia non sunt disciplinabilia idest disciplinam suscipientia.Ad propositum igitur stante diuisione dicimus Aristotelem intelligere, ꝙ inter animalia habentia duram cutim elephas cætera ingenii sagacitate excellit.Inter uero animalia squamosa crocodillus,nam huiusmodi tegmenta dura uel squamosa ipsis data sunt ut a nocumentis exterioribus defendantur, & magis ipsis quam homini.Nam plurimorum philosophorum auctoritate.& maxime philemonis,& Vgonis in sua Chyromantia.Cutis est ex neruis multis ac uenis contexta capillaribus, in quibus epar & intestina inuoluta sunt,ut ea a nocumentis exterioribus defendantur,Et propter hoc in brutis spissa est multum & pilosa uel squamosa & aspera,quia non habent aliud pro tectura qua defendantur.In omnibus enim est subtilis & sensibi-

lis, & ob hoc uestibus indiget, ut a uentis caumatibus, & frigoribus defendantur, & cum ita sit sequitur. quod inter omnia animalium genera solus homo nobilissimus factus est. Et cum No.2.
cutis ex neruis componatur & sit naturaliter alba & perspicua extendens se per pinguedinem, sequitur quod sit subtilis & tenuis. Nam phylosophi ex carnis claritate arguunt neruorum subtilitatem, ex subtilitate spirituum ac humorum penetrationem ac subtilitate, quod in brutis non reperitur. Immo ex humorum grossitie, insequitur grossitudo cutis, & per consequens spiritum, qui spiritus satis indispositi sunt in operibus peragendis cum non habeant cibaria spiritibus deseruienti.

¶ Quamuis autem homo habeat duplicem cutim nullam tamen habet superfluam imo nec sunt sufficientes quoniam si, sic tunc non indigeret tegmentis exterioribus quemadmodum & bruta. & isti sententiæ astipulatur Auicenna quinto de animalibus & bene dicens, quod cutis est duplex est.n. cutis spermatica in qua est nerus, & sensus, & est illa in qua est pinguendo, & alia huic omnino opposita quæ est sicut quoddam accidentale nunc fluens occurrensque, secundum causarum diuersitatem, sic apparet in scabiosis in quibus talis cutis fere deperditur, & in uenenatis omnino euadentibus, & sub ista non continetur pinguedo. Prima namque cutis in brutis intensior est propter causas tactas, & in homine quasi non reperitur. Sed secunda excellentior, & perspicatior & ista habet sensus tactus perfectissimus propter primarum qualitatum sub debito ordine refractarum in homine. Unde ex uerbis Auicennæ ac certorum phylosophorum manifeste patet bruta non habere homine sensum perfectiorem cum cutim cutis impediat, & hoc contra humanistas ac candelam male lucentem dictum sufficiat.

¶Tricassus Mantuanus.



IN isto cap. circa responsionem Coclitis sciendum ꝙ omnia sunt fabulæ, q̄uis superficietenus aliquam colorationem uideātur habere. & maxime ꝓpter illam distinctionem quā adducit ex diuersitatibus aīalium. Et re uera nec Plinius, nec Cocles intellexerunt mētem phylosophi, immo nec significata uerborum suorum perceperunt. Quod autē hoc uerum sit (loquēdo primo de Plinio) hoc apparet ex dictis ipsius ex fundamēto assumpto per auctoritatē phylosophi. 9. de aīalibus. Quo autem ad Coclitem, hoc apparet in responsione sua quam adducit in. 1. Not. in illa distinctione in qua asserit aliqua aīalia squāmosa (ut Cocodrillus) disciplinabilia existere. Et adhuc dum uult occurrere falsitati ipsius Plinii, in eandem bestialitatem incurrit, faciēs comparationem inter ingenium & intellectum hoīum & astutiam ac sagacitatem aīalium irrationalium.

No. 1. ¶ Breui itaq; dilucidatione sciēdum primo ꝙ maxima differētia est in hoc ꝙ quis dicatur ingeniosus & aliquid dicatur disciplinabile. Nam cum quis dicitur ingeniosus, aut aliqd' aīal ingeniosum, intelligēdum est ꝙ talis hō, aut aīal habet quādam uirtutem aut potētiam innatā qua per semetipsum in effectum talis uirtutis aut potētiæ s. ingenii & sagacitatis. Cum aūt aliquid dicitur disciplinabile, intelligendum est ꝙ tale aīal habet in se talem uirtutē siue potētiam ac māsuetudinem ꝙ addito exteriori exercitio ac alterius ingenio & sollicitudine regulari pōt exerceri in aliquibus operationibus, quæ tamē ſm ꝓprietatem suæ naturæ sibi nō cōpetunt. s. ex suo instinctu naturali.

No. 2. ¶ Sed'o sciēdum ꝙ cum dicitur aliqd' aīal irrationale ingeniosum, aut prudēs, hoc intelligit' comparatiue & similitudinarie ſm aliqualem uirtutē, aut natu-

ralem

ralem instinctum quo uidētur quodāmodo discursum de collationem habere. Vnde Ouis uiso Lupo īmediate fugit: cum tamen amplius Lupum nō uiderit. Similiter Murex fugit Cattū. Et similiter Canis aßuetus prædæ, uadit & accipit sagittas ꝓiectas a domino suo, non alia de causa, nisi ut domino complaceat, a quo ex naturali instinctu sperat uictum habere, & si sagittas nō affert timet baculum. Hoc autem ꝓuenit ex participatione quam habet cum aīalibus rationalibus. Sicuti namq; nos rationales qui in ordine creaturarū sumus ītellectiui participatiue. s. inq̄tum cōtigui sumus ipsis substātiis separatis ac spiritibus angelicis qui ꝓprie sunt intellectiui natura, ita & ista aīalia quæ sunt cōtigua nobis qui rationales sumus ex propria natura habēt aliquam participationem cum ipsa natura rationali. Et sicuti nos imperfecte participamus ipsam naturam intellectualem, sic & isti magis imperfecte participant naturam rationalem, ex quo sequitur ꝙ cum hmōi aīalia dicuntur esse prudētia & ingeniosa, intelligēdum est comparatiue. ¶ Tertio sciēdum ꝙ (iuxta sentētiam Grāmatici ac Logici ac uulgare ꝓuerbium) semper comparatio fieri debet in his quæ sunt eiusdem generis siue naturæ. Vnde hæc comparatio (Nix est albior Coruo) est compartio incōgrua, Igitur & fatua est comparatio quam Plinius & Cocles ponunt inter aīalia rationalia & irrationalia, quo ad grossitiem, aut cutis subtilitatem, & similiter inter eorum ingeniositatem et astutiam aīalium. ¶ His itaq; præmissis faciliter apparet nullam cōtradictionem inueniri in dictis phylosophi, Pliniumq;, ac Coclitem uerba phylosophi nō penetrare. Ipse namq; phylosophus lib. de aīa. comparationem facit inter hoīes. in lib. autem de aīalibus comparationem facit inter irrationalia. ¶ Attamen cum his oībus sciēdum est ꝙ q̄uis rationes iste ipsius ueritatis sint in

dicatiue ac ignorātiæ Coclitis manifestatiue. ipsius tamē Pli-
nii adhuc stare uidetur sentētia, nec uerba Coclitis ei in aliquo
contradicunt. Sensus autē uerborum Plinii talis est Iuxta sentē
tiam phylosophi Carnes molles apti mētæ sint et sensus tactus
perceptibilior est ex subtilitate Cutis. Igitur quodcunq; ingenio
sum est carnes molles et tactus cum subtilitate cutis retinet et
cōmune est omnibus animalibus. Videmus autē ꝙ Elephas cu-
tem habet crassam ac duram, et tamē (ut ēt ipse phylosophus
dicit) ingenio ac sagacitate reliqua animalia ꝑcellit, similiter
& Cocodrillus habet cutim squamosam ac durissimā & ta-
men est sagacissimus. Iigitur phylosophus sibimet contradicit.
¶ Pro quo sciēdū. primo ꝙ sentētia phylosophi pōt esse uniuer
salis ad omne genus aīalium, nam ẜm uiuacitatem ac subtilita
tē spirituum uitalium sequitur nobilitas ac uirtus potētiarum
& uirtutū sensitiuarū. et ex cōsequēti organorum corporaliū.
¶ Secūdo sciēdum est ꝙ quælibet creatura ornata est ab ipsa
natura uniuersali cōtra omne nocumētum quod exterius acci-
dere possit, iuxta eorum naturā ac cōplexionem. Vnde cōiter ui
demus ꝙ animalia quāto maiora sunt ac grandiora, tanto ma
iorē grossitiem ac duritiem in cute seruāt. ¶ Tertio sciendum
ꝙ non solū carnes moles aptos mētæ indicāt sed ēt pili moles et
subtiles, quæ omnia ad seinuicē cōsequūtur. s. carnes & tactus
moles, & pili moles & subtiles. Hoc aūt prouenit quia (ut etiā
ipse Cocles afferit ex auctoritate Philemonis) Cutis cōponitur
ex neruis & uenis subtilissimus ac capillaribus, quæ insimul
cōtexta causant talē superficiem & ẜm subtilitatem spirituū
ac naporū, necessario ēt sequitur ꝙ cutis mollis sit ac subtilis.
Dico autē mollis et subtilis nō superficialiter sed intrinsece. s. ꝙ
mollis sit ac delicata q̄uis grossa & crassa, & ex cōsequēti pi
li qui egrediūtur ab ipsa cute (aut humores, qui postea sentiē-

tes aerē dura efficiūt)sūt ēt ipsa subtiles eo ꝙ cū facilitatepene trāt cutē illā mollē ac delicatā. ℂQuāto sciēdū ꝙ quādo huiusmodi similitudo accipitur de aīalibus in rationalibus(q̄uis ista sentētia oībus possit esse cōis)tamē semper est iperfectissima(ut ēt dictū fuit in Not.2.)ꝓpter ruditatē naturæ ipsorū. Et ēt(ut dicit Cocles)ꝓpter ciborū grossitiē, qui postea cānt humores ac spiritus grossos & uiscosos,ex quo sequitur ꝙ Pili eorum sunt asperi & duri, & Cutis illorū & crassior humana. ℂDico igitur ad rationē Plinii, ꝙ cōsequētia sua nō ualet. s.Elephas hēt cutē crassa & tamē est aīal ingeniosum ac disciplinabile.Igitur falsum est ꝙ tactus mollis et subtilitas cutis significat animal ingeniosum & discipliabile.Nā grossities cutis nō debet simpliciter cōsiderari sed ꝓportionaliter ſm ipius aīalis naturā ac cōditionē.Insimul.n.cū grossitiæ cutis pōt stare(ut dictū est.No.5.)ꝙ sit mollis & delicata.Et in signum huius uidemus ꝙ pili sunt lucidi et subtiles ut patet de ipso Elephāte,& eius caude uidētur esse ueluti Capilli.Vnde sequitur existētibus pilis subtilibus.Cutis ēt sit mollis & delicata,ꝙ & spiritus siue humores uiuaces sint ac subtiles,ex quibus prouenit uiuacitas sensuū uirtutūq; sensitiuarū. ℂHoc idē dici potest ꝓportiōaliter de Cocodrillo nā ipsius uiuacitas & astutia ex luciditate squāmarū perpēdi pōt. Et q̄uis oīa ista aīalia dicātur igeniosa & astuta siue prudētia,attamē talis prudētia ē ipropria.quoniā prudētia ꝓprie iportat collationē rōnalē & discursiuā,quætamē nullo pacto cōueīre pōt aīalibus irrōnalibus, q̄uis dicātur talē gradū ac nobilitatē aliquātisꝑ ꝑticipare ut dictū ē i Not.2.Et talis prudētia ex suo ꝓpria denōinatiōe dicitur istictus nālis, quo i ꝓprio uictu ac gn̄atione egrediūtur. ℂVnde appet cōsequētiā Plinii falsā existere, & ph̄ys sniam ueridicā fore,et i nullo sibi cōtradici,ut ipē Plinius cōat expōere

¶ Capi. cccxxvi. de his qui libenter mutuo accipiunt, ingrati tamen sunt.



Ineae multae grossae & inordinatae si reperiantur in monte policis, ingratum amicum, & libenter mutuantem dicunt ostendere.

¶ Cap. cccxxvii. de dolore aut apostemate in mamillis mulierum.

1 

Inea saturnina quãdo emergit a cardiaca et trãsierit per caucam manus secãdo mediam et mẽsalem & inter medium & indicem deuenerit directe usq; ad ultimum locum, & linea mensalis ad hunc locum deuenerit superequitando ante dictam lineam extendẽtem se uersus radicem indicis, apostemata aut laesionem mãmillarum in mulieribus denotãt. ¶ Linea mẽ

2 salis ueniẽs inter indicem & medium & in fine sui sit subtilis & rubra, aliqãdo in mulieribus apostemata mãmillarum arguit, quia in hoĩe uulnera pectoris denotat, et ita accidit q̃ mulier uulnerabitur a chyrurgico ad incidẽdum seu cauterizandum istum locum. Non obstante q̃ foemina cum gladio potest quoq; uulnerari in isto loco & interfici si habuerit malam cor

3 respõdentiam. ¶ Accidit aliquãdo in uberibus mulierum ragadias seu scissuras uenire in papillis eorum quae maximum dolorem causant, & medici laborãt in eorũ cura. Quãdo ego exercebam chyrurgicam, multotiẽs eas statim liberaui liniẽdo cum liniamento liquido recenti facto ex farina amili & aqua rosacea qđ mirabilia facit et ad excoriationem calciamẽtorum cã & in infantibus quãdo urina excoriat nates et coxas eorũ, & ẽt ꝓpter nimiã ambulationẽ factã.



¶ Tricassus Mantuanus.

N. I. signo huius cap. aduertatis q̃ illa expositio

falsa est, & illa linea nõ est saturnina (ut a Coclite nostro exponitur) sed est alia linea particularis. ¶ Et ne in errorem aliquẽ incidatis in indicãdo, sciendum est q nõ quælibet linea eo modo figurata, nõ est semper p simplici linea accipiẽda, quoniam & aliquãdo ipsa epatica eodem modo situatur & uersus eundem locum, & significat ethicam infirmitatem. Ad maiorem eorum noticiam, Not. q quãdo uultis cognoscere si est epatica uideatis an in angulo dextro uel circa sit unita uitali. s. uersus finem ipsius & montis policis. Quando autem unitur ipsi uitali in concauo (uel etiam si non perfecte uniatur) tunc est alia linea particularis & minorẽ malitiam ostẽdit cum nõ unitur.

¶ Cap. cccxxviii. & ultimum, de modo temporibus indicandi in generali.

Cuncta quæ alterantur atq; patiuntur in hæc inferiora tam in minimis q̃ in maximis dependent a cœlo & sunt tanq̃ magneti ferrum, sed sententia Platonis in Tymeo, q cœlestia corpora non sunt causæ, sed instrumenta Dei. Cum igitur corpus humanum habeat inter cætera animalia materiam leuissimam spirituosam & aeream, & ideo ad superiora eleuabilem atq; alterabilem aut passibilem est, ut uidemus ex sanitate corporis atq; ægritudinibus, tristitia, gaudio, & huiusmodi, cœlum agit corpus & organa uirtutum sensitiuarum, quæ sunt ipsius animæ instrumẽta, præcipue agit in uirtute fantastica & alterata deportat species congruas aut incõgruas ad intellectum. Et istud magis accidit in brutis quæ carent intelligẽtia, sed habent extimatiuã tãtum, hõ autem qui est princeps & dominus creaturarum inferiorum dominus intellectu dotatus ex mera sui liberalitate operatur. Tamẽ pauci sunt qui nõ sequãtur appetitum sensualem & naturalem inclinationem. No. I.

No.2. ¶ Ideo sapiētes physici obseruatores cursus naturæ cuncta sua negotia tam ampla q̃ stricta sub diuersas imagines cœli cōstituebāt, hac de causa Hyppocras scripsit librum de hora & crisi recūbētium secūdum lunam. Dic s primū luna quādo est plena luminis, tū crescit sanguis & medulla in homine & bestiis omnibus secūdum augmētum, & in mari & in cunctis rebus humanis. Necesse est igitur q alterato organo animæ, et uirtutes ipsius alterētur. Ideo chyrurgici in craneis fracturis præcipue. Guido euitat plenilunium in manualibus operationibus. Caueas de plenilunio, quia in eo cerebrum augmentatur. Et est scientia Galieni, tertio de creticis diebus quia cerebrum ad

Not.3 craneum appropinquat. ¶ Igitur fatui atq; insensati sunt illi, qui non sciunt q suprema corpora præparant in humanis negociis tam bonum q̃ malū generaliter in specie animalium & indiuiduorum particulariter quia cōprehēdit multa īdiuidua eiusdem speciei. ut in naturalibus affectionibus miram disconuenientiam pariāt. Spiritus & organa uirtutum, ita & uirtualiter disponēdo quod intēsiue & remissiue effectibus acci

No.4 dat. ¶ Igitur chyromāticus dies infœlices ualde euitare debet quia organa uirtutū sensitiuarū alterantur ita q aīa pronosticantē patitur. Quēadmodū etiā dicitur amor & odiū & proprium cōmodū, remouent iudices a rectitudine iudicii, quia sūt īfirmitates animæ. Ita anima patitur ab alteratiōe cœli atq; in organo apto nato suscipere alterationes elemētales atq; cœlestes. Quas res maxie patitur in diebus quoq; cōiūctionū et oppositionū luminariū hoc est solis & lune, Et incipit malicia cōiūctiōis p horas. xxiiii. ante et terminatur usq; ad horas. xyiii. post. In oppositione uero incipit per horas. xyiii. ante & terminatur ad horas. xii. post Caueas q luna non uadat ad coniunctionem martis atq; saturni aut ad oppositionem ex quadrato

aspectu aspiciat quia sunt infortunia. Venus autem & Iupiter sunt fortuna. Retrogradatio Mercurii i initio operum est pessima, quia retrogradat igeniũ speculantiũ. E. ¶ Quãdo uis aspicere manus alicuius facias ipsum ablui cũ aqua calida deinde sicetur, & fricetur cum panno lineo, & fiat aliquantulum residentiæ, quia lineæ melius apparebunt. Ambe manus aspiciende sunt. Dextra uiri prĩcipatũ obtinet. Sinistra uero mulieris. Non est firmiter inspiciendũ in annis nutritionũ qui sunt in pueris usq; ad quartũ annum quia gubernantur a luna. Ideo quia materia puerorũ est fluida incõpacta alterabilis, & susceptibilis præparata ad uarias egritudies. ¶ Liceat mihi de hoc gloriari, q Hermes, Aristoteles, Albertus, Conciliator, Ptholomeus, Helenus, Priami filius Iulianus, Vgo, & formica, cæteriq; illustres. Non fuerunt tam magni obseruatores in abundantia indiuiduorũ sicut ego. Ideo propter ordinem quẽ nos ponimus in his Anastasis libris omnia sunt uana, & inanita. Aspice utrum indiuiduum habeat ingenium uafrum aut æquale. Et post hoc lineas principales proportione, numero, situ & colligantia. Nec obliuiscaris formam unguium colorem & qualitatem & post hoc digitorum & manus proportionẽ, & articulorum formam. An mercibus uti debeat an non, & qua qualitate mercis, an Mercurialis an non sit belicosus an non habeat copiam amicorũ an non, an uictus ab inimicis an non. Si est pellex an nõ. Si est fatua an nõ, licet in specie sint uniuersaliter primo proferas ifortunia, & post hoc fortunas & ea quæ in quarto & in quinto anastasis diximus in capit. de modo iudicandi. ¶ Oportet pri quẽuis desiderãtẽ peruenire ad sũmã doctrinã istarũ facultatũ sic & in aliis speculatiuis facultatibus facere hoc. Multa studere. Multa cõferre. Multa imaginari, & multa audire atq; exercere. neq; obliuiscaris radices scientiarum.

Marginal notes (right margin, beside the lines where they stand): Not. 5 (beside "Quãdo uis aspicere"); No. 6. (beside "Liceat mihi de hoc gloriari"); No. 7 (beside "istarũ facultatũ"); No. 8. (beside "neq; obliuiscaris radices scientiarum").

Tādem Christo optimo maximo cōcedente librum. 6. unà cum toto opere in portum duximus. Cuius libri principium per me factum est anno. 1500. sub Alexandro Pontifice Maximo. Finis autem fuit anno. 154. sub pontificatu Iulii secundi, Die. 28. Iunii. Vale Lector.

¶ Tricassus Mantuanus.



Ota ꝙ quantum ad istud ultimum cap. in quo multa Not. cōtinentur, multa quoq; consideranda sunt. Primo autem circa. I. Not. sciendum ꝙ haec regula est principium in oī scientia, practica, ac speculatiua, cuius est considerare futurorum effectus ſm influxus coelorum ac planetarum. Et solum (in his inferioribus) ipsa uoluntas humana ab istorum dominio exempta est. s. quo ad cōsensum & determinationem, nō autem quo ad inclinationem. ¶ Quo ad. 4. Not. cum loquitur de diebus foelicibus, sciendum ꝙ ignorātia horum uocabulorum s. dies foelices siue infoelices multorum errorū occasionem praebet. Nam ex hoc multi garruli ac maledici murmurant, detrahuntq;, ac ipsam ueritatem persequuntur, ignorātes ꝓpriae uocis significationem. Dicunt nāq; ꝙ huiusmodi dierum opinio ab ipsius fidei catholicae ueritate discedit. Pro quo Notā. ꝙ Astrologi cum dicunt aliquem diem infoelicem existere, nō intelligitur ꝙ ipse dies ex se sit infoelix, aut ꝙ ipse Deus peiorem aliis cōstituerit (ut isti parabolani uidentur asserere) sed intelligēdum est ꝙ dies ille infoelix est, eo ꝙ ex aspectu planetarū, aut eorum influxu inferiora quaeq; (aut aliqua) sunt in maxima alteratione, maxime autem ipsa humana corpora quae propter influxus huiusmodi male disposita reperiuntur, sicuti & in Not. 1. exemplum ponitur. s. nō esse bonum caput mederi in Plenilunio. Existentibus autem corporibus alteratis, se-

quitur de necessitate ꝙ potētiæ uirtutum sensitiuarū(& etiā ipsius animę)cum affixa sint organo corporali ipsę etiam sint indispositę. Et hoc uelint nolint, ut fateant necesse est. Ipsi.n. asserunt ꝙ quotienscunq; aliqua persona(siue uir siue mulier)aliqua passione præoccupatur.s. aut amoris, aut odii, aut aliquibus humoribus, tunc ab illa nihil expetendum est. Et hoc maxime experiuntur in Nobilibus ac dominis, & etiam in omni quaqs persona, a qua quodcunq; beneficium expetere cupiunt. Vulgo namq; dicitur, nō esse tunc oportunum aliquod interpellare, differendum autem magis quoad ab omni passione semoueantur. A simili igitur dico ꝙ quando corpora nostra alterantur in aliqua qualitate cholerica(ex ipso cœlorum īfluxu), quæ quidem qualitates ad iracundia defacili prouocandum indicant. aut ad quosq; effectus similes, istos dico dies(in quibus huiusmodi dispositiones accidere contingit)merito infœlices sunt nuncupandi ꝓpter illas malas dispositiōes ex quibus humana corpora alterantur, et nō ꝙ ex se ipsis mali sint Ignis quidē ex natura sua bonus est, nō est aūt bonus respectu eorū qui cōburūtur, ex applicatione ipsius. Et ideo cum huiusmodi dies infœlices occurunt quæ malā dispositionem causant, dicunt Astrologi ꝙ cauēdum est ab omni exercitio iracundo aut ad iram prouocatiuo, nam faciliter unusquisq; in iram accēditur mala dispositione præuia. Et etiam quando quis male dispositus est, non debet se in speculationibus occupare. Et hoc est quod dicit Cocles in hoc. 4. Not.s. ꝙ quādo Chyromāticus est male dispositus euitare debet ne aliquem iudicare uelit, quia tūc anima patitur, eo ꝙ organa uirtutum sensitiuarū sint male disposita. Quo autem ad il' qd' dicit de coniunctione siue appositione Lunæ, intelligēdum est magis & minus ſm aspectum aliorum planetarum cōcurrentiū, aut ad seinuicem cōsideratorum. ¶ Quātum uero ad

ſ. Not. Videatis ultimum quæſitum primi libri. Nam expoſi-tio illa de manu Dextra & ſiniſtra falſa eſt. Et cum dicit ꝙ aliquis nõ eſt aſpiciẽdus in annis nutritionũ, ſciẽdum eſt, ꝙ nõ propter hoc negatur quin etiam poſſint et ipſi indicari quo ad Vitam aut lineas principales. ut etiã dixi in Chyromantia par ua. 3. parte figura. 47. ¶ In. 6. autem Not. timens q̃ facili a ſapientibus uilipendi poſſe ſeipſum laudauit, idcirco laude pro-pria ſibimetipſi ſatiſfactum puto nec ulterius ipſum laudan-dum cenſeo.

¶ Si quid inſulſum in Dilucidationibus iſtis inuentum fuerit, nec ut decet elimatum ac expoſitum hoc ignauiæ meæ ac ua-riæ fantaſmatum occupatiõe. Cum autem aliqua (ut cõuenit) expoſita accipiatis, ab omnium Datori habitum eſt in cuius no mine. 1523. hæc incepta quidem fuere & eodem anno. 18. Octo bris perfecta ſunt. Cui Laus & gloria per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

¶ Expliciunt. Dilucidationes Tricaſſi Ceraſarienſis Mantua ni. Super Chyromantiam Coclitis. Ad. Illuſtr. Dominũ. D. Fœdericum Gonzaga. Mantuæ Marchionem.
Venetiis impreſſe per Dñam Heliſabeth de Ruſchonibus. Regnante. Inclito Prin cipe Andrea Gritti. Anno. Dñi. 1525. Martii.

¶Errores Impressionis magis notabiles.

A ¶Car.3.rige.9.solicitudinem,dicas,solicitudine.car.6.ri ge.2.decidetur,dic,dedicetur.rige.6.si,dic,sit.car.7.rige 9.& hoc est,lege,esset.col.2.rig.21.similes,dic,similibus.

B ¶Car.2.q̃uis,lege,quam uis.effecturi,dic, affecturi.car. 4.col.2.rige.22.similem Monte,dic,simul cum.car.5.ri ge.28.super libro,lege,libros.col.2.rige.9.eum bonum fa cit,dic,bonus est,& cum malo malus.car.7.rige.22.quos disbocatum,disproportionatum.

C ¶Car.1.rige.21.infra,quando,dic, Quoniam.car.3.ri ge.7.ferrea faciunt,adde,& maleo utuntur.et rige.8.qui maleo utitur,dic,qui similibus utitur.col.2.rige.4.sitatio nem,lege,situationem.car.5.col.2.rige.8.sunt lineæ, adde 4.rige.15.alexius,dic,alterius.

D ¶Car.1.rige.6.Nam nulli,dic,nõnulli.col.2.rige.20.quã docunq;,dic,quãdoq;.car.3.rige.13.ꝙ amare,dic,ac ama re.car.4.indicium,dic,indicem.car.8.rige.18.insidientes, lege,insipientes.

E ¶Car.7.rige.5.minus,dicas,ninus.rige.12.ei non dic, et.rige.16.perfectiorem ꝙ,dic,perfectior que.col.2.in dii cali,dic,in iudiciali.

F ¶Car.3.rige.8.quoq; lib.adde lib.2.cap.9.3.partis,si gno.3.rige.15.ꝙ tres,dic,qui.car.5.rige.10.minima,dic, una.car.8.rige.13.non adducit,dic.& non.

G ¶Car.1.rige.17.si una,dic,sit.

H ¶Car.5.rig.22.adulteros,dic,adulterinos.car.7.rig.12 admittuntur,dic,admirabuntur.

I ¶Car.1.rige.5.uidetur,dic,uendetur.rig.20.aliquã istã, dic,istarum.car.3.rige.11.fint idem,dic,sint integræ.car. 4.rige.16.natura,dic,nam.car.6.rige. .signum,dic,si

gnificat.

K ¶Car.5.rige.16.ratione dantem,dicas,rusticitatem.car. 6.col.2.rige.10.adultorem,dic,adulatorē.car.7.rig.24. uideatis lib.&c.dic,lib.1.quæsito.x.Not. 5.col.2.rige. 7. si crux,dic,sit.

L ¶Car.2.col.2.rig.17.culpabitur,dic,copulabitur.car.5. rige.21.Propriam autem significationem,dic, Propria significatio.car.6.rig.17.ipsa iterseca,dic,ipsas itersecāt.

M ¶Car.1.rige.4.patebit,dic,aut patietur.car.4.rige.11. de ista,dic,si ista.

N ¶Car.4.rig.24.aut quedam,dic,aut naturam. car.5. rige.5.sit:dic,scit.rige.18.chyromanticum,lege,chymericum.car.6.rige.29.eorum,dicas,Coruum.col.2.eorum, lege,Coruum.

P ¶Car.5.rige.20.in,lege,nisi.car.7.rige.5.significatur, dic,significant.car.8.rige.24.radicis indicem,lege,radicem indicis.

Q ¶Car.2.rige.5.spiritum animalem,dic,spiritus animales.car.4.rige.5.malam,dicas,male.car.8.col.2.rige.5. Illud cap.superfluum est,& istud debet ibi esse.

¶ Cap.xlvii.de uulneribus et infortuniis in cruribus seu tibiis.



1 Dixit auctor,cuius nomen ignoro,quod quando linea stomachi a lica uitæ uersus restrictā multum distat,& non fert angulum infortunium amborum crurium demōstrat. ¶ Quot lineæ
2 fuerint circa finem lineæ capitis, tot uulnera seu læsiones ab anchis ad digitorū extrema minantur, & hoc in pede magno,& expertus loquor.Et ubi tales lineæ sunt uigorosiores.i.qua manu,in illa parte læsio est maior, & hoc est a
3 causa primitiua seu accidentali.¶ Linea saturnina in concauo

manus insecta, aut obliqua, aut disiuncta, infortunium amborũ crurium omnino minatur, & plerunq; a materia nitrosa seu adusta. ¶ Quando a prima minimi iunctura ad secundam ꝓfundas lineas inueneris attingentes ab una ad alteram iuncturam, totidem in cruribus percussiones indicabis nisi fuerint intercisæ. Sed si non tetigerint, non erunt cruentæ, ut scribit pictor chyromanticus. ¶ Quando inter medium & medicum in fine pulpæ fuerit linea, læsionem crurium ostendit, & quot fuerint lineæ tot læsiones minantur. 4 5

R ¶Car.2.rige.14.mõtis, lege, mortis. car.3.col.2.rig.20. tamen ipsum, adde, non contingentes. car.7.rige. 4. radicis, lege, indicis.

S ¶Car.6.col.2.rig.8. Rationatio, dic, ratiocinatio. car.7. col.2.rige.25. conuicte, lege, conuincte.

T ¶Car.5.rige.19. indicantur, lege, indicant. col.2. constituisse, lege, conticuisse. car.6.rige.3. uilla in, dic, uilani. rige 26. uidentur, dic, uendẽtur. col.2.rige.12. per hereditatem, lege, propter.

V ¶Car.3.rige. 4. facie, dic, facile.

X ¶Car.3.col.2.rige.27. cfedere, dic, credere. rige.29. loquorũ, dic, loquax. car.4. ideo, dic, odio. car.6.rige.19. certiales, dic, certitudinales. car.7. lineis, lege, lenis. car.8.rig. 27. accidens, dic, accidentia.

Y ¶Car.1.col.2.rige.10. ius, dic, uis. car.2.col.2. uidcantur, dic, uideamur. car.3.rige.11. causam autem talem, dic, causa talis. car.4.col.2.rige.3. a, dic, ac. car.7.col.2.rig.27. inuenerint, iuerint. car.8.rige.20. nullam illarum, nonnulla.

Z ¶Car.3.rige.29, eruns, dic, erunt. car.5.rige.4. sint lenæ, dic, sit lene. car.6.rige.6. suas operationes, dic, sine operationes. col.2.rige.11.6. signum, dic. 5. signum.

ERRORES

Aa ¶Car.2.rige.20.exofitione,dic,expofitione.rige.30.illius animalis,dic,illa animalia.col.2.rige.28.fpecies,dic,fpiritus.car.3.col.2.rige.4.qui inter,dic,qui funt.car.4.rige 5.peruenit,lege,puenit.rige.27.pfiftunt,dic perfiftunt.rige.28.digeftione,dic,digreffione.car.7.rige.6.acherētes, lege,adherentes.car.8.col.2.rige.27.infinine,dic,infimæ.

Bb ¶Car.3.rige.19.quod,dic,quæ.rigæ.24.ratio,dic,rationem.col.2.rige.21.4.fignum,hoc eft fuperflue pofitū.car. 8.col.2.rige.12.inter feparate,dic,inter fe funt feparate.

Cc ¶Car.1.rige.24.quocunq;,dic,quocunq;.rige.29.confidat,dic,confidas.col.2.rige.7.poftumus,dic,poftumius.rige.29.φ,dic,&.car.2.rige.30.fortunæ,dic,fortūate.car. 3.fic,dic,fit.col.2.rige.3. ndicum,dic,indicem.rige.25.inconfiderat,dic,inconfiderate.carte.4.rige.20.quando,dic, quoniam.car.5.col.2.rige.3.ocultatione,dic,oculatione.rige.5.dimiffo,dic,dimiffos.car.6.rige.21.uirtibus,uirtutibus.car.8.rige.11..fuppetere,dic,non fuppetere.

Dd ¶Car.2.col.2.rig.24.taciturnitas,dic,taciturnus.car. 3.rige.15.fore,dic,fores.car.4.rige.5.uerecūdiam, dic, uecordiam.car.6.rige.16.follto,dic,folito.col.2.rig.22.cognofcuntur,dic,cognofcunt.

Ee ¶Car.2.col.rige.29.inuicem,indicem.car.3.rige.26.satio.i.ratio.col.2.rige.9.cius,eris.rige.19.nam,dic,naturam.car.6.rige.7.præpeditæ,dic,præpeditis.

Ff ¶Car.6.col.1.rige.3.fignificat,lege,fm.car.7.col.2. rig.30.domini,lege,dominii.

Gg ¶Car.2.rige.7.principium,dic,principiū.car.3.rige.11. Guidum,dicas,Guidonem.col.2.rige.24.conuertibis,dic, cōuertibilis.car.5.rige.12.quam,quæ rige.26.difiuncta, diftincta.col.2.rige.4. ac,ad. Cæteraq; facile cognofces.